NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
24 N
8

IIII.17.

M

13-23. A. 14

Digitized by Google

SVMMA CENSVRARVM,

& Irregularitatum,

EX APOSTOLICIS CONSTITVTIONIBVS
vſitationibus hucuſque promulgatis,
& approbatiſsimis Auctoribus
exactiſsime excerpta.

Omnibus Chriſti fidelibus, præcipuè animarum curam gerentibus apprime vtilis, & perneceſſaria ad eas facile inueniendas.

Auctore

FRANCISCO ANTONIO GLIANES
Brunduſino S. Th. D. Archidiacono
Monopolitano.

In hac ſecunda editione ab eodem recognita, & aucta.



CVM PRIVILEGIO.
ROMAE, Typis Manelphi Manelphij. 1640.
SVPERIORVM PERMISSV.

Sumptibus Odoardi Scarduij Bibliopolę in Platea Paſquini.
Sub ſigno Regni Papalis.

Eminentiſs. ac Reuerendiſs.

PRINCIPI

FRANCISCO

BARBERINO

S. R. E. CARDINALI

Viceeancellario.

FRANCISCVS ANTONIVS GLIANES Brunduſinus S. Th. D. Archidiaconus Monopolitanus.

MELLITI Principis ſub imperio ſæculo verè melleo currente nemo propemodum impreſſis voluminibus, æternitati laborat, qui Barberinis Apibus, laborioſis videlicet

✝ 2 ani-

animantibus ſua ſtudia, laboreſque non conſecret: Immortalitatis quippe cupiditas humanis mentibus ingenerata: vt immortalis ingenij partus fælicius adoleſcant, nullaque temporum iniuria conſumantur, eos non lacte nutriunt; ſed melle Barberino, quod velut ipſius alimentum immortalitatis Romulus, Pollio, Cyrrij, alijque quamplurimi ad ſeneſcentium corporum robur ſuſtentandum præcipuas inter dapes adhibebant. Quidni ergo, Eminentiſſime Princeps, hanc Cenſurarum, & Irregularitatum Summam, quam litteraturum auiditate, iam penè conſumptam, vt debilem meorum ſtudiorum partum, tranſmitto rurſus ad poſteros; ne temporum edacitate conteratur, tui

ſua-

ſuauitate mellis obliniam? Qui gentilitio Apes in ſtemmate, mel in moribus refers ſuauis, & beneficus omnibus, mihi quoque poſtremo inter tuos, quem te volente, & agente, Summus Patruus tuus Monopolitanæ Eccleſiæ Archidiaconum renunciauit. Eaſdem ſæpius dapes in menſam offerre, quia faſtidium procreat, nauſeamque; ideo meum hoc opus in publicum olim eductum, iterum poſteritati non porrigerem, niſi tui dulcedine mellis condiretur, quod quia dulce eſt ingeniorum naturæ eſſe non poterit non amicum. Vale.

VRBANVS
PAPA VIII.
Ad futuram rei memoriam.

EXPONI Nobis nuper fecit dilectus filius Odoardus Scardutius Bibliopola Almæ Vrbis noſtræ, quod ipſe magnis ſuis expenſis quendam librum, Summa Cenſurarum, & Irregularitatum ex Apoſtolicis Conſtitutionibus vſitarioribus huc vſque promulgatis, & approbatiſſimis Authoribus exactiſſimè excerpta, Omnibus Chriſtifidelibus, præcipuè animarum curam gerentibus apprimè vtilis, & perneceſſaria ad eas facile inueniendas Authore Franciſco Antonio Glianes S. Th. Doct. Presbytero Brunduſino in hac ſecunda editione ab eodem recognita, & aucta intitulatum denuo imprimi fecit: Vereatur autem ne alij, qui ex alieno labore lucrum quærunt, eundem librum imprimi faciant in ipſius Odoardi præiudicium. Nos eius indemnitati ne ex editione huiuſmodi aliquod diſpendium patiatur prouidere, illumque ſpe-

ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volen. & à quibuſuis ex communic. ſuſpen. & interdicti alijſque Eccleſiaſticis ſententijs cen. & pœnis à Iure, vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequen. harum ſerie abſoluen. & abſolutum fore cenſen. ſupplicationibus dicti Odoardi nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Eidem Odoardo vt decennio proximo durante à noua dicti libri, dummodo tamen antea à dilecto filio Magiſtro Sac. Palatij Apoſtolici liber huiuſmodi approbatus ſit editione computan. nemo tam in Vrbe quam in reliquo ſtatu Eccleſiaſtico mediatè, vel immediatè nobis ſubiecto librum prædictum ſine ſpeciali dicti Odoardi, aut eius hæredum, & ſucceſſorum, vel ab eis cauſam haben. licentia imprimere, aut ab alio, vel alijs impreſſum vendere, ſeu venalem habere ſeu proponere poſsit, & valeat, Apoſtolica auctoritate ten. præſentium concedimus, & indulgemus. Inhibentes propterea vniuerſis, & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus præſertim librorum impreſſoribus ſub excommunic. ac quingentorum ducatorum auri de Cameræ, & amiſſionis librorum, & typorum omnium pro vna Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, ac pro alia eidem Odoardo, & pro reliqua tertijs partibus accuſatori, & Iudici exequenti irremiſſibiliter applican. & eo ipſo abſque vlla declaratione incurren.

pœnis, ne dicto decennio durante, librum ſupradictum, aut aliquam illius partem, tam in Vrbe quam in reliquo ſtatu Eccleſiaſtico prædictis, ſine huiuſmodi licētia imprimere, aut alibi ab alio, vel alijs impreſſum vendere, aut venalem habere ſeu proponere quo quo modo audeant ſeu præſumant. Mandan. propterea dilectis filijs noſtri, & Apoſtolicæ Sedis de latere Legatis, ſeu Vicelegato, aut Præſiden. Gubernatoribus, Prætoribus, & alijs Iuſtitiæ Miniſtris, Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, & locorum ſtatus noſtri Eccleſiaſtici, quatenus eidem Odoardo eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus, ſeu ab eis cauſam haben. huiuſmodi in præmiſsis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, quandocunque ab eodem Odoardo ſeu alijs prædictis fuerint requiſiti, pœnas prædictas, contra quoſcunque inobedien. irremiſsibiliter exequantur. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſuis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet cōceſsis, confirmatis, & approbatis cæteriſque contrarijs quibuſcunque, volumus autem vt præſentium tranſumptis etiam in ipſo libro impreſsis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus vbique fides adhibeatur, quæ adhi-

adhiberetur præſentibus ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 5. Ianuarij 1640. Pontificatus Noſtri Anno Decimoſeptimo.

M. A. Maraldus.

PIO LECTORI.

CRESCIT adeo, Chriſtiane lector, cum licentia, & auiditate peccandi cęcitas, ignoratioque peccantium: vt ingemiſcēdum plerumque ſit, eſſe homines quàm emendare incurioſos, tam ſua faciles ignorare delicta; Nam veriſſime diuinum oraculum; delicta (inquit) quis intelligit?

Meliores proinde mentes de humanis plurimum delictis operoſa volumina conflauere: vt animarum iſtam caliginem ſcite, ſalubriterque diſcuterent. Verum quemadmodum ſæpe fit (ita Deo in nos iuſtiſſime animaduertente) vt culpa ſequens, præcedentis ſit pœna peccati; & niſi permiſſa peius delinquere, vix à delictis præceps natura reſiliret: Sic (hominum excreſcente improbitate) nexibus peccatorum quibus vltro innodantur, cumulauere ſacratiſſima iura, & per interualla Summi Pontifices Eccleſiaſticarum prementia vincula cenſurarum: vt vel illis eſſet, ne delinquerent, refrænatio ſalutaris: vel nihilominus exerrare volentibus quædam fierent iuſtæ animaduerſionis acceſſio. Sed perinde hominibus in re tanta torpor tantus incubuit: vt quanquam ſcatent ſacri Canones, & peruulgata Pontificum documenta cenſuris; efficiantur mentibus culpabilibus vel ipſa publica Iura, ignorātiæ velamenta. Quotus enim

quiſque

quiſque eſt, qui Iura conſulat, vel grauatè, vt aut temperet ab illicitis;aut intelligat,quæ declinet, quæ ve deponat legitimarum ligamina ſanctionum? Quodque videtur, ſuſtineri iniquius poſſe,reperiuntur,nec iam raro,ipſi,qui neſciant peruidere, ac ſoluere animarum implicamenta, Paſtores.

Quantum ergo momenti eſt in cenſurarum accuratiſſima notione ad Eccleſiaſticæ munia diſciplinæ, primis ad Sacramentorum inculpabilem, ſalubremque receptionem, adminiſtrationem, collationem? Scripſere itaque ante hac non pauci de Cenſuris, & Irregularitatibus tractationes haud fermè inutiles, niſi minus ex ordine, aut pro illarum multiplicitate etiam diminutè, aut pro rei exigentia nimis preſsè.

Extorſere improbe amici, vt ipſe operam contribuerem, laboremque meum,quem potuiſſem: & contuli quidem Deo propitio diuturnum, vt excuſſis meditatione peruigili Sacrorum Canonum, Concilij Tridentini, nouiſſimiſque Summorum Pontificum ſanctionibus;hæc de Cenſuris qualiſcunque tractantiuncula prodeat in commune ſolatium, vtinam, & profectum ſeruato ordine dilucidior, ac rerum copia citra prolixitatem vberior:ſerie vero alphabetica, vt ſequens habet elenchus,& more maxime ſummiſtarum:vt ijs velim eſſe conſultum, quibus ob expiandas aſſiduè Chriſtiani populi conſcientias non vacat pontificiorum iurium ſinuoſum pelagus perluſtrare. Stylo in hac re vti placuit ſimplici, & minus quæſito: horrent enim ſacra, teſte

Iſidoro, ſpumeum eloquentiæ ambitum: & quod ait Seneca de Papirij libris: ad profectum omnia tendunt: ad bonam mentem non quæritus plauſus; appoſitiſſime verò Auguſtinus, malo (inquit) me reprehendant Grámmatici, quam non intelligant populi.

Tu munus quodcunque hoc meum, Chriſtiane Lector, amanter accipe; & ſi quid forſan probabile, aut profuturum offenderis, Deum collauda: ſimul etiam obteſtare, tenuitatem ſufficiat mei noua munuſcula mediantis, immo, & parantis tibi propediem exhibere Speculum Caſtitatis, quo conſulente exacte valeas te Deo tuo concinnum reddere, & cuſtodire. Vale.

Im-

Imprimatur ſi videbitur Reuerendiſs. Patri Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici.

I. B. Epiſc. Camer. Viceſg.

IVſſu Reuerendiſſimi P.Fr. Nicolai Riccardij Sac. Pal. Apoſt. Magiſtri perlegi volumen hoc,cui titulus eſt.Summa Cenſurarum, & Irregularitatum ex Apoſtolicis Conſtitutionibus vſitatoribus hucuſque promulgatis, & approbatiſſimis Auctoribus exactiſsime excerpta Auctore Franciſco Antonio Glianes S.Theol·Doct·in quo nihil reperi,quod fidei, & bonis moribus aduerſetur, imo multa ſeu plurima laudabilia ſiue eruditio, ſiue grauium Doctorum auctoritas ſpectetur, & ideo dignum iudicio, quod ad publicam vtilitatem in lucem edatur · Romæ in Domo Profeſſa Societatis Ieſu 14. Iunij 1638.

Ego Antonius Sanctarellus Societatis Ieſu.

EX commiſsione Reuerendiſsimi Patris Vincentij à Florenzola Sacri Apoſtolici Palatij Magiſtri vidi hanc Summam Cenſurarum A. R. P. Franciſci Antonij Glianes Sac. Theol.Doct.& in ea nihil cenſura dignum inueni, nec aliquid fidei,aut bonis moribus diſ-

ſonum

ſponum;imo omnia clarè,& eruditè à probatis Auctoribus deſumpta, & explicata, vnde dignam cenſeo, vt iterum in communem vtilitatem ſub prælo,ſudet. Romæ in Domo S·Syluestri Montis Quirinalis 4. Septembris 1639.

Antoninus Diana Clericus Regularis.

Imprimatur.

Fr. Reginaldus Lucarinus Magiſter, ac Reuerendiſsimi P. Fr. Vincentij à Florenzola Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtri Socius,Ordinis Prædicatorum.

Illu-

Illuſtriſs. & Reuerendiſs.

D. IO. MATTHAEI CARYOPHILI.

ARCHIEPISCOPI ICONIENSIS:

Ad Authorem.

Va nondum benè docta Gordianum
Soluiſſet manus, imperi potentis
Moturam populis timenda ſceptra
Falſa Oracula voce prædicarant.
Tu nexus animi, quibus ligantur,
Dum cogis ſimul, ipſa corda nexu
Denincis tibi, pectorumque regna
Cordatus tibi ſubdis Imperator.
Nam quiſquis relegit tuos labores,
Scriptorem nequit ille non amare.

Eiuſdem ad lectorem.

Vaticana tuam frangant ne fulmina mentem
Perlege, Summa minus efficit eſſe breues.

FRAN-

FRANCISCI ANTONII GLIANES
V. I. D. Canonici Brunduſini Authoris fratris filij.

Ad lectorem.

HIc deſcripta vides cæleſtia fulmina ſummus,
Non mortale ſonans, quæ vibrat ore Pater
Non hic illa ferunt tenebras, ſed lumina fundunt:
Nec feriunt animos fulmina, ſed recreant.
Hoc tibi dum libro lux emicat, effuge ab vmbris,
Quas Vaticana fulmen ab Arce parit.

Aliud.

ARma oculis relegis, populos, quibus vrget iniquos,
Numinis in toto, qui gerit Orbe vices.
His cædes ſine cæde parit, ſine vulnere vulnus;
Sed tactum vita cor meliore caret.
Vulnera ne infligant, inuoluit clauſa Glianes.
Hoc nocitura libro, dum mouet arma pius.

Ad lectorem.

Arbitrium non ſemper idem, non certa voluntas,
Nec via in humanis moribus vna fuit:
Non eadem legum facies: quia Iura placebant,
Vt definit, rerum diſcolor vſus agit.
Tempus ſtare loco neſcit: noua derogat ætas,
Quæ prior antiqua ſimplicitate tulit.
Mutantur ſtudia, vt veſtes, ac verba quotannis:
Quod monuit ſapiens: omnia tempus habent.
Lex creſcit, quantum populi fraus creſcit iniqua:
Sic quoque Pontificum creſcere ſcita ſolent.
Non igitur mirum, ſi corpus Iuris opacum
Cernis, & in ſalebras grande volumen abit.
Si labyrinthus adhuc fuit, indigeſtaque moles:
Altera non deerit, quæ tibi filia dabit.
Fila Ariadna dedit, molem ambageſque reſoluit,
Brunduſij Glianes gloria magna Soli.
Hoc tibi, lector opus nullo non ære parandum
Iunge comes, ſeu quod dirigat ante pedes.

ANO-

ANONIMI EPIGRAMMA

De huiuſce opportunitate opuſculi.

Diſcite iam veſtros, Animæ, diſpungere nexus,
Quas noua, quas forſan Iura vetuſta ligant.
Hoc præbento facem, retegunt ſua vincla legentes
Iam labyrintheis clauſa voluminibus.
Iure ſimul debent tibi Iura, Animaque Glianes,
Queis clarum docto promis ab ore diem.

D.FRAN-

Ad lectorem ILLVSTRISS. D. IOSEPHI OREGII

EPIGRAMMA.

QVi ſontum pœnas noſſe, & ſacra fulmina quaris;
Summi quæ Interpres Numinis ore vibrat.
Vt vulnus caueas ipſe exitiale (ſalubres
Excuſſo tonitru, quod voluere mina.)
Prouidus aut miſeras valide vt medicamine cures
Correptas cæli turbine Paſtor oues:
Ne tam multiplici tencare volumine, paruus
Multorum liber hic vnicus inſtar erit.

Ad

Ad lectorem

MARCI SANCTINII

EPIGRAMMA.

SEu diſcis vitare nefas, violentaque tela
Numinis, atque ipſas pertimuiſſe minas:
Seu iam contracto mentes curare veneno
Ictaque iam ſacro vulnere corda ſtudes:
Ecce, ſalutari, quæ plurima Petrus ab arcu
Torſorit haud magno hic ſpicula faſce legis.

ODO-

ODOARDVS SCARDVTIVS BIBLIOPOLA.

Candido lectori S.

TANTA cum alacritate, atque omnium approbatione Summa hæc Cenſurarũ, & Irregularitatum excepta fuit, vt mille exemplaria edita poſt paucos menſes penè rapta fuerint; ideo, vt apud bibliopolas extet iam nullum, nec deſint in dies præterea doctiſſimi viri, qui illam apud ſe habere cupiant, & flagitent. Quamobrem, vt illam ipſam expoſcentibus Summam in tanta exemplarium inopia res grata fieret, rurſus typis mille alia exemplaria meis impenſis cenſui mandanda. Vt autem lectori vtilior, & gratior eſſet, curaui Summam hanc ab Authore in hac ſecunda Edi-

Editione locupletiorem reddi. Cum res igitur ex animo ſucceſſerit, reſpondere votis omnium volui, ex hoc opere iterum edito Doctorum hominum id ſummopere appetentium famem explere. Quare poſteriori hac Editione tum pluribus, iiſque neceſſarijs veluti acceſſionibus locupletior in lucem prodit. Munus ergo quodcunq. illud eſt, amanter, beneuole lector, excipias, meoſque labores, ſi quid in ijs laude dignum reperies Deo referas, cui nos ipſos cum laboribus noſtris libentiſſime conſecramus. Vale.

INDEX
CENSVRARVM,
ET IRREGVLARITATVM,

Quæ in hac Summa continentur alphabeti ſerie redactus.

A

Abbas, & Abbatiſſa quando excommunicationem incurrunt. pag. 1
Abbas, & Abbatiſſa quando ſuſpenduntur. 2
Abbatiſſam alloquens non eſt excommunicatus. 3
Abbatiſſa poteſt eſſe illegitima. eod.
Abbatiſſa, vel Prioriſſa non poteſt eſſe bigama. 4
Abbatiſſa, vel Prioriſſa non poteſt eligi filia clerici in ſacris conſtituti. eod.
Abbatiſſa interdicere nequit. eod.
Abbas electus, & confirmatus poteſt interdicere. eod.
Abbatiam recipiens quando eſt ſuſpenſus. 5
Abortum procurantes quando ſunt excommunicati, & irregulares. eod.
Abſtemius eſt irregularis. 8
Abſolutio excommunicationis an valeat, ſi dicatur, Abſoluo te non addendo ab excommunicatione, vel ſuſpenſione. 9

Abſoluens à cenſuris quando eſt excommunicatus. 10
Abſolutio à cenſuris varijs modis fertur. 11
Abſolutio à cenſura ab homine lata à quo danda. 12
Abſolutio collata pœnitenti cenſuris irretito ſub his verbis, tantum, abſoluo te, liberat illum, & a cenſuris, & à peccatis. eod.
Abſolutionem à cenſura extorquens eſt excommunicatus. 13
Abſoluendus eſt excommunicatus prius ab excommunicatione, quam à peccatis. 13
Abſolutio a peccatis data ante abſolutionem excommunicationis quando valeat. eod.
Abſoluere à cenſuris in articulo mortis poteſt quilibet Sacerdos. 14
Actor excommunicatus in Iudicio non poteſt exercere ſuum munus. eod.
Admittens ad beneficium quando eſt ſuſpenſus. 15
Aduocatus quando eſt irregularis. eod.
Aduocatus quando comprehenditur in excommunicatione. eod.
Aduocatus non poteſt eſſe qui eſt excommunicatus. 17
Adulter Clericus eſt ſuſpenſus, & irregularis. eod.
Adulterium vxoris merito deferens quando eſt irregularis. 18
Adulter, qui maritum aggreſſorem neceſſariæ defenſionis cauſa mutilauit, vel occidit an ſit irregularis. 19
Aetatem ad ordines non habens quando eſt irregularis, vel ſuſpenſus. eod.

Aethiops quando eſt irregularis. 21
Agitationes taurorum permittens quando eſt excommunicatus,& qui illis interſunt eod.
Agnos Dei pingentes, &c. ſunt excommunicati. 24
Alienantes bona Eccleſiæ ſunt excommunicati. 26
Animarum regimen. 29
Animalia irrationalia non poſſunt excommunicari. eod.
Anathema, & excommunicatio quomodo differunt. eod.
Antichriſti certum tempus prædicantes ſunt excommunicati. 30
Apoplexia laborantes ſunt irregulares. eod.
Apoſtolicam Sedem petentem moleſtans eſt excommunicatus. 31
Apoſtolorum limina Epiſcopus non viſitans eſt ſuſpenſus. 31
Apoſtatam detinens eſt excommunicatus.eo.
Apoſtata à fide eſt irregularis. 32
Apoſtata eſt excommunicatus. eod.
Appellantes ad futurum Concilium ſunt excommunicati. 33.
Appellantes ad laicam poteſtatem ſunt excommunicati. 34
Aquæ benedictæ benedictio inducit irregularitatem. 37
Aqua benedicta an poſsit vti excommunicatus. eod.
Archibuſettos breuiores concedens eſt excommunicatus. 38
Archibuſettos, ſeu ſclopettonos geſtando cõfugiens in Eccleſiã gaudet immunitate.eod.

Archidiaconus quando eſt excommunicatus. 39
Archiepiſcopus quos poteſt ſuſpendere, ſed non deponere. eod.
Arma ferens clericus quando excuſatur ab excommunicatione. 40
Arma deferentes infidelibus ſunt excommunicati. eod.
Arma tenentes Monachi quando ſunt excommunicati. eod.
Arma miniſtrans clericus pugnantibus quando eſt irregularis. 41
Aromatarius quando eſt irregularis. eod.
Aſſaſsinium mandans eſt excõmunicatus. 42.
Aſtrologi iudiciarij ſunt excommunicati. 43.
Auditor Cameræ, & alij Officiales quando ſunt excommunicati. 45
Aulam Principum petens monachus quando eſt excommunicatus. eod.
Auricolam abſcindens eſt irregularis. 47

B

BAlneans ſe cum Iudæo eſt excommunicatus. 48
Bannitos ad ciuitatem reuocans eſt excommunicatus. 49
Bannitorum fautores in Regno Neapolitano ſunt excommunicati. eod.
Baptiſmus quãdo inducit irregularitatem. 51
Bellantes quando ſunt irregulares. 57
Bellantes clerici quando poſſunt occidi. 58
Bellare prohibetur clericis,& quare. 59
Benedictio Epiſcopalis quando facit irregularem. 60
Benedictio aquæ benedictæ quando inducit irre-

irregularitatem. eod.
Benedictinos Religioſos iniuria afficientes ſunt excommunicati. eod.
Beneficium Eccleſiaſticum quando inducit excõmunicationem, vel ſuſpenſionem. 61.
Beneficium excommunicato conferens eſt ſuſpenſus. 64
Beneficium Eccleſiaſticum excommunicato conferri non poteſt. 65
Beneficij fructibus ipſo iure excommunicatus priuatus eſt, vt ante Iudicis condemnationem reſtituere tenetur. eod.
Biblia Sacra non recipiens eſt excommunicatus. 66
Bigamus eſt irregularis. eod.
Bizochæ, vel Beatæ D. Franciſci gaudent priuilegio fori. 68
Blaſphemi gaudent immunitate Eccleſiaſtica. eod.
Bona Eccleſiæ alienantes ſunt excommunicati. 69
Bona Eccleſiæ vſurpantes ſunt excommunicati. 70
Bona Cardinalium vſurpans quando eſt excommunicatus. eod.
Bona Eccleſiæ Cathedralis occupans, vel alienans quando eſt ſuſpenſus, vel Interdictus. 71
Bona Monaſterij alienans eſt ſuſpenſus. eod.
Bononiæ Doctor, & ſcholaſticus quando eſt excommunicatus. 72
Brachium ſæculare non præbens eſt excommunicatus. eod.
Bullæ Cœnæ Domini breuis explicatio. 73

C

Caducus morbus quando inducit irregularitatem. 78
Cameralis quando eſt excommunicatus. 79
Campana quando pulſari poteſt tempore interdicti. eod.
Campanam circumuerſans quando eſt irregularis. 80
Canonici Regulares quando ſunt excommunicati. eod.
Capitis dolor, ſiue Vertigo quando inducit Irregularitatem. eod.
Capillis capitis, vel barbæ carens quando eſt irregularis. eod.
Cameræ Apoſtolicæ ſcripturas ſurripiens, aut ſcientes earum raptores, & non reuelantes ſunt excommunicati. 81
Capitula, & Conuentus quando ſuſpenduntur. eod.
Capitula, & Conuentus quando interdicuntur. 83
Capitula, & Collegia quando Interdicuntur. eod.
Capitula, & Collegia quando ſuſpenduntur. 84
Carens rationis vſu eſt irregularis. 85
Carcerans Clericum quando eſt excommunicatus. eod.
Carcerans aliquem quando eſt irregularis. 86
In Cardinalem crimen commiſſum, vel committendum non reuelans, eſt excommunicatus. 88
Cardinales alloquens quando eſt excommunicatus. 89

Car-

Cardinalem in ſequentibus Ciuitas fauens, eſt interdicta. 90
Cardinalium bona vſurpans quando eſt excommunicatus. eod.
Cardinalem percutiens percuſſione leuiſſima incidet in Bullam Cœnæ. 91
Cardinalem offendens gaudet immunitate Eccleſiæ. eod.
Cardinales non includuntur in ſententia ſuſpenſionis, vel interdicti à Summo Pontifice impoſita. 92
Cardinalis quando eſt excommunicatus. eod.
Cardinalis quando eſt irregularis. 94
Carthuſianus commedens carnes quando excuſatur ab excommunicatione. eod.
Caſtratus eſt irregularis. 95
Caſus Papales præter contentos in Bulla Cœnæ. 95
Cauſas ſpirituales auocantes ſunt excommunicati. 96
Cenſura quid, & quotuplex. 98
Cenſuræ violatio reddit irregularem. 112
Ceſſatio à diuinis non eſt cenſura. 113
Ceſſatio à diuinis quando imponitur. ibid.
Chiragra quando inducit irregularitatem. 114
Chirurgus clericus quando eſt irregularis. 115
Chriſtianos captiuos apud Turcas capiens eſt excommunicatus. eod.
Chriſtiani remigantes in Turcarum triremibus quando ſunt excommunicati. eod.
Citatio perſonalis quando eſt neceſſaria ad excommunicationem. 116
Ciuitas non poteſt excommunicari. eod.
Clauſura monialium violantes ſunt excommuni-

municati. eod.
Claudus quando eſt irregularis. 122
Clericus hæreticus eſt irregularis. 123
Clericus degradatus eſt irregularis. eod.
Clericus male promotus eſt irregularis. eod.
Clericus aſſaſſinij reus quando ſubijcitur poteſtati ſæculari. eod.
Clericus aleator. eod.
Clericus elector quando eſt ſuſpenſus. eod.
Clericus concubinarius eſt ſuſpenſus. 124
Clericus adulter quando eſt irregularis. 126
Clericus homicida quando eſt irregularis. eo.
Clericus ſodomita quando eſt ſuſpenſus. eod.
Clerici tam agentes, quam patientes ſunt ſuſpenſi. 127
Clericus non incurrit in pœnas ſupradictæ Bullæ Pij V. ſi habeat rem cum muliere in vaſe præpoſtero. 128
Clericus negotiator quando eſt excommunicatus. 129
Clerici bellantes quando poſſunt licite occidi. 132
Clericus bellando quando eſt irregularis. eod.
Clericus prouocans alium ad duellum eſt ſuſpenſus. eod.
Clericus venator quando eſt irregularis. eod.
Clericus venator quando eſt ſuſpenſus. 132
Clericus periurus deponitur, & in monaſterium detruditur. 135
Clerici nutrientes comam non ſunt excommunicati ipſo iure. eod.
Clericus quando priuatur ipſo iure officijs, & beneficijs. 137
Clericus communicans cum excommunicato

to quando eſt excommunicatus. eod.
Clericus trahens ad forum lăicale Eccleſiaſticum eſt excommunicatus. eod.
Clericus vſurarius eſt irregularis. 138
Clericus, & Miniſter Cameræ Apoſtolicæ quando eſt excommunicatus. eod.
Clerici in minoribus conſtituti cantantes Epiſtolam, vel Euangelium an ſint irregulares. 139
Clerici crimen enorme inducit irregularitatem. eod.
Clericus reuelans futuram proditionem Ciuitatis, vel reum Principis, propter quam denuuciationem, accuſetus ad mortem damnaretur non eſt irregularis. 140
Cogentes fæminas ad ingreſſum Monaſterij ſunt excommunicati. 141
Collegium non poteſt excommunicari. 142
Commiſſarius quando eſt excommunicatus. eod.
Communicatio omnis ciuilis, ſeu politica fidêlium excommunicato prohibita eſt. 143
Communicans in crimine quando eſt excommunicatus. 144
Conceptionem B. Mariæ aſſerentes cum peccato quando ſunt excommunicati. 145
Concubinarius quando eſt excommunicatus. eod.
Concubinarius Epiſcopus quando eſt ſuſpenſus. 146
Concubinarius Clericus quando eſt ſuſpenſus. eod.
Conclaue Cardinalium. eod.
Conſilij Tridentini commentatores ſunt ex-

communicati. 147
Confugiens ad Eccleſiam quando gaudet immunitate. eod.
Cõfeſſor frangens ſigillũ an ſit irregularis. eo.
Confeſsio ſacramentalis quando inducit excommunicationem, Irregularitatem, Degradationem, & Curiæ ſæculari traditionem. 148
Confeſsionem reuelantis pœna. 150
Confeſſores Principum illos hortantes in cõmuni, vt faciant iuſtitiam, & puniant malefactores, ſi ex hoc moueantur ad inquirendum, & mortem, & mutilationem alicui inferant, non ſunt irregulares tales adhortantes. 151
Confeſſor quando eſt excommunicatus. eod.
Confeſſor ſollicitans in confuſione eſt ſuſpenſus. eod.
Confirmationis, & ordinis iteratio non inducit irregularitatem. 153
Congregatio non poteſt excommunicari. 148
Conſecratio, vel confirmatio Epiſcopi quando inducit ſuſpenſionem. eod.
Conſulens, & mandans quando cenſura irretitur. 154
Corpore vitiatus quando eſt irregularis. eod.
Contractus facti ab excommunicato ſunt validi. 157
Curiam Romanam petens Prælatus quando eſt excommunicatus. 158
Curialis eſt irregularis, & quare. eod.
Cuſtos ferarum quando eſt irregularis. eod.
Cymiterium quando eſt interdictum, vel pollutum. eod.
Dam-

D

DAmnato ad mortem concedenda ſunt ſacramenta. 160
Dannatus ad triremes eſt irregularis. eod.
Dantes auxilium infidelibus ſunt excommunicati. 161
Dantes, vel promittentes, vel accipientes pro iuſtitia, vel gratia ſunt excommunicati. 163
Decimarum ſolutionem impediens eſt excommunicatus. eod.
Decimas vſurpans eſt ſuſpenſus. 165
Decimas Eccleſiaſticis imponens eſt excommunicatus. eod.
Defendens ſe quando eſt irregularis ſecuto homicidio. eod.
Deformationem cauſans eſt irregularis. 166
Degradatus clericus eſt irregularis. 168
Degradatio non eſt cenſura. eod.
Delegatus quando eſt ſuſpenſus. 169
Delinquentes in Eccleſijs deformando, non gaudent immunitate Eccleſiæ. eod.
Delictum ſub excommunicatione prohibitum faciens quando non eſt excommunicatus. eod.
Depopulatores agrorum non gaudent Eccleſiaſtica immunitate. 170
Demoniacus eſt irregularis. eod.
Dentium defectus non conſtituit irregularem. 171
Detractor Superioris quando eſt excommunicatus. 172
Depoſitio non eſt cenſura. eod.
Diabolus non poteſt excommunicari. 173

Diaconus quando eſt irregularis. eod.
Digito carens quando eſt irregularis. 174
Dignitatem Eccleſiaſticam à laico recipiens eſt interdictus. eod.
Dimiſſorias litteras concedens quando eſt ſuſpenſus, vel interdictus. 175
Diſpenſare quando poteſt Epiſcopus in irregularitate. eod.
Diſpenſari poteſt ſuper irregularitate cum abſente. 176
Doctores legum, & Medicinæ quando ſunt excommunicati. eod.
Doctoratus gradum conferens quando eſt ſuſpenſus. 177
Domini, e Gubernatores temporales quando ſunt excommunicati. 178
Dormiens, ſi occidat quando eſt irregularis. 181
Dubius ne cenſuram incurrat quid facere debeat. eod.
Duellum concedens, duellantes.&c. ſunt excommunicati. eod.

E

EBrius quando eſt irregularis occidens. pag. 186
Eccleſiæ immunitate qui gaudent. 187
Eccleſiæ libertatem impediens eſt excommunicatus. eod.
Eccleſiam debitis grauans eſt ſuſpenſus. eod.
Eccleſia polluta quando inducit ſuſpenſionem. eod
Eccleſiæ res rapientes cum effractione ſunt excommunicati. 189
Eccleſiaſticam iuriſdictionem vſurpans eſt ex-

excommunicatus. eod.
Eccleſiæ ornamenta, &c. ſurripiens eſt excommunicatus. eod.
Eccleſiæ viſitator quando eſt ſuſpenſus. 190
Eccleſiaſticam perſonam moleſtans eſt excommunicatus, & locus interdictus. eod.
Eccleſiæ bona vſurpans eſt excommunicatus. 192
Eccleſiæ Cathedralis bona occupans, vel alienans eſt ſuſpenſus, vel interdictus. eod.
Eiecti è Religione ſunt ſuſpenſi. eod.
Electioni monialium qui interſunt quando ſunt excommunicati. 193
Epiſcopus quando ſuſpenditur. eod.
Epiſcopus incurrit irregularitatem, & excommunicationem, quæ fertur in aliquo iure generali. 202
Epiſcopo excommunicato non eſt obediendum. 203
Epiſcopus quando interdicitur. eod.
Epiſcopus quando eſt excommunicatus. 204
Epiſcopus quando eſt irregularis. 205
Epiſcopum offendens eſt excommunicatus, & interdicta Ciuitas. 207
Epiſcopi, & beneficiati elector quando eſt ſuſpenſus. 208
Eremitæ quando gaudent priuilegio Canonis. 209
Eunuchus, vel Caſtratus eſt irregularis. 210
Euchariſtiam indigne ſumens in Paſchate non eſt excommunicatus. 212
Euchariſtiam non ſumens in Paſchate eſt interdictus. 213
Examinatores Synodales quando ſunt ſimoniaci,

niati, & excommunicati. 216
Excommunicans quando eſt interdictus, aut irregularis. eod.
Excommunicatio. 217
Excommiſſas, ſeu ſponſiones facientes quando ſunt excommunicati. 236
Exigens tallias ab Eccleſiaſticis Vniuerſitas eſt interdicta. eod.
Expoſitus an ſit irregularis. eod.
Extremam vnctionem miniſtrans quando eſt excommunicatus. eod.
Extrahens ad Eccleſiam confugientem eſt excommunicatus. 237
Extrahens à ſtatu Eccleſiaſtico bona quando eſt excommunicatus. 245
Extrahens Reliquias Sanctorum quando eſt excommunicatus. 250

F

FAciei defectus quando inducit irregularitatem. 252
Falſarius litterarum Apoſtolicarum eſt excommunicatus, eod.
Fautores, receptatores, defenſores, &c. hæreticorum incurrunt irregularitatem. 253
Febris quando facit irregularem. 254
Feſtis diebus laborans quando eſt excommunicatus. eod.
Fœmina ingrediens Monaſteria virorum eſt excommunicata. 255
Fœmina ingrediens Monaſteria monialium eſt excommunicata. 256
Fœmina non poteſt ferre cenſuras. 257
Feudatarius eſt irregularis. 258
Fidei diſputatio quando inducit excommunica-

nicationem. 259
Fidem ficté negans ab ea apoſtatando ſiue ſponte, ſiue timore ductus fit irregularis. 260
Fidei profeſsionis omiſsio inducit excommunicationem, & interdictum. eod.
Filij Saracenorum, Paganorum, & Iudæorum quando ſunt irregulares. 261
Filij illegitimi ſunt irregulares. eod.
Fractor, & ſpoliator loci pij, à quo abſoluatur, 262
Fratres minores quando ſunt excommunicati. eod.
Fratres Prædicatores quãdo ſunt ſuſpenſi, eo.
Frarres Prædicatores moleſtans quando eſt excommunicatus. 263
Fratres Ordinum Mendicantium quando ſunt excommunicati. 264
Frater Minor equitando, ſi occidat, quando eſt irregularis. eod.
Furioſus non eſt irregularis occidens. 265
Fur non tenetur ſe ipſum prodere, ſi Prælatus præcipiat reuelationem furti ſub pœna excommunicationis. eod.
Furantes in Eccleſia res alienas quos Tagliaborſi, vocamus, imo furantes res ſacras, etiam in templo gaudent immunitate. 266

G

GAbellas exigens quando eſt excommunicatus. eod.
Gabella imponi non poteſt ſuper bona nouitiorum. 267
Gabella ſuper bona patrimonialia Clericorum non poſſunt imponi à Principibus ſæcula-

cularibus. eod.
Gabella à Principe ſæculari imponi non poteſt ſuper bona clericorum ex aliqua cauſa, vt peſtis, &c. ſine conſenſu Cleri. 268
Gallico morbo laborans quando eſt irregularis. 269
Generales Religionum, & alij Prælati quos interdicere poſſunt. eod.
Generale Concilium poteſt interdicere. eod.
Gloſſantes Clementinam ſunt excommunicati. eod.
Gratiæ, vel Iuſtitiæ cauſa promittens quando eſt excommunicatus. 270
Græcus ſi ordinetur à latino, vel latinus à Græco non eſt irregularis. eod.
Græci, & latini Clerici quando ſunt ſuſpenſi. eod.
Gibboſi quando ſunt irregulares. 271
Gigantes, vel Pigmei quando ſunt irregulares. eod.
Graſſatores viarum non gaudent eccleſiaſtica immunitate.

H

Habitum nouum Religionis accipiens eſt excommunicatus. 272
Habitum Religionis dimittens quando eſt excommunicatus. eod.
Hæreticus eſt irregularis. 276
Hæreticus eſt excommunicatus. 278
Hermafroditus eſt irregularis. 284
Hyeroſolimam, & partes tranſmarinas petentes quando ſunt excommunicati. 285
Homicidia plura commiſſa plures irregularitates neceſſario in diſpenſatione manifeſtan-

ſtandas inducunt. 286
Homicidium Clerici conſulens quando non eſt excommunicatus,& irregularis. 287
Homicidas occultans,& receptans,vel defendens quando incurrit irregularitatem ratihabitionis. eod.
Homicida quando eſt irregularis. 288
Horas canonicas recitans excommunicatus an ſit irregularis. 296
Horas canonicas tenetur recitare ſuſpenſus excommunicatus, & degradatus ab ordine. 297
Hoſtes confugientes ad Eccleſiam non poſſunt licite expoliari. eod.
Humana cadauera exenterantes ſunt excommunicati. eod.
Hyſtriones quando ſunt irregulares. 298

I

IEſu ſocietatem impugnantes ſunt excommunicati. 299
Ieſuita quando eſt excommunicatus. eod
Ieſuitiſſæ, earum fautores, &c. ſunt excommunicati. 300
Ignorans, illiteratus, vel Idiota quando eſt irregularis. eod.
Ignorantia quando excuſat ab excommunicatione. 303
Illegitimus eſt irregularis. 305
Imagines nondum à Sede Apoſtolica Canonizatorum, vel Beatorum proponentium, &c. ſuſpenſio &c. 309
Immunitate Eccleſiæ qui gaudent. 310
Impedientes fæminas, ne in Religionem ingrediantur ſunt excommunicati. 312

Impotentia ſoluendi excuſat ab excommunicatione. eod.
Imperator non poteſt excommunicari ab Epiſcopo. 313
Imperatori loca ſubiecta quando interdicuntur. eod.
Impedientes Prælatorum iuriſdictiones ſunt excommunicati. 314
Imponentes decimas Eccleſiaſticis eſt excommunicatus. 316
Incantator eſt excommunicatus. eod.
Incendiarius quando eſt excõmunicatus. 317
Indulgentia non poteſt concedi ab Epiſcopo excommunicato denunciato. 319
Indulgentias ad quæſtum concedentes, &c. ſunt excommunicati. eod.
Infamis eſt irregularis. 320
Infidelis non poteſt excommunicari. 321
Inquiſitores S. Officij quando excommunicantur. eod.
Inquiſitoribus S. Officij non parens eſt excommunicatus. 322
Interdictum quid, &c. 323
Interdictum non ſeruantes ſunt excommunicati. 330
Irrationalia animalia non poſſunt excommunicari. 332
Interponentes ſe in cauſis contra Eccleſiaſticos ſunt excommunicati. eod.
Irregularitas. eod.
Iudices Eccleſiaſticos impediens eſt excommunicatus. 340
Iudex Eccleſiaſticus quando eſt ſuſpenſus, interdictus, & irregularis. eod.

ex ſecularis quando excõmunicatus. 345
ex, qui non mandauit extrahi reum ab Eccleſia, ſed ſatellites, vel alij extraxerunt vi, vel dolo, tenetur reſtituere reum in Eccleſia, nec poteſt contra illum agere. 345
ramenta illicita, &c. præſtantes ſunt ſuſpenſi. 346
ſtitiæ, vel gratiæ cauſa promittens eſt excommunicatus. eod.
ariſdictionem S. R. E. impediens eſt excommunicatus. eod.
ariſdictio quando non finitur per cenſuras delegantis. 347

L

Labijs carentes ſunt irregulares. eod.
Laicus poteſt abſoluere ab excommunicatione morientem. 348
Laicus celebrans Miſſam, vel ſacramentaliter abſoluens eſt irregularis. eod.
Largitio munerum prohibita eſt regularibus. 349
Latrones publici non gaudent Eccleſiaſtica immunitate. 350
Legatos, ſeu Nuncios Apoſtolicos impedientia loca quando interdicuntur. 351
Leges audientes quando ſunt excommunicati. eod.
Lenitatis defectus irregularem facit, & quare. eod.
Leproſus quando eſt irregularis. 352
Libellos famoſos edentes quando ſunt excommunicati. 353
Libros legentes, imprimentes, vel vulgantes quando ſunt excommunicati. 354

Libertatem Eccleſiæ impedientes excommunicantur. 355
Limina Apoſtolorum Epiſcopus non viſitans eſt ſuſpenſus. 356
Linguæ defectus quando facit irregularẽ. 358
Litanias recitantium pœnæ. eod.
Litteras Apoſtolicas impugnans eſt excommunicatus. 359
Litteras dimiſſorias concedens quando eſt ſuſpenſus, vel interdictus. eod.
Litteras hortatorias faciens quando eſt excommunicatus. 361
Litterarum Apoſtolicarum falſarius eſt excommunicatus. 362
Ludus quando inducit excommunicationem aut irregularitatem. eod.

M

MAgiſter caſtigans diſcipulum quando eſt irregularis ſecuto homicidio. 364
Maleficiatus non eſt irregularis. 365
Mandans, vel conſulens quando irretitur cenſura. eod.
Mandans aliquem verberari, & mandatarius mandati fines excedens, illum occidit, quando mandans eſt irregularis. 366
Mandans fieri homicidium, ſi mandatarius fuerit occiſus ab occidendo, mandans vtroque caſu erit irregularis. 367
Martyrium polluit Eccleſiam. eod.
Maritus deprehenſam in flagranti vxorem interficiens, fit irregularis. 368
Martyrium ſuadens non eſt irregularis. eod.
Matrimonium quando inducit irregularitatem, aut excommunicationem. eod.

Matrimonium ſi contrahit excommunicatus, vere contrahit. 371
Medicus quando eſt irregularis. eod.
Medicum excommunicatum quando licite adire poſſumus. 372
Medicum hebræum, vel infidelem adhibentis pœna. 373
Medicinam, ſeu Phyſicam, vel leges audientes quando ſunt excommunicati. 374
Mammillam abſcindens eſt irregularis. 376
Manuum,& digitorum defectus quando reddit irregularem. eod.
Materiæ paruitas excuſat ab excommunicatione,& ab irregularitate. 377
Mediator aſſaſſinij gaudet immunitate Eccleſiæ. 379
Membrum abſcindens eſt irregularis. eod.
Meretrix non confitens, nec recipiens Euchariſtiam in Paſchate non eſt excommunicata. eod.
Metus quando excuſat ab excommunicatione. 380
Metus grauis excuſat ab irregularitate. 381
Miles quando eſt irregularis. eod.
Miniſtrans, vel portans ligna, vt hæreticus cumburatur quando eſt irregularis. eod.
Miracula falſa, &c. prædicantes excommunicantur. 382
Miſſam celebrare, & orare publice pro excommunicatis toleratis v. g. hæreticis licitum eſt hodie. 383
Miſſam celebrans quando eſt excommunicatus, ſuſpenſus, vel irregularis. eod.
Miſſam qui irregularis, vel excommunicatus
iuſte

iuſte celebrat. 387
Miſſam die feſto non audiens excommunicatus in procuranda abſolutione negligens, non peccat contra Eccleſiæ præceptum audiendæ Miſſæ. 388
Monachi quando ſunt ſuſpenſi. eod.
Monachus quando eſt excommunicatus. eod.
Monoculus quando eſt irregularis. 389
Monaſteria non erigentes quando ſunt excommunicati. eod.
Monaſteria Monialium frequentans quando eſt excommunicatus, aut ſuſpenſus. 390
In Monaſteria introducentes mulieres ſunt ſuſpenſi, & irregulares. 392
Monaſteria regularium mulieres ingredientes ſunt excommunicatæ. eod.
Monaſterium ingrediens Prælatus quando eſt interdictus. eod.
Monaſterij Præfecta quando eſt ſuſpenſa. 393
Moniales alloquens quando eſt excommunicatus. eod.
Monialium electio. 397
Monialium viſitatio. eod.
Monetarij delictum impediens eſt excommunicatus. eod.
Monitio neceſſaria ad excõmunicationẽ. 398
Monſtruoſi ſunt irregulares. eod.
Montis Pietatis pecunias diſponens quando eſt excommunicatus. eod.
Montes Pietatis reprobantes ſunt excommunicati. 399
Mortis periculi cauſa eſt irregularis. eod.
Mortis cauſa exiſtens eſt irregularis. 401
Mortui non poſſunt excommunicari. 403
Mor-

Mortuum hominem mutilans non eſt irregularis. eod.
Mulier eſt irregularis. eod.
Mulierum raptores ſunt excommunicati. 404
Mulier non poteſt ferre cenſuras. eod.
Munerum largitio. eod.
Mutilator eſt irregularis. 405
Mutus eſt irregularis. 409

N

NAſu carentes ſunt irregulares. eod.
Naufragantium bona occupantes ſunt excommunicati. 410
Negotiator Clericus quando eſt excommunicatus. 411
Neophytus eſt irregularis, & quare. 412
Notarius Epiſcopi gaudet priuilegio fori. 415
Notarius excommunicatus non poteſt exercere ſuum munus Tabellionis. eod.
Notarius quando priuatur officio. 416
Non ſubditos non poteſt excõmunicari. eod.
Nouum ordinem Religionis inſtituens eſt excommunicatus. eod.
Nuncij Apoſtolici quando ſunt excommunicati. 417
Nuptias ſecundas benedicens eſt ſuſpenſus. eod.
Nuptias benedicens Religioſus eſt ſuſpenſus. 418
Nuptijs claudeſtinis aſſiſtens clericus eſt ſuſpenſus. eod.

O

OBligatus ad raciocinia eſt irregularis. 419
Oculorum defectus quando reddit irregularem. 420

Occi-

Occidens aliquem caſu abſque culpa aliqua, vel mutilans non eſt irregularis. 421
Occidens aliquem, vel mutilans culpa aliqua interueniente quando eſt irregularis. eod.
Occidens excommunicatum eſt irregularis. 422
Occidens, vel mutilans in Eccleſia non deliberate, ſed accidentaliter, & calore iracundiæ, & prouocatus gaudet immunitate. eod.
Occidens fætum animatum cum aliqua potione non gaudet immunitate Eccleſiæ. 423
Occidens aliquem veneno non gaudet immunitate Eccleſiæ. eod.
Occupans bona naufragantium eſt excommunicatus. eod.
Officialis quando eſt excommunicatus, 424
Officialis S. Pœnitentiariæ Apoſtolicæ quando eſt excommunicatus. eod.
Officium diuinum exequens eſt irregularis non audiens. 425
Officiales S. Officij non ſunt irregulares ſecuta deformatione. 426
S. Officij Miniſtrum offendens eſt excommunicatus. eod.
S. Officij Inquiſitores quando ſunt excommunicati. 427
S. Officij Inquiſitoribus non parens eſt excommunicatus. eod.
Omiſſio quando ſecuto homicidio irregularitatem inducit. 428
Orare pro excommunicato quando licet 429
Orare pro excommuicatis quando non licet.

cet. 430
Orare priuatim etiam in Eccleſia excommunicato prohibitum non eſt. eod.
Orare non licet cum excommunicato denunciato. eod.
Orare quando licet excommunicato occulto. 432
Ordinem nouum inſtituens quando eſt excommunicatus. eod.
Ordinatus quando eſt ſuſpenſus. 433
Ordinatus quando eſt irregularis. 440
Ordinis, & Confirmationis iteratio non inducit irregularitatem. 444

P

PApa mortuo quando Ciuitas interdicitur. eod.
Papa mortuo, cui conuenit à cenſuris, & à caſibus pontificijs abſoluere. eod.
Papa nullo modo poteſt excommunicari. 445
Papam electum à tertia parte Cardinalium recipiens eſt excommunicatus. 446
Papa viuente, aut mortuo facientes promiſſiones, ſunt excommunicati. eod.
Papæ electio ob nullam Cardinalium excommunicationem, ſuſpenſionem, vel interdictum infirmari poteſt. 446
Papatum ambientes ſunt excõmunicati. 447
Papa poteſt diſpenſare, aut permittere, vt quis cum excommunicato participet. 449
Papa vi directiua tenetur vitare excommunicatos. 450
Par à pari non poteſt excommunicari. eod.
Paralyſis facit irregularem. eod.
Parochus quando eſt ſuſpenſus. 451

Pater familias quando eſt irregularis. 453
Pater occidens filiam adulterantem eſt irregularis. 454
Pedagia noua imponens eſt excommunicatus. eod.
Penſio ſuper beneficio Eccleſiaſtico facta excommunicato eſt irrita. eod.
Pœnas pecuniarias Cameræ Apoſtolicæ non applicantes quando ſunt excommunicati. eod.
Pœna excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, & irregularitatis quando inducit culpam grauem, vel leuem. 455
Pœnæ Canonicæ quæ, & quot ſunt. 456
Pœna excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, & irregularitatis quando obligant. eod.
Pœnitentia ſollemnis quando inducit irregularitatem. 457
Pœnitentiariæ Officialis quando eſt excommunicatus. 458
Percutiens Epiſcopum quando non incurrit in Bullam Cœnæ. eod.
Percutiens Clericum quando eſt excommunicatus. eod.
Percutiens Clericum publice, & notorie quando eſt euitandus. 466
Peregrini non obligantur cenſuris locorum generali ſententia, aut ſtatuto decretis. 467
Peregrinum moleſtans eſt excommunicatus. 468
Peſtis reddit irregularem. eod.
Pigmei ſunt irregulares. eod.
Pirata eſt excommunicatus. eod.

Podagra, vel Chiragra quando inducit irregularitatem. 471
Prædicator quando eſt excommunicatus. eod.
Prælatus quando eſt excommunicatus. 476
Prælatus quando eſt irregularis. 477
Prælatus Religionis excommunicatus, à quo eſt abſoluendus. eod.
Prælatus Religionis quando eſt ſuſpenſus. 478
Presbyter excommunicatus excommunicatione minori poteſt abſoluere ab excommunicatione non autem à peccatis. eod.
Presbyter excommunicatus in neceſſitate poteſt abſoluere ab excōmunicatione. 479
Primam tonſuram conferens quando eſt ſuſpenſus. eod.
Prima tonſura non poſſunt initiari irregulares ſine præuia diſpenſatione. 481
Principum Aulam Monachus petens quando eſt excommunicatus. 482
Procurator non poteſt eſſe qui eſt excommunicatus. eod.
Proditores non gaudent immunitate eccleſiaſtica. eod.
Profeſſionis fidei omiſſio quando inducit excommunicationem. 483
Profeſſio Religionis quando inducit ſuſpenſionem. eod.
Principes, & Rectores locorum quando excommunicantur. 484
Promittentes, dantes, vel accipientes pro iuſtitia, vel gratia ſunt excommunicati. 485
Prorogatiô facta à parte inſcio Iudice cenſuras ſuſpendit. 492
Pauper excommunicatus ob percuſſionem

Clerici quando ab Epiſcopo poteſt abſolui. 491
Puer ob percuſſionem Clerici excommunicatus à quo eſt abſoluendus. 492
Pueri ante pubertatis annos poſſunt fieri irregulares. eod.
Pueri quando per cenſuras coguntur ad confeſſionem. eod.

Q

QVando Epiſcopus concubinarius cenſendus eſt non emendatus. 493
Quotuplex admonitio requiratur, vt Epiſcopus hanc ſuſpenſionem incurrat. 494
Quas cenſuras incurrunt Prælati limina Apoſtolorum non viſitantes. eod.
Quæſtores eleemoſynarum poſſunt excommunicari. eod.

R

RAciocinium ad reddendum obligatus quando eſt irregularis. 495
Rapientes res Eccleſiæ cum effractione, &c. ſunt excommunicati. eod.
Raptores mulierum ſunt excommunicati. 496
Ratihabitio homicidij non inducit irregularitatem. 497
Reges non poſſunt excommunicari ab Epiſcopo. 498
Reges an poſſint expellere Epiſcopum ab Epiſcopatu. eod.
Regulares an poſſint ab Epiſcopo excommunicari. 499
Regularis percutiens regularem eiuſdem Monaſterij, vel alterius Clauſtri, vel Clericum ſæcularem à quo eſt abſoluendus. 500

Re-

Regularium Monaſterium ingredientes mulieres ſunt excommunicatæ . 501
Religionis ingreſſus quando inducit excommunicationem. eod.
Religioſus Parochus quando eſt ſuſpenſus. 502
Religioſus tranſiens ad aliam Religionem quando eſt excommunicatus . eod.
Religioſus audiens leges, vel medicinas quando eſt excommunicatus. 503
Religioſus habitum dimittens quando eſt excommunicatus. eod.
Religionis Prælatus quãdo eſt interdictus. eo.
Religioſus non ſeruans interdictum eſt excommunicatus . eod.
Religioſus decimas vſurpans eſt excommunicatus. 504
Religioſi in Regno Siciliæ mactantes animalia agrorum culturæ inſeruientia ſunt excommunicati . eod.
Religioſus noua loca recipiens quando eſt excommunicatus. 505
Religioſos perturbans quando eſt excommunicatus. 506
Reliquias Sanctorum extrahens quando eſt excommunicatus . 507
Remigantes Chriſtiani in Turcarum triremibus quando ſunt excommunicati . 507
Repreſalias contra Eccleſiaſticos concedens eſt excommunicatus . 508
Reſcriptum Sedis Apoſtolicæ ab excommunicato impetratum ipſo iure irritũ eſt. 509
Reſidentia Epiſcoporum . 510
Reſuſcitatus non poteſt excommunicari. eod.
Rixantes quando ſunt irregulares. eod.

Romipetam, ſeu Peregrinum moleſtans eſt excommunicatus. 511
Romanæ Curiæ Procuratores, &c. moleſtans eſt excommunicatus. 514

S

Sacerdos excommunicatus celebrans fit irregularis. 515
Sacerdos excommunicatus ſi excipiat confeſſiones incurrit irregularitatem. 516
Sacerdos non habens licentiam confitendi; ſi excipiat alicuius confeſſionem, non fit irregularis. eod.
Sacerdos Epiſcopales actus exercens fit irregularis. 517
Sacerdotem indignum ordinans fit ſuſpenſus. eod
Sacerdos exercens officium Præpoſiti ſæcularis eſt excommunicatus. 519
Sacramentum Euchariſtiæ excommunicato quando non eſt denegandum. 520
Sacramentum Pœnitentiæ ab excommunicato conferri non poteſt. 521
Sacramentorum vſus actiuus ſeu adminiſtratio excommunicato eſt prohibita. 522
Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ non ſuſcipiens excommunicatus voluntarie, & in excommunicatione perſiſtens, peccat contra præcepta, etiam quatenus Eccleſiaſtica ſunt ſuſcipiendi prædicta Sacramenta. 523
Sacramentis abutentes ſunt excommunicati. eod.
Saltans cum grauida, ſi illa abortit quando eſt irregularis. 525

Salutare non debemus excõmunicatum. eod.
Scabies quando inducit irregularitatem. 526
Seluatici Diaconi non gaudent priuilegio canonis; ſed fori. eod.
Sciſmatici ſunt excommunicati. 527
Scholas pias erigentes, &c. ſunt excommunicati. 528
Sedem Apoſtolicam petentes moleſtans eſt excommunicatus. 529
Sepultura Eccleſiaſtica quando inducit interdictum, vel excommunicationem. 531
Sepelientes hæreticos ſunt excommunicati. 532
Sepelientes excommunicatos, interdictos, & Vſurarios ſunt excommunicati. 533
Sepelientes vno, & eodem actu publicum excommunicatum in Eccleſia, qui etiam ſit nominatim interdictus, & vſurarius manifeſtus, tres excommunicationes incurrit. 534
Sepelientes vſurarios, vel ab eis oblationes recipientes ſunt ſuſpenſi. 535
Sepulturæ Eccleſiaſticæ negatio quam damnoſa ſit excommunicato. 536
Seruus eſt irregularis, & quare. 537
Seruus quando poteſt ab Epiſcopo abſolui ab excommunicatione. 538
Simoniaci irregulares ſunt. 539
Simoniaci ſunt excommunicati. 540
Societatem Ieſu impugnantes ſunt excommunicati. 543
Sodomiam exercentes ſunt ſuſpenſi. 544
Sollicitantes in confeſſione ſunt ſuſpenſi. eo.
Sponſalia implere recuſans eſt cogendus per cen-

cenſuras. eod.
Sponſiones ineuntes quando ſunt excommunicati. 545
Sponſus excommunicatus poteſt communicare cum ſponſa. eod.
Superior excommunicans quando eſt ſuſpenſus. 546
Superior ab inferiori non poteſt excommunicari. eod.
Superiori detrahens Prædicator eſt excommunicatus. eod.
Superiores Ordinum, & Religionum quando ſunt excommunicati. 547
Subdiaconus quando eſt irregularis. eod.
Surripientes Scripturas Cameræ Apoſtolicæ quando ſunt excommunicati. 548
Surdus eſt irregularis. eod.
Surdaſter non eſt irregularis. eod.
Surdus, aut cæcus, ſi ſit excommunicatus denunciatus non poteſt Officia diuina cum alijs recitare, neque intereſſe dum ab alijs fiunt. 549
Suſpenſio. eod.
Suſpenſus ex ordinatione ante legitimam ætatem, ſi canet Euangelium, & Epiſtolam in eadem miſſa, non eſt irregularis. 556
Suſpenſus à ſuo ordine, non fit irregularis, ſi ad ſuperiorem ordinem aſcendit. eod.

T

TAcens, & mutus quando eſt irregularis. 557
Taurorum agitationes permittens, & qui illis interſunt quando ſunt excommunicati. 558
Teſtis, qui pretio falſum depoſuit vnde innocens

cens damnatus fuit ad mortem gaudet immunitate. 559
Teſtis falſus, ſi deponit ſine pecunia mediante contra aliquem, & ob id à iudice mort adiudicatur, priuatur immunitate, tamquam occidens aliquem proditorie. 550
Teſtis quando eſt irregularis. 560
Teſtis excõmunicatus repellitur à iudicio. 561
Teſtes, denunciatores vt in Officio S. Inquiſitionis non fiunt irregulares, licet nullam faciant proteſtationem. eod.
Teſtes quot requirantur, vt factum dicatur notorium in percuſſione Clerici. 561
Terras Romanæ Eccleſiæ deſtruentes, inuadentes, occupantes, & detinentes ſunt excommunicati. 562
Torquens reum quando fit irregularis. 564
Torquens Clericum quando eſt excommunicatus. 564
Torqueri quando poſſunt clerici per laicos abſque metu excommunicationis. 566
Terra quando eſt interdicta. eod.
Trahentes Eccleſiaſticas perſonas ad tribunalia laicalia ſunt excommunicati. 567
Torneamentum priuat Eccleſiaſtica ſepultura. 571
Triremibus damnatus fit irregularis. eod.
Tuſsis quando facit irregularem. eod.
Tutor, vel Curator non poteſt eſſe, qui eſt excommunicatus. eod.
Tutor quando eſt irregularis. eod.

V

VBera mulieribus abſcindens eſt irregularis. 572

Ve-

Venator Clericus quando eſt irregularis. 573
Venator Clericus quando eſt ſuſpenſus. 574
Venæ ſectio Religioſis, & Clericis in ſacris non eſt prohibita. eod.
Vertigo quando facit irregularem. 575
Veſtis quando clericis inducit ſuſpenſionem. eod.
Viaticum conceditur tempore interdicti, non Sacra Vnctio. 577
Vicarius Epiſcopi quando non poteſt excommunicare. 578
Vicarius Epiſcopi nō poteſt eſſe bigamus. 579
Vicarius generalis Epiſcopi quando abſoluere poteſt à cenſuris. eod.
Vicarij generalis iuriſdictio per Epiſcopi excommunicationem aut ſuſpenſionem ſuſpenditur etiam, non omnino amittitur. 580
Vicarij familia gaudet priuilegio fori. eod.
Victualia impedientes ad Curiam Romanam ſunt excommunicati. eod.
Violantes cenſuras ſunt irregulares. 583
Viſitatores Epiſcopatuum quando ſunt interdicti, aut ſuſpenſi. 584
Viſitationem monialium impediens eſt excommunicatus. 586
Vitium beſtialitatis exercens clericus non eſt ſuſpenſus, ſicut ſodomita. 587
Vnguibus carentes quando ſunt irregulares. eod.
Vniuerſitas non poteſt excommunicari. 588
Vniuerſitas quando interdicitur. eod.
Voluntas ſola, & conatus non inducunt irregularitatem. eod.
Vrgens neceſsitas excuſat ab irregularitate. eo.

Vſu-

Vſurarum ſtatuta obſeruantes, & Vſurarijs locantes domos quando ſunt excommunicati, ſuſpenſi, & interdicti. 589
Vſurarius Clericus eſt ſuſpenſus. 590
Vſurarius Clericus eſt irregularis. 591
Vſurarium ſepeliens eſt excommunicatus. eo.
Vſurpantes iuriſdictionem Eccleſiaſticam ſunt excommunicati. 592
Vſu rationis carens eſt irregularis. 594
Vulnerans vulnere non lethali non eſt irregularis ſecuta morte. eod.
Vtilitas excommunicationis. eod.
Vulnerans aliquem proditorie, ſi mors ſecuta non fuerit, gaudet Eccleſiæ immunitate. pag. 595
Vulneratus in ipſo conflictu duelli, & eodem die, vel alio poſtea moritur, priuari non debet Eccleſiaſtica ſepultura. 596
Vxoratus eſt irregularis. eod.

X

XEnodochium, ſeu Hoſpitale quando gaudet immunitate. 598
Xenia ſponte oblata, & accepta quando inducunt excommunicationem. eod.

SVM-

SVMMA CENSVRARVM,

ET IRREGVLARITATVM

Ex Apoſtolicis Conſtitutionibus vſitatioribus excerpta.

Abbas, & Abbatiſſa quando excommunicationem incurrunt.

1 ABBAS, & Abbatiſſa, & Conuentuum Superiores in Monaſteria, & domus ſuas ſub prætextu facultatum Apoſtolicarum mulieres ingredi facientes, vel permittentes, excommunicationem incurrunt. Greg. XIII. Ann. 1575. Extra quæ incipit. Vbi gratiæ & eſt 36. Conſt. eiuſdem.

2 Abbatiſſæ omnes, & moniales exeuntes à Monaſterijs quacunque de cauſa, etiam infirmitatis. excepta magni incendij, vel ægritudinis, lepræ, vel epidimiæ probatæ litteris Superioris, vel Epiſcopi, ſunt excommunicatæ. Pius V. extra. quæ incipit. Recon edit. Anno 1569.

Digitized by Google

Abbas, & Abbatiſſa quando ſuſpenduntur.

1 SVſpenſio ipſo iure ab officio, & beneficio per annum eſt contra Abbates, & alios quoſcunque quantumuis exemptos concedentes litteras Dimiſſorias aliquibus Clericis ſæcularibus, vt ab alijs ordinentur, etiam ſi tales Clerici ad ſuam pertineant iuriſdictionem; ſed horum ordinatio pertinet ad Epiſcopos, intra quorum Diœceſis fines prædicti Abbates, aut exempti exiſtunt. Trid ſect 23.c.10. Vide apud Dianam tract.2. de dub reg. reſol 95. ſententiam contrariam Villalobos, & aliorum.

2 Abbas, qui bona Eccleſiæ non legitime alienat, incidit in pœnam Interdicti, ab extr. de reb. Eccleſ. non alien. & ſuſp.

3 Abbates, & Priores, qui non habent ſupra ſe Abbatem in Religione Monachorum nigrorum; ſi delinquant in habitu, & pertinentibus ad honeſtatem veſtitus, id eſt, ſi ſotulares non corrigiatos, & altos, aut caputia non fiſſa portare præſumpſerint, per annum à beneficiorum collatione ſuſpenſi ſunt. Clem. 1. §. Si quis autem de ſtat. mon.

4 Abbates, & Priores, qui non habent ſupra ſe Abbatem ex ordine Sancti Benedicti, ſi venationi, aut aucupationi clamoſæ, vel alias cum canibus, aut auibus ex propoſito interſit, per duos annos à collatione beneficiorum ſuſpenſi ſunt, & collocatio

bene-

beneficiorum durante hoc tempore ad Priorem, & Conuentum pertinet. Clem. 1. §. 1. Si quis autem. de ſtat. mon.

5 Abbatiſſa, vel Præfecta Monaſterij tenetur per menſem ante profeſſionem alicuius faciendam Epiſcopum ipſum certiorẽ facere, alias ab officio eſt ſuſpenſa tandiu, quandiu Epiſcopo videbitur. Trid. ſeſſ. 25. c. 13.

Abbatiſſam alloquens non eſt excommunicatus.

1 ABbatiſſam alloquens ſine licentia Epiſcopi, incurrit in excommunicationem latam ab Epiſcopo Graff. de caſ. reſer. l. 2 c. 5. n. 31. Contrariam ſententiam ſequitur Diana tract. 2. de dub. reg. reſol. 48. Quia ſicut nomine Monachorum non venit Abbas, vt notat Gloſſ in cap. fin. de ſimon. & ibi Panor. n. 2. Card. in Clem. 1. num. 7. in 6. oppoſ. de regul. ita dicendum eſt, quod nomine Monialium non venit Abbatiſſa.

Abbatiſſa poteſt eſſe illegitima.

1 ABbatiſſa poteſt eſſe monialis illegitima abſque diſpenſatione. Dian. tract. 2. de dub. reg. reſol. 101. Ratio eſt, quia in cap. 1. de fel. presbyt. ne vllum verbum inuenitur de fœminis, ſed tantum de viris, & fœminæ in odioſis non includuntur ſub nomine maſculorum, ex reg. cap. gener. de elect. in 6. contrariam ſententiam ſequitur.

Sayr. l. 6. cap. 11. nu. 3 & Maiol. l. 1. cap. 10. num. 5.

Abbatiſſa, vel Prioriſſa non poteſt eligi bigama.

1 TExtus expreſſus in Auth. de Sanctis Epiſcopis §. Diaconiſſam, & in Author. Diaconiſſam C. de Epiſcopis, & Cler. & cap. Nemo 88 diſt.

Abbatiſſa, vel Prioriſſa non poteſt eligi filia clerici in ſacris conſtituti.

1 QVia infamis eſt in iure. Ita Maiolus l. 1. cap. 29. n. 12 cum alijs.

Abbatiſſa interdicere nequit.

1 ABbatiſſa, vel Prioriſſa Eccleſias, aut Clericos Monaſterio ſubiectos interdicere nequit quia non eſt capax Iuriſdictionis ſpiritualis tum ratione ſexus, tum quia non eſt capax ordinis Clericalis, ſpiritualis autem iuriſdictio ſaltem de facto, & de iure communi ordinem clericalem ſupponit. Sayr. l. 5. c. 10 n. 26.

Abbas electus, & confirmatus poteſt interdicere.

1 ABbas electus, & confirmatus, etiam ſi non ſit Sacerdos poteſt excommunicare

nicare monachos ſuos. Sayr. de cenſ. l. 1. c. 5. Quia excommunicatio non eſt actus ordinis, ſed Iuriſdictionis.

Abbatiam recipiens quando eſt ſuſpenſus.

1 ABbatiam, Epiſcopatum, vel aliam dignitatem de manu laici recipiens ab ingreſſu Eccleſiæ eſt ſuſpenſus. c. ſi quis deinceps. 16. q. 7.

Abortum procurantes quando ſunt excommunicati, & Irregulares. vide ſaltans.

1 COntra procurantes abortum quouis modo eſt excommunicatio Sixti V. effrenatam. Anno 1588. & erat Papæ reſeruata. Sed Gregorio XIIII. Illam moderauit, nam quoad fætum inanimatum reduxit ad terminos iuris Canonici, & Concilij Tridentini diſpoſitionem, reuocando omnes alias ſpeciales pœnas à Sixto V. abortui decretas. Quoad fætum animatum conceſſit facultatem omnibus Confeſſarijs approbatis, vt poſſint in foro conſcientiæ abſoluere à peccato, & ab excommunicatione. Sayr. de conſ. l. 3. c. 35. n. 25. & 26.

2 Irrgeularitas eſt contra eum, qui fuit in cauſa mortis pueri in vtero, quam abortum vocant, ſi erat anima infuſa, ſecus, ſi

non erat infuſa. Gloſſ. communiter recepta in prin. d. 5. Abbas in cap. Siquis de homicid. & omnes.

Anima rationalis in maribus quadrageſima, in fæminis vero octogeſima, vel nonageſima die infunditur. Omnes.

3 Clericus abortum conſulens cenſendus eſt in dubio irregularis, ſi infans iam natus occidatur à muliere, & fuerat facta prægnans ab ipſo, vel aliter ſua intererat occultatio prolis, alias ſecus. Nau. conſ. 49. de homicid.n.6 p.2.ed.2.

4 Nõ licet ſumere, ſeu præbere medicinas directe ad fætus occiſionem tendentes, ſeu animo vt fiat prolis abortus, ſiue ante, ſiue poſt animationem fætus. Non licet poſt animationem, quia hoc eſt cooperari directe neci innocentis; quod eſt intrinſece malum. Vnde ei, qui hoc fecerit conſtituitur pœna mortis l. penul. C. de Sicarijs.

5 Neque etiam ante animationem, quia procurare pollutionem propter ſanitatem eſt illicitum ergo ſimiliter procurare abortum ante animationem ob eundem finem. Vtrunque enim eſt contra naturam generationis; neque eſt medium per ſe neceſſarium ad ſanitatem. Couar. Clem. 5. furioſius. p. 2. 6. n. 1. Leſſius. l. 2. de Iuſt. c 9. d. 10.

6 Qui fecit abortum, ſi dubitetur de animatione fætus, non eſt irregularis. Diana tract. 2. de irreg. reſol. 16.

7 Qui potionem dedit mulieri, ne concipiat, non eſt irregularis. Sayr. l. 7. c. 1. n. 2. Nau. 223. Sot. d. 26. q 143.

8 Pœnæ

8 Pœnæ quoad perſonas Eccleſiaſticas procurantes abortum poſt animatum fætus ſunt priuationis, inhabilitatis, degradationis, traditionis Curiæ ſæculari, & præuentionis inter Iudices, tam Eccleſiaſticos, quam ſæculares circa huiuſmodi criminis reos. Nam Gregorius XIV. Conſt. ſua incip. Sedes Apoſtolica, Edita Anno 1591. non reuocat Bullam Sixti V. contra procurantes abortum quoad perſonas, de quo apud Quaranta in comp. Bull. verb. abortus nu. 3. Sed ſolum ſit moderatio in partem quoad abſolutionem reſeruatam Ordinario in foro conſcientiæ.

9 Monialis procurans abortum potione, vel phebotomia excommunicationem non incurrit c. ſi quis ſuadente, quia manus hæc licet ſit violenta naturæ, non tamen eſt violenta perſonæ conſentienti, nec iniurioſa ſtatuti Eccleſiaſtico, ex Caiet. ver. excommunicatio c. 10. not. 3. & Angelus in floribus, &c. ſent. d. 5. diſt. 3. conc. 3. Quia, inquit, non ſibi, ſed fætui iniuriam irrogat.

10 Qui venena, aut pocula ſterilitatis alicui viro propinauit, ita, vt non poſſit generare excommunicatus, aut irregularis non eſt. Ratio eſt, quia pœnæ contra procurantes abortum locum habeant in muliere, vt colligitur ex verbis Bullæ, mulieri prægnanti, & quia pœnæ potius reſtringendæ ſunt, quam extendendæ extra proprium caſum Sayr. l. 3. cap. 35. num. 27.

11 Mater, quæ patitur graues concupiſcentiæ tentationes ad incontinentiam prouocantes, ſeu potius cogentes, & experimen-

to didicit nulla vi eas ſe ſuparaturam, niſi ieiuniorum macie, & debilitatione. Verumtamen aperte videt pueri mortem in vtero ſecuturam alimentorum defectu; debet propriam ſalutem ſpiritualem, & continentiam ante ferre prolis ſaluti corporali iuxta charitatis ordinem, qua docemur ſpiritualia corporalibus ante ferre, tum noſtra, tum aliena, atque ſubſecuta mors, vel debilitas prolis per accidere ſubſequetur. Medull. 4 p.c. 12. §. 6.

9 In extremo vitæ periculo fœminæ prægnantis licet vti medicina probabili ad vitam, & mortem, & experiri vtrum proſit ad vitam. Ita Roder. cum Almaino verb. medicus. Ratio eſt, quia in hoc experimento nulla perituræ proli fit iniuria.

10 Medicamenta ab ipſa natura in ſanitatem genita, matri de vita periclitanti adhiberi poſſunt, etiam cum periculo prolis per accidens perituræ. Cord. l. 1. q. 38. dub. 3 & in addit. q. 173. Quia in periculo vitæ matris extremo, etiam imminet extremum periculum vitæ prolis, ideo niſi ſubueniatur vitæ matris, neceſſario ſequetur mors prolis, ideo licet per accidens ſequatur ex intente per ſe ſanitate matris, non illi fit iniuria. Meduil. 4. p.c. 12. §. 2.

Abſtemius eſt irregularis.

1 IRregularitas eſt contra abſtemium. Dicitur abſtemius, qui vinum non poteſt bibere, quin ſtatim euomat. Ouid. l. 15.

Vina

Vina fugit, gaudetque meris abſtemius vndis.

Gloſſ. ſing. d. c. ipſi Apoſtoli in verb. nec eſſe 2. q 7. Nauarr. in Manual. c. 27. nu. 204. Neque poteſt cum eo Epiſcopus diſpenſare; ibid. vnde dicitur.

Abſtemius ſi ſis, presbyter eſſe nequis.
&
Vinum non potans, presbyter eſſe nequis.

Quia hic eſt impotens ad celebrandum, cum neceſſario debeat celebrari ſub vtraque ſpecie, vt determinatum eſt in iure. Sed recte poteſt promoueti ad ordines maiores, ad ſubdiaconatum, vel Diaconatum. Nau. c. 7. num. 209.

Abſolutio excommunicationis an valeat, ſi dicatur. Abſoluo te, non addendo ab excommunicatione, vel ſuſpenſione.

1 NOn eſſe neceſſarium exprimere nomen cenſuræ, à qua datur abſolutio illa, vt valida ſit, docet Hugolin. de cenſ. tab. 1. c. 23. E contra Sylu. verb. abſolutio 2. §. quartum eſt.

2 Alij mediam viam tenent. Quod ſi à petente abſolutionem determinetur cenſura, tunc, vt abſolutio valida ſit, non eſt opus eam exprimere, ſed ſatis eſt dicere. Ego te abſoluo. Quia ratione petitionis, ſufficienter determinatur intentio, & ſignificatio illius verbi, abſoluo, ſicut propter eandem rationem in Sacramento pænitentiæ ſatis eſt

 dicere-

dicere. Ego te abſoluo, nulla facta mentione peccatorum, vt docet S.Th.3 p.q.84.a.1.

3 Si vero abſolutio à cenſura detur inuito, vel detur non petenti, vt fieri ſolet in confeſſione ante abſolutionem ſacramentalem à peccatis, etiam quando pœnitens nihil cogitat de abſolutione à cenſuris, tunc, vt abſolutio à cenſura valida ſit, neceſſarium eſt eam in abſolutione exprimere, quia aliter non determinatur ſenſibiliter ſignificatio huius verbi, abſoluo, quantum ſatis eſt. Ita Suar. Turrian. & alij.

Abſoluens à cenſuris quando eſt excommunicatus.

1 EXcommunicatio contra Confeſſarios ſæculares, vel regulares quorumcunque ordinum, ex religionis quibuſuis priuilegijs, & indultis ſuffultos, qui abſoluere præſumunt à caſibus clare, vel dubie in Bulla Cœnæ contentis, aut ab alijs caſibus Papalibus, vel Epiſcopalibus, & reſeruatur Papæ. Vide Decretum Cong. Card. de mandato Clementis VIII. relatum à Quaranta cum eius declaratione. Qui ſint caſus Papales, vide in verbo Caſus.

2 Excommunicatio eſt contra tentantes abſoluere à quibuſdam caſibus Papæ reſeruatis Bullæ cœnæ, & commutare quinque vota ſpecialiter Papæ reſeruata, ſcilicet Religionis, Caſtitatis, Peregrinationis Hyeroſolomitanæ, Compoſtellanæ, ac Romæ, & reſeruatur

Papæ

Papæ extr. 5· & ſi Dominici de pœnitentia, & remiſſione.

Si confeſſarius abſoluendi facultate prædi-tus oblitus ſit aliquem ab excommunicatione, aliaue cenſura abſoluere, ſi hominem accerſere non poſſit, abſenti abſolutionem dare poteſt. Alia ratio eſt de abſolutione ſacramentali· Layman.

Abſolutio à cenſura varijs modis fertur.

1 Pvre,& ſimpliciter v.g.abſoluo te à vincula excommunicationis,quàm incurriſti ob talem cauſam·

2 Sub conditione pendente in futurum, qui tamen modus non eſt vſitatus.

3 Ad cautelam, ſi nimirum ſuſpitio, vel dubium ſubſit, num aliquis cenſuram incurrerit, tunc abſolui ſolet ſub conditione v. g. Abſoluo te à cenſura excommunicationis, ſi indiges, vel ſi eam incurriſti ob talem crimen. Interdum verò, & ſi nulla ſuſpitio cenſuræ contractæ adſit, præmitti ſolet abſolutio à cenſuris ante Sacramentum pœnitentiæ. Abſoluo te à vinculo excõmunicationis,ſuſpenſionis, & interdicti in quantum poſſum, & indiges, ad vitandam irreuerentiam, ſi forte pęnitens in occulta cenſura ſit, vel ante collationem ordinum ad vitandam irregularitatem ordinati: vel ante electionem, aut collationem Eccleſiaſtici beneficij, aut alicuius priuilegij ad vitandam eius inualiditatam.

4 Dari ſolet quandoque abſolutio ad reincidentiam. Cum certa conditione, quam niſi abſolutus intra præfixum terminum, vel quam primum commode poteſt adimpleat, v. g. ordinario ſe ſiſtat, aut parti læſæ realiter ſatisfaciat in eandem, vel potius ſimilem cenſuram denuo incidat.

Abſolutio à cenſura ab homine lata à quo danda.

1 QVando moritur, vel excommunicatur, vel ſuſpenditur Epiſcopus, qui eam tulerat, poteſt is, qui ſuccedit in locum mortui, vel excommunicati, ſeu ſuſpenſi, cap. 1. de maior & obd. in 6. Bonacc. de cauſ. diſp. 5. q. 3. p. 1. n. 2. tom 1.

Abſolutio collata pænitenti cenſuris irretito ſub his verbis tantum, abſoluo te, liberat illum, & à cenſuris, & à peccatis.

1 ITa Suar. tom 5. de conſ diſp. 10 ſect. 2. num. 7. Modo intendat confeſſor ſimul abſoluere à cenſuris, & à peccatis, in quo caſu abſolutio à cenſuris cenſetur prior natura abſolutione à peccatis, quamuis vtraque abſolutio ſit ſimul tempore. Nam Confeſſor abſoluens poteſt ex intentionem eiiſdem verbis vti ad vtrumque effectum.

Abſo-

Abſolutionem à cenſura extorquens eſt excommunicatus.

1 EXcommuaicatio eſt contra omnes,qui per vim,& metum extorquent ab Eccleſiaſtico Iudice abſolutionem à cenſura, & nemini reſeruatur Cap. vnde his,quæ vi in 6.

2 Ad incurrendam hanc cenſuram requiritur effectus abſolutionis ortę ex tali graui metu, qui moraliter faciat actum inuoluntarium. Suar. de cenſur. l 1 c. 10. n. 1.

Abſoluendus eſt excommunicatus prius ab excommunicatione, quam à peccatis.

1 ITa communiter Doctores. Ratio eſt, quia excommunicatus, tam maiori, quam minori excommnnicatione eſt à paſſiua ſacramentorum participatione per Eccleſiam priuatus, cap. ſi celebr. de cler. excom. miniſ. cap ſi celebr. cap. Egeltrudam. 3. q. 4. Ire vero contra hoc præceptum eſt mortale. Illud vero appellat S. Thom. 22. q. 99. a. 3. ſacrilegium.

Abſolutio à peccatis data ante abſolutionem excommunicationis. Quando valeat. Vide excommunicatio n. 24.

Abſol-

Abſoluere à cenſuris in articulo mortis poteſt quilibet Sacerdos. Vide Laicus & Presbyter.

1 Abſoluere ab omnibus peccatis, & cenſuris in mortis articulo poteſt quilibet Sacerdos abſque ſui Epiſcopi licentia, licet degradatus, irregularis, excommunicatus, vel hæreticus ſit, ceſſante periculo ſubuerſionis. At ſi adeſt copia ſuperioris potentis abſoluere, ſeu alterius Sacerdotis expoſiti ad audiendas confeſſiones, probabilius eſt id non licere. Sanchez in Reſol tom. 1. l. 2. c. 13. n. 5 & 7. & ailj, quos ibi refert.

Articulus mortis eſt, cum quis febri continua laborat, aut eſt ætate confectus, aut iter facturus periculoſum. Nau. in Sum c. 2. n. 8. Sylu. verb. mors n. 4. Angel. ibid. n. 6. Articulum, & periculum mortis pro eodem accipiunt, vt quis poſſit abſolui. Valent. tom. 4. d. 7. q. 10. p. 2. Vide mortis periculi cauſa.

Actor excommunicatus in Iudicio non poteſt exercere ſuum munus.

1 Patet ex cap. decernimus. de ſent. excom. & ex cap. 1. de excep. in 6.

2 Notandum eſt tamen hic Turrianum tom. 2. diſp. 14. dub. 3. ex Suar. docere non eſſe paſſiuum mortale ex obiecto ſi excom-

muni-

municatus ius ſuum petat in iudicio, donec vel per exceptionem, vel per officium iudicis repellatur, ſi alias re vera non petat iuſtitiam debitam, & non vtatur vi, aut fraude.

Admittens ad beneficium, quando eſt ſuſpenſus. Vide Iuramentum.

1 SVſpenſio à pontificalibus eſt contra Antiſtites, qui aliquid recipiunt in collatione, aut alia prouiſione, ſeu admiſſione beneficiorum à prouiſis auctoritate ordinaria, vel Apoſtolica de illis, & præmiſſa ſatisfactione, reſeruatur Papæ extr. 106 Durum nimis Pij V.

Aduocatus quando eſt irregularis.

1 ADuocatus contra reum, qui de facto fuit occiſus, aut mutilatum illi membrum manet irregularis; licet præmittat proteſtationem. Communis ratio eſt, quia hic non procurabat in cauſa propria, ſed in aliena. Aduocatus vero rei fit irregularis quando reus ex ipſius Aduocati imperitia, vel negligentia adiudicant morti, ipſa tamen morte ſecuta. Bonacc. tom. 1. de cenſ. diſp. 7. q. 4. p. 3. n. 6 & 7. Nau. c. 24. n. 228.

Aduocatus quando comprehenditur in excommunicatione.

1 SI excommunicatio feratur ſuper ſcientes, non comprehendit Aduocatum ſcien-

ſcientem ſecreto rem. Ratio eſt, quia ſeruare ſecretũ tenemur ex iure naturali ius vero poſitiuũ naturali derogare nõ poteſt, ſeu à Principe feratur, ſeu à Papa Medulla p. 4. c. 3. §. 4.

2 Aduocatorum officium neceſſarium eſt, & laudabile, & propterea Aduocati æquiparantur militibus, per eos enim tanquam per milites vita, & patrimonium hominum defenduntur. Dicuntur Aduocati cauſarum Patroni, quoniam his cauſæ vitæ, honoris, & bonorum fortunæ committuntur. Clerici nõ poſſunt aduocare propter indecentiam, cum Deo militantes non debeant negotijs ſæcularibus ſe implicare, & maxime cum tale officium parti aduerſæ ſit odioſum. Nec expedit Eccleſiaſticis odium cum iurgio, ſed beneuolentiam cum pace coniunctam habere; & quia Aduocatorum officium eſt valde periculoſũm: quia Adagium eſt. Illuc eunt leges quò volunt Reges; eò eunt iura, quo volunt Iuriſtæ, ideo quidam dixit. In cœlo habemus plures Aduocaros, & paucos Aduocatos. Primos volebat intelligi, diuos, qui pro nobis intercedunt. Secundos vero ipſos cauſarum patronos, qui mortui ſunt, quod facile damnantur. Et addebat multi ſunt Aduocati: pauci vero electi, intelligens paucos ex iiſdem Aduocatis.

Ad malos Aduocaros inquit ille
O vos Cauſidici, qui linguam venditis illi.
Vos vocat Infernus, vos deſpicit Ordo ſupernus.
Habemus vnum Aduocatum in Cælis. (*mus*)
Cauſidicũ in cælis vnum (inquit Paulus habe-
Præter eum num quid ſunt ibi Cauſidici?

Aduo-

Aduocatus non poteſt eſſe, qui eſt excommunicatus.

1 CONueniunt Doctores excommunicatum non poſſe licite aduocare, niſi quando eſt toleratus, & inducitur à fidelibus & quando non eſt toleratus, non poſſe licite admitti ad id, vt ſupponitur in cap. decernimus 8. de ſent. excom. in 6. Quod ſi à Iudice de facto admittatur, & ei non obijciatur excommunicatio, patrocinia ab ipſo facta valida ſunt; quia nullibj irritantur, & tunc poterit pro illis ſtipendium accipere: non vero pro factis; poſtquam ei obiecta eſt excõmunicatio, & repellũtur: quia tunc fiunt irrita ad deciſionem cauſæ. Hurtad. diff. 8. de excom. diffic. 7.

Adulter Clericus eſt ſuſpenſus, & irregularis.

1 IRregularis eſt Clericus adulter, ſi maritus ob id occidet vxorem. Nau. de irreg. c. 17. n. 2; 8.

2 Irregularitas, & ſuſpenſio, quam incurrit clericus notorius adulter, diſpenſari poteſt ab Epiſcopo, ſi clericus poſt adulterij crimen non eſt executus actum proprij ſui Ordinis; at ſi illum executus fuit, indiget diſpenſatione Papæ. Ioan. Azor. inſtit. moral. p. 3. l. 3. cap 8. verſ. nono notandum.

3 Pæna

3 Pœna lapidationis impoſita erat mulieribus adulteris, & non viris. Leuit. 20 quia ſecundum Aug. mulier plura habet retrahentia à peccato, quam vir, videlicet cuſtodiam viri, confuſionem mundi, & prolis incertitudinem.

4 Adulterium feris, & barbaris deteſtabile. Ambroſ. Quid omnibus peccatis adulterio grauis eſt. §. 5. Clem.

Vxorem alterius tangens, immundus habetur,
Qui cupit ergo ſibi laudemq; decuſque caueto,

Adulteri Clerici *pœna.*

Clericus de adulterio damnatus, per Epiſcopum deponitur ab officio, & in Monaſterio toto vitæ tempore detruditur. cap. ſiquis Clericus 81. diſt. Bor. Diac. pract. crim. can. c. 88. n. 2. ed vlt.

Adulterium vxoris marito deferens quando eſt irregularis.

1 DEferens marito adulterium vxoris, ob quod maritus vxorem occidit, vel in adulterio deprehenſam, vel extra, ſi ad arbitrium viri prudentis talis delatio ſit cauſa propinqua illius mortis, erit irregularis: è contra vero, ſi per leuitatem, aut loquacitatem id dixerit, contrarium dicendum eſt, non eſſe irregularem. Maiol. l. 5. 48. §. 2. n. 7. Qui hoc idem docet de eo, qui defert amantium perfidam: id eſt, amatori dixit amaſiam ei fidem non ſeruare, vel è contra.

Adul-

Adulter qui maritum aggreſſorem neceſſariæ defenſionis cauſa mutilauit, vel occidit an ſit irregularis.

1 AFfirmat S. Ant. Nau. Guttier, Molin. negat Sot. Henriq. Auila, Leſſius, ſed bene Suar. diſp 46. ſect. 1. n. 12. Si adulter temere, & non ſine periculo excitandæ rixæ ad peccandum cum aliqua vxore acceſſit, irregularem effici, quia indirectè cauſam præbuit ſecuti homicidij propter vitæ defenſionem. Quemadmodum, ſi aliquem indignis contumelijs laceſſens prouideas fore, vt te gladio inuadet, poſtea vero cum inuaſorem tui defendendi cauſa occidas, irregularis fies, potuiſſes enim vitare necem tacendo, & ab alia iniuria abſtinendo, non minus quam inuaſus à latrone clamando, vel fugiendo. Quo caſu plerique fatentur, niſi quis clamet, aut fugiat irregularitatem contrahi ſecuta occiſione latronis.

Aetatem ad ordines non habens quando eſt irregularis, vel ſuſpenſus.

1 IRregularis eſt contra eos non habentes ætatem legitimam, quæ ſecundum Canones ad ſingulos ordines requiritur. Omnes.

2 Aetas præſcripta varijs ordinibus à Trid. ſect. 23. de refor. c. 12. eſt, quod ad Subdiaconatum

natum requiritur annus 22. Ad Diaconatum annus 23 Ad præsbyteratum annus 25. ſufficit autem, vt iſti anni ſint inchoati, licet non expleti Nau. Maiol. Enrig. Sayr.

3 Et merito, & iuſtis de cauſis propter defectum ætatis irregularitas conſtituta eſt. Prima indecens, & indecorum eſt, vt qui ſibi nihil adhuc prodeſſe poſſunt, alij dignitate, & honore præfulgeant, cap. indecorum, de ætat. & qual. ord. Altera eſt, quia ſi ad officia temporalia, & ſæcularia minores annis viginti non admittuntur: quanto magis ad officium Eccleſiaſticum per aſſumptionem ordinis?

4 Qui ante ætatem legitimam ad ſacros ordines ſe faciunt promoueri ſuſpenſi ſunt ipſo iure ab ordine Pius II Anno 1461. & qui ordines ſic ſuſceptos ſollemniter exercuerit, fit irregularis, vt Nau. cap. 17. n. 70. Tolet. l. 1. cap. 48.

5 Epiſcopus recipiens conſecrationem Epiſcopalem ante legitimam ætatem, non incurrit hanc ſuſpenſionem. Tum quia Bulla Pij II. loquitur de accipientibus ordines ſacros. Epiſcopatus autem proprie, & ſtricte loquendo non eſt ordo, vt cum probabiliori ſententia docet, Bonacc. de Sacram. diſp. 8. q. vnic. p. 1. n. 3. Tum quia ſuſpenſio generaliter lata non afficit Epiſcopos, niſi exprimatur c. quia periculoſum, de ſent. excom l. 6. In Bulla autem Pij II. non exprimantur Epiſcopi, Ita Alter. tom. 2. diſp. 10. c. 1. d. 3.

6 Hæc ſuſpenſio non ceſſat ſtatim adepta legitima ætate: quia cenſura abſolute lata non

ceſſet

ceſſat lapſu temporis, ſed tollitur per abſolutionem.

7 Secus dicendum eſt de irregularitate, qua quis ab ordinibus ſuſcipiendis, & ab illorum vſu repellitur, ante legitimam ætatem, nam huiuſmodi irregularitas ceſſat adueniente legitima ætate, vt docet Sayr. Bonacc. Tolet. Nau Vgol & alij.

8 Aetas ad ordines computanda eſt à die natiuitatis, non à die conceptionis. Quia communi vſu receptum eſt, vt ætas à die natiuitatis computetur, dies autem natiuitatis nō ſolum dicitur is, quo quis naturaliter ex vtero matris egreditur, verum etiam ille, quo quis ſecto matris vtero in lucem editur. Mandoſ. pe ætat. min. c. 1. n. 25. Sanchez in oper moral. l. 4. c. 35. n. 4. Couarr. 4. Decret. 2. p. c. 8. §. 2. n. 3.

9 In ætate ad ordines ſuſcipiendos non datur paruitas materiæ. Ita docet Baſilius Pōtius de matrim l. 7. c. 63. n. 1 Vbi ſic ait. Non enim hic locum habet regula illa. Quod parum diſtat nihil diſtare videtur ſicut neque in alijs, in quibus ius tempus præfinitum exigit, vt in ætate ad ordines, ſi enim vel vnus dies, aut hora deſideretur, vitiat factum. Ita etiam docet Henriquez. l. 7. c. 2 n 2 in gloſ. lit. O. vbi dicit non debere deeſſe diem.

10 Nec obſtat, quod parum pro nihilo reputatur, quia id eſt verum quando non inde pendet tota impletitio præcepti v g breuiſſimum ſpatium eſt dimidietas ſalutationis Angelicæ, & tamen ſi nocte Iouis, poſtquam immediate ſonuit duodecima noctis hora ali-

quis

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

quis carnes commederet, peccaret mortaliter,& tamen non peccaret, ſi ante talem horam etiam ſi ſolum eſſet poſt medietatem temporis ſalutationis manducaret.

11 Nota tamen, quod ſi eſſet in principio ſequentis diei v.g. hodie impletur ætas 24 annorum poſt mediam noctem, poteſt ordinari Sacerdos. Quia, vt docet Nau. conſil.6. in fauorabilibus dies cæptus habetur pro completo, l.qua ætate, ff. de teſtam.

Aethiops quando eſt irregularis.

1 Aetihops non videtur irregulari. Maiolus de irreg.l.1. c.21. contra Vgolinũ c.50. n.4. qui veram cenſet hanc ſententiam inter ætiopes, nam, leproſus inter leproſos admittitur; ſecus autem inter nos: horrorem enim generat. Opinio tamen Maioli locum habere poſſet vbi paululum niger eſſet.

Agitationes taurorum permittens, quando eſt excommunicatus, & qui illis interſunt.

1 EXcommunicatio eſt contra omnes Principes quacunque tam Eccleſiaſtica, quam mundana, etiam imperiali, regia, vel quauis alia dignitate fulgentes, qui in ſuis prouincijs, ciuitatibus,terris, & locis permittunt fieri taurorum, aliarumque ferarum beſtiarum agitationes, ideſt congreſſus hominum cum tauris, alijſque feris beſtijs. Secundò

dò contra clericos tam regulares, quam ſæculares beneficia Eccleſiaſtica obtinentes, vel in ſacris ordinibus conſtitutos, qui eiuſmodi ſpectaculis publicis, vel priuatis interſunt; & nemini reſeruatur. Extrau.47. de ſalute gregis Pij V. Nau. c.15. n.19.

2 Hæc excommunicatio per Conſtitutionem Gregorij XIII. fuit reuocata quoad fratres milites tantum quarumcunque militiarum, duabus adhibitis conditionibus. Prima ne huiuſmodi agitationes fiant diebus feſtiuis. Secunda vt præuideatur per eos ad quos ſpectabit, ne exinde, quoad fieri poterit, alicuius mors ſequi poſſit. Clemens tãdem VIII. ſubſtulit omnes pœnas, & cenſuras quoad omnes in Conſtitutione Pij V. expreſſas, regularibus tantum cuiuſcunque Ordinis exceptis, & ad terminos iuris communis reduxit. Vide Quaranta, verb tormentum in addit.

3 Bonaccina hic falſum putat hanc conſtitutionem fuiſſe à Clemente VIII. reuocatam. Tum quia in Bullis, & Conſtitutionibus Clementis nullam de hac re dicit inueniſſe reuocationem. Tum quia nonnulli clerici agitationibus ferarum intereſſentes acriter puniti ſunt, quamuis prætextu alicuius reuocationis à Clemente VIII. factæ ſe tueri conarentur. Teſte Rodriq. in ſum. c.71. n. 4. co. 2. Vbi etiam affirmat Nuncium de huiuſmodi reuocatione interrogatum reſpondiſſe ſibi nihil de huiuſmodi reuocatione conſtare.

4 Excuſantur ab hac cenſura. Primo Religioſi, vel Clerici, qui in atrio, clauſtro, vel agro agitant, vel aſſiſtunt, agitationi vituli.

Nau.

Nau.c.15. n.21. Auil verſ. 8. etiam ſi vitulus maiuſculus ſit. Quia Pius V. intentionem habuiſſe videtur prohibendi illam taurorum, & ferarum agitationem, ex qua mors, vulnera, & alia huiuſmodi damna frequenter ſequi ſolent: hæc autem ſequi non conſueuerunt ex agitatione vituli.

5 Excuſantur nouitij, quia nouitij non ſunt proprie Religioſi, & in pœnis benignior interpretatio facienda eſt. Bonacc. hic.

6 Ipſimet agitantes tauros, aut feras, quia contra ipſos latum eſt interdictum, ſeu potius priuatio ſepulturæ Eccleſiaſticæ, ſi in congreſſu moriantur ibi.

7 Denique excuſantur Clerici interuenientes venationi aprorum, taurorum ſyluestrium, aliarumque ferarum in loco aperto, & libero ita, vt feris aditus fugiendi pateat. Quia Pontifex loquitur de ſpectaculis, vbi tauri, vel feræ in circo, vel foro agitantur. Verum ſi tauri agitantur per vias Ciuitatis, vel oppidi portis clauſis, Conſtitutio violatur, quia iſta agitatio fieri cenſetur in circo, licet latiori, & inde grauia damna contingere poſſunt. Rodriq. in Sum. c.71. n.3.

Agnos Dei pingentes &c. ſunt excommunicati.

1 EXcommunicatio eſt contra omnes ipſo facto incurrenda, qui Agnos Dei per Rom. Pontificem benedictos depingere, inficere, nimio notare, vel aurum, aut colorem

rem

rem illis imponere, aut quicquam aliud ſuper inducere, neque depingi, aut miniare facere, nec illos venales proponere, ſeu retinere quouis prætextu, qualibet ve de cauſa audent. Verum eos albos, & mundos Agnum illum purum, & innocentem repræſentantes, qui occiſus precioſiſsimo ſanguine ſuo nos redemit, decenter, & reuerenter à cunctis haberi, deferri, & cuſtodiri præcipit Gregorius XIII. conſt. incip. Omni certe ſtudio 11. Iunij 1572.

2 Hanc excommunicationem eſſe in viridi obſeruantia docet Fagundez p. 1. cap. 4. n. 25. Non eſt tamen Pontifici reſeruata, vt docet Barb. de poteſt Epiſc. p. 3. alle. 50. n. 150.

3 Hos Agnos Dei, ſi ſint albi, & non minio confecti poſſe vendi ſine vllo ſcrupulo ratione materiæ, ac laboris, & impenſarum in eis aſportandis, docet Diana. Miſcell. 6. reſol. 11. vbi alij, & notat præfatos Agnos Dei retineri poſſe poſtquam in excommunicationem incurſum eſt, eos depingendo; prohibetur enim in Conſtitutione illa pingere, vel retinere Agnos Dei depictos ad vendendum; ſecus autem ſi depicti retinerentur non ad vendendum. Legimus Vrbanum V. Pont. Max. miſiſſe ad Imperatorem Gregorium tres Agnos Dei cum verſibus infraſcriptis: vt habetur in Cæremoniali.

Balſamus, & munda cera cum criſmatis vnda
Conficiunt agnũ, quod munus do tibi magnum.
Fonte velut natum, per myſtica ſanctificatum.
Fulgura de ſurſum depellit, & omne malignum
Peccatum frangit, vt Chriſti ſanguis, & angit.

Prægnans ſeruatur, ſimul, & partus liberatur.
Munera fert dignis, virtutem deſtruit ignis,
Portatus munda de fluctibus eripit vnda,
Morte repentina ſeruat: Sathanæque ruina
Si quis honoret eum, retinet ſuper hoſte trophæum.
Parſq; minor tantũ tota valet integra quantũ.
Agnus Dei miſerere mei.
Qui crimina tollis miſerere nobis.

Agnos vreos ſolus Pontifex conſecrare ſolet pridiæ Dominicæ in Albis.

Alienantes bona Eccleſiæ ſunt excommunicati.

1 EXcommunicatio eſt contra eos, qui bona immobilia, vel mobilia prætioſa Eccleſiarum vltra triennium alienant, aut recipiunr extra caſus à iure permiſſos; & nemini reſeruatur, extra. Ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien.

2 Nota hic omnem contractum, quo transfertur in alium vſus fructus, vel dominium vtile rei temporalis vltra tempus à iure permiſſum vocari in eo textu alienationem. Molin. de contract. diſp. 462. n. 11.

3 Nota etiam hic triennium non in annis; ſad in perceptione fructuum conſiſtere; hinc fit, vt triennalis dicatur illa locatio, quæ fit per ſex, vel nouem annos: ſi ſingulis biennis, vel triennis percipiantur fructus, & ſine ſcrupulo huius cenſuræ fieri poteſt. Couar. l. 2. var. reſol. c. 16. n. 6.

4 Bo-

4 Bona, immobilia alienari prohibita, ſunt terræ, ſeu poſſeſſiones, arbores, etiam nō fructiferæ, niſi vt fructuoſiores fierent, incidantur, quamuis inciſio computetur in fructu. Item quicunque fundus, iura, actiones, obuentiones, omneque etiam pacti genus, per quod transfertur directum, vel vtile dominium,

5 Prætioſa vero mobilia ſunt illa bona, quæ ſeruendo ſeruari poſſunt, vt vaſa argentea, aurea, gemmæ, & his ſimilia. Item pecudum, grex, pecunia diſtincta ad emptionem ſtabilium, cenſuum, mobilium prætioſorum, & ſimilia. Quaranta verbo alienatio nu. 15. vſque d. 25.

6 Capit. Terrulas non fuit derogatum à Paulo II. neque à Trid Deciſum, refert à Sac. Congr. Quaranta nu. 41. ſi tria concurrant, rei exiguitas; vtilitas Eccleſiæ, & neceſsitas alienationis ibid.

7 Explicatur cap. Terrulas de valore ſcutorum 25 auri à Sac. Congr. Epiſcop. 22. Maij 1601. Gauant. manual. Epiſc. verb. alienation 24.

8 Non poteſt Epiſcopus abſque licentia Summi Pontificis reliquias ſuæ Eccleſiæ alijs donare, vel concedere, computantur enim inter mobilia pretioſa ſuæ Eccleſiæ, quæ alienare non poteſt. Genu in Prax. Arch. Neap. cap. 71. num. 4.

9 Pœnæ à Paulo II. præter excommunicationem tam contra alienantes, quam recipientes ſunt nullitas contractus, Interdictus ingreſſus Eccleſiæ ipſo iure quoad Pontifices,

& Abbates, & poſt ſex menſes ſuſpenſio eo ipſo à regimine, & priuatio ipſo facto illius beneficij, cuius bona ſunt alienata. In d. Bull.

10 Delegatus male conſenſiens alienationi, inferior Epiſcopo, eſt excommunicatus. Epiſcopus eſt ſuſpenſus ab executione officij per annum, & fit irregularitatis reus reſeruata Papæ cum obligatione damni reſarciendi. Paul. II. 1465.

11 Qui dolo, fraude ſcienter in damnum Eccleſiæ Decretum à delegato extorſerit, incurrit excommunicationem Papæ reſeruatam, & ad reſtitutionem damni dati tenetur. ibid.

12 Conſenſus Epiſcopi non requiritur in alienatione rerum Eccleſiæ exigui valoris, & nullius redditus. Aloyſ. Ricc. in Prax. Aur. reſol. 383. nu. 4.

13 Nota hic hanc excommunicationem eſſe vſu receptam iuxta opinionem aliquorum Doctorum vt Nauar. Tolet. & Syluestri in verbo alienatio nu. 35. in fine. Sed melius alij dicunt vſum locorum eſſe conſulendum. Sayr. l. 3. c. 32. n. 22. Quamuis vbique locorum hanc Conſtitutionem obſeruari aſſerat Quaranta. loc. cit. n. 48. circa finem.

14 Excommunicatio eſt contra omnes, Etiam Cardinales, Duces &c. qui per ſe, vel per alios inſinuant, vel ſuadent ſummo Pontifici, tractant, conſulunt, aut verba faciunt, vt oppida, & loca Sedi Apoſtolicæ deuoluta, & deuolenda alienet, infeudet, etiam ex cauſa permutationis, aut ſub prætextu neceſsitatis, vel euidentis neceſsitatis dictæ Sedis, vel ex

quouis

quouis alio titulo, & occaſione,& reſeruatur Papæ, extr.35. ad montes Pij V.

15 Cauſæ ob quas Eccleſiaſticorum bonorum alienatio, fieri poſsit, ſunt neceſſitas vtilitas, pietas, rei alienandæ incommoda.

16 Sollemnitas in alienatione requiſita in his conſtit. Vt præcedat contractus cum Capitulo. Vt accedat conſenſus Capituli, vt interueniat auctoritas Prælati, cui Eccleſia ſubeſt, & requiritur etiam licentia Papæ.

Animarum regimen. Vide Epiſcopus quando eſt ſuſpenſus, num. 16.

Animalia irrationalia non poſſunt excommunicari. Vide excommunicati, num. 40.

Anathema, & excommunicatio quomodo differunt.

1 Anathema ab excommunicatione maiori eſſenti aliter non differt; quare interdum pro eodem accipiuntur. Sicut videre eſt in Trid. ſeſſ. 25. c.3. de reform.

2 Dicitur enim Anathema, quaſi ſuſpenſio, ſeiunctio, ſeu ſeparatio alicuius ab Eccleſia, tamquam maledicti, & execrandi, cuius ſeparatio excommunicationis propria eſt. Videri poteſt S.Thom in c.1. ad Galat.

3 Frequenter tamen vox, Anathematis

in ſacris canonibus peculiariter vſurpari ſolet partim ad exagerandam ſententiæ ſeueritatem in excommunicandis hæreticis, qui omnino à Chriſti corpore, & Eccleſia auulſi declarantur; partim ad ſignificandas accidentales ſollemnitates, vt excommunicatio fiat cum publica denunciatione, & condemnatione, adhibitis ceremonijs terrorem, & culpæ exagerationem inducentibus, videlicet, vt duodecim presbyteri Epiſcopũ circumſtent, qui lucernas ardentes in manibus teneant, eoſque in deteſtationem excommunicati in terram proijciant, ac pedibus conculcent. Sicuti habetur in c. debent. 11. q 3.

Antichriſti certum tempus prædicantes ſunt excommunicati. Vide Prædicator.

Apoplexia laborãtes ſunt irregulares.

1 Apoplexia laborantes irregulares ſunt. Maiol.l.2.c.24.num.1. Tabien. verb. corp. vit. num. 4 §. 3.& Henriq. l.14.c.8 §.8: Quia ſi paralyſis irregularem efficit, eo, quod Vnum tantum membrum diſſoluit, quanto magis apoplexia, quæ totum corpus, omniaq; eius membra ita corripit, vt vel inutilia reddantur, vel mors ſequatur, nimia enim cogitatione, aut ſomnolentia, vel crapula, vel etiam aliquando ex nimia frigiditate apoplexia procedit. Vnde talis nullo modo promoueri debet, nec promotus adminiſtrare debet,

bet,ſicut nec paralyticus;vna enim eſt vtriuſque impedimenti ratio.

Apoſtolicam Sedem petentem moleſtans eſt excommunicatus. Vide Sedes Apoſtolica.

Apoſtolorum limina Epiſcopus non Viſitans, eſt ſuſpenſus. Vide limina Apoſtolorum.

Apoſtatam detinens eſt excommunicatus.

1 EXcommunicatio eſt contra quoſcunque Religioſos,qui in Monaſterio,vel Eccleſijs ſuis detinent apoſtatas ordinis Prædicatorum profeſſos, niſi eos eiecerint poſtquam eis per dictos fratres Prædicatores fuerit denunciatum, ne eos detineant, & reſeruatur Papæ. Quæ excommunicatio extenditur etiam contra fratres minores: qui præſumunt recipere fratres Ordinis Prædicatorum profeſſos ſine licentia Summi Pontificis faciente expreſſam de huiuſmodi indulto mentionem: vel niſi prius ſuorum Priorum licentia fuerit petita, & obtenta. Idem iudica de Eremitanis, & de alijs etiam Ordinibus, quibus Prædicatorum Ordinis ſunt communia priuilegia. Armill. extr. 67.

2 Suſpenſio eſt ab ordine in apoſtaſia ſuſcepto contra religioſum profeſſum, qui ſacrum

crum ordinem, dum apoſtata à religione exiſtit, recipit & reſeruatur Papæ cap. vlt. de apoſt.

Apoſtata à fide eſt irregularis.

1 Irregularitas eſt contra Apoſtatam à fide, hæreticum etiam occultum, eorumque formaliter fautores, & receptatores, & filios ex linea paterna vſque ad ſecundam generationem, ex materna vero vſque ad primam, & reſeruatur Papæ.

2 Nota hic hanc irregularitatem non habere locum in filijs, quorum parentes, vel inciderant poſtea in hæreſim, vel ante mortem Eccleſiæ reconciliati Catholici mortui ſunt, niſi mortem obierunt per ſententiam damnati quantumuis Catholici perijſſent. Coin. de irreg. diſp 18. dub. 7.

Apoſtata eſt excommunicatus.

1 Nota etiam, quod Apoſtaſia tripliciter accipitur, ſcilicet à Fide, ab Ordine, & à Religione. Apoſtata à Religione dicitur qui Profeſſus in Religione approbata tranſit ad ſtatum ſæcularem, & eſt excommunicatus. Apoſtata ab Ordine eſt ille, qui habens ordinem maiorem, tranſit ad ſtatum laicalem, & eſt excommunicatus; ſed hic agimus de Apoſtata à Fide. Ille dicitur Apoſtata à Fide, qui libens à Fide retrocedit, quemadmodum ille impijſsimus Iulianus Imperator cognomento Apoſtata. Ille dicitur à Fide apo-

apoſtatare, qui Dæmones explicite adorat tex. in cap. Non obſeruatis 26. quæſt.7.Paul. Gryſ. var.Apoſtaſia nu. 1. Imo, quod maius eſt, ille dicitur apoſtata à fide, qui per vim, & metum apoſtatauit, forſan ad idola orandum, & Chriſtum adorabat corde, licet ore tali metu negabat. Sylu. Irregul.n.7.

2 Apoſtata non eſt à Religione, qui exit animo reuertendi, aut aliam etiam laxiorem intrandi, aut qui fugit nimis ſæuiente ſuperiore, aut merito credens ſe non eſſe profeſſum: tunc enim poteſt etiam dimiſſo habitu ſugere Sylu. Apoſtaſia n.7.

3 Apoſtaſia à Religione eſt temeraria habitus dimiſsio Religionis profeſſæ cum animo amplius non redeundi ad illam.

4 Apoſtata à fide pure mentalis nullam incurrit excõmuniunicationem. Nam Pontifex in foro exteriori non habet poteſtatem ſupra actus pure internos. Sot. in 4. d. 22. q.2.concl.5.

Appellantes ad futurum Concilium ſunt excommunicati.

1 FVlminatur excommunicatio in Bulla Cœnæ contra eos, qui ab ordinationibus, ſeu mandati Romani Pontificis ad futurum generale Concilium appellant. Item contra eos, quorum auxilio, vel fauore appellatum fuerit. Circa quam.

2 Nota primo hanc excommunicationem quoad perſonas comprehendere omnes

cuiuſcunque ſtatus, gradus, ſeu conditionis; quoad actiones vero vnam prohibere, quę eſt appellare ad futurum Concilium generale; Vnde qui appellant ad præſens Concilium, aut prouinciale; non incurrunt hanc excommunicationem neque qui appellant à ſententijs &c. iudicium inferiorum Sedis Apoſtolicæ.

3 Nota 2. ad incurrendam hanc cenſuram, auxilium, vel fauorem debere præcedere appellationem, eiuſque effectu ſequuto, ſecus, ſi poſt appellationem ſubſequitur fauor, ſeu auxilium. Nota etiam dantes conſilium non comprehendi in hac cenſura; quia in ea de conſilio nulla ſit mentio. Caiet. c. 23. Nau. c. 27. n. 87.

Appellantes ad laicam poteſtatem ſunt excommunicati.

1 EXcommunicatio fulminatur in Bulla Cœnæ primo contra omnes laicos, & Eccleſiaſticos, qui prætexentes friuolam appellationem à grauamine, vel futura executione litterarum Apoſtolicarum, etiam in forma Breuis gratiam, vel iuſtitiam concernentium, recurrunt ad laicas poteſtates.

2 Secundo contra ipſos magiſtratus, qui directè, vel indirectè prohibent, ne præfatæ litteræ exequutioni mandentur, ſiue ſimpliciter, ſiue ſine eorũ beneplacito, aut examine.

3 Tertiò contra eos, qui ſcienter prohibent, etiam accedẽtes ad Romanam Curiam

pro

pro eorum negotijs proſequendis, vel gratijs, aut litteris impetrandis. vel ſcienter prohibent, aut mandant, ne quis recurſum habeat ad Romanam Curiam, retinentes apud ſe, vel apud Notarios litteras, aut quomodolibet impedientes.

4. Circa primam partem notandum eſt hic prohiberi non ſolum à dictis litteris Apoſtolicis appellari, verum etiam à citationibus, inhibitionibus, ſequeſtris, monitorijs, proceſſibus exequutorialibus, alijſque decretis ipſius Papæ, & Sedis Apoſtolicæ, eiuſque legatorum, officialium ordinariorum, vel legatorum.

5. Item notandum hanc cenſuram habere locum in cauſis tam Eccleſiaſticis, quam profanis, ſi per appellationem, vel ſupplicationem, aut per aliam rationem recurratur ad iudices laicos, ſecus ſi appellatio fiat ab Eccleſiaſticis ad iudicem Eccleſiaſticum, vel à laicis iudicibus ad Eccleſiaſticos.

6. Circa ſecundam partem notandum eſt primo Magiſtratibus has actiones prohiberi. Primo impedire, ſeu prohibere quocunque modo executionem litterarum Apoſtolicarum. Secundo impedire, ſeu prohibere ſuper exequutionem earundem confici inſtrumenta, vel acta, aut confecta tradi parti, cuius intereſt. Tertio capere, percutere, vulnerare, carcerare, detinere, eijcere à ciuitate, vel regno eos, qui incumbunt ad eiuſmodi exequutionem, vel bonis mobilibus, aut immobilibus ſpoliare, grauiter percutere, metum inferendo nomine dicti Magiſtratus, &c. quas

actiones ſiue per ſe, ſiue per alios publice, vel occultè, qui faciunt, incurrunt hanc cẽſuram.

7 Notandum 2. perſonas, quæ aliquo ex dictis modis offendi prohibentur has eſſe. Primo partes actrices, eorumque conſanguineos. 2, agentes earum. 3. Notarios. 4. exequutores. 5. ſubexequutores litterarum Apoſtolicarum.

8 Notandum 3. per magiſtratum intelligi officiales omnes tam laicos, quam Eccleſiaſticos priuata, vel publica auctoritate impedientes, ne exequutioni mandentur prædictæ litteræ; quia ſimpliciter ita volunt, vel quia requiritur beneplacitum, aſſenſus, aut examen earum. Nau. c. 26. n. 60. ſiue id fiat expreſſe, ſiue tacite, non permittendo exequutores ingredi in ſuas terras, aut à quoquam recipi, ne citationes; monitoria &c. exequutioni mandentur, vel de mandato alicuius Principis, niſi ſciant hac de re Principem habere priuilegium à Papa. Idem dicendum cenſeo de impedientibus litterarum Apoſtolicarum exequutionem, in quibus expreſſe derogatum fuit iuriſpatronatus laicorum, prętextu friuolæ appellationis; ſecus ſi expreſſe non conſtat in dictis litteris de dicta derogatione; quia tunc tanquam ſubreptitiæ haberi poſſunt. Vnde licebit appellare ad Summum Pontificem, & interim ſuſpendere earum exequutionem: idem de penſionibus ſoluendis externis; quia cauſa eſt ſpiritualis.

9 Circa tertiam partem notandum eſt facientes ſcienter aliquam ex dictis actionibus, incurrere in hanc cenſuram, ſecus autem

tem

tem ex ignorantia, modo non ſit craſſa, vel ex ſimplicitate, aut ex inaduertentia.

10 Notandum 2. hanc excommunicationem incurrere omnes tam laicos, quam Eccleſiaſticos impedientes acceſſum, vel receſſum ad Sedem Apoſtolicam ſiue generali edicto, ſiue mandando alicui, ne ad Curiam accedat pro quouis negotio, gratia, aut iniuria ſibi illata, idque ſiue fiat directè mandando ſimpliciter, ſiue indirectè curando, vt moueatur ei lis in loco, aut iubendo aliquid, ob quod non poſſit accedere.

11 Notandũ 3. eandem cenſuram incurrere eos, qui præſumunt impedire, nequis à Sede Apoſtolica litteras prædictas, vel gratias, impetret, vel ne impetratis vtatur, vel quoquo modo eas per ſe, vel per alium retineant, ſecus ſi ob aliam cauſam impediunt dictum acceſum, vel recurſum.

Aquæ benedictæ benedictio inducit irregularitatem.

1 AQuæ benedictæ benedictio eſt certi ordinis. Ideo fieret irregularis, qui cenſuratus eam benediceret. Sylu. n. 4. aqua benedicta. Secus de benedictione menſæ, quæ non eſt ordinis Sex operatur aqua benedicta.
Cor mundat, fugat accidiam, venialia tollit.
Auget opẽ, remouetq. hoſtẽ, phantaſmata pellit.

Aqua benedicta an poſſit vti excommunicatus.

1 BOnacc. de cenſ. diſp. 2. q. 2. p. 3. §. 2. n. 8. docet vſum aquæ benedictæ eſſe excom-

communicatis prohibitum ex eo, quod illa eſt benedicta per orationem Eccleſiæ vt ex impetratione Eccleſiæ proſit fidelibus, & ita cum Eccleſia priuat excommunicatum omni oratione, videtur plane priuare vſu aquæ, & ita fatetur Suar. ſect. 3. Si vſus aquæ illius fiat ex intentione faciendi orationem Eccleſiæ, ſecus ſi alia intentione fiat. Alijs vero non videtur prohibitus vſus aquæ benedictæ, quia hoc non videtur expreſſum aliqua lege Eccleſiaſtica. Vide Dian. 5. p. tract. 9. de excom. reſol. 9.

Archibuſettos breuiores concedens eſt excommunicatus.

1. EXcommunicatio eſt contra Sedis Apoſtolicæ, eiuſque locorum Gubernatores, Rectores, & alios officiales, qui concedere quouis colore præſumunt alicui licentiam, ſeu facultatem deferendi, vel retinendi etiam ad breuiſſimum tempus archibuſettos breuiores menſuræ duorum palmorum, & nemini reſeruatur. extr. 65. Cum eius vices. Pius IV.

Archibuſettos, ſeu ſclopettones geſtando confugiens ad Eccleſiam gaudet immunitate.

1. NOn gaudere putauit Farin. de carcer. q. 28. n. 66. Villadigo. In Palit. cap. 3. n. 244.

n.244. Rebuff. in conſtit. Gall. to. 2. de immu. Eccleſ. gloſ. 1. n. 28. & alij, quia delatio ſupradictorum armorum meretur capitalem pœnam, & vt delictum graue non gaudet Eccleſiaſticæ immunitate.

2 Contrarium docet Peregr. de immunit. c. 12. n. 11. nam licet talis delinquat in Eccleſia geſtando arma illa prohibita tamen gaudet immunitate, quia ſolum delicta homicidij, & mutilationis membrorum excluduntur ab immunitate in conſt. Greg. XIV. non autem alia grauia delicta etiã in Eccleſia perpetrata.

3 Arma prohibita non poſſe ſatellites auferre ab illo, qui in Eccleſia confugit, & ſe abſcõdit, docet Dian. tract. de immu. reſol. 17.

Archidiaconus quando eſt excommunicatus.

1 Archidiaconi, & alij dignitatem habentes, & omnes Sacerdotes legem ciuilem, vel medicinam audientes quando ſunt excommunicati. Vide verb. Medicina.

Archiepiſcopus quos poteſt ſuſpendere, ſed non deponere. Vide Epiſcopus.

1 Archiepiſcopus eſt ordinarius iudex omnium Epiſcoporum ſuę prouincię, cap. paſtoralis in princ. vbi Abbas n. 2. de offic. iud. ordin. Ideo poteſt illos ſuſpendere, inter-

interdicere,& excommunicare, c. 1. §. fin. de offic. iud·ordin. in 6. Non tamen poteſt illos deponere, hoc enim ſoli Papæ reſeruatur Sylu. ſupra circa prin. ſect. 24. c. 5. de reform.

Arma deferens Clericus quando excuſatur ab excommunicatione. Vide verb. Metus.

Arma deferentes infidelibus ſunt excommunicati. Vide Dantes auxilium.

Arma tenentes Monaci quando ſunt excommunicati.

1 Excommunicatio eſt contra quoſcunque monachos, qui intra ſepta monaſterii ſine licentia ſui Abbatis arma tenere præſumunt, & nomini reſeruatur. Clem. ne in agro de ſtat· Monach.

Presbyteri debent populi peccata curare,
Et ſua ſunt lacrimæ rorantes arma, preceſque.

Monacho preces id, quod venatori gladius. Chryſoſt. de comp. reg· & Monac.

2 Per arma intellige tam offenſiua, quam defenſiua, vt caſſides, toraces, & ſimilia inſtrumenta per ſe inſtituta ad vſum bellicum, ſiue publicum, ſiue priuatum. Vnde non intelliguntur hic lapides, ligna &c. quia communi vſu loquendi non dicuntur proprie arma.

3 Per ſepta Monaſterij intelligi totum illud

illud loci ſpatium, extra quod ſine licentia Prælati exire non licet. Nau c.27.n.139.

Arma miniſtrans Clericus pugnantibus quando eſt irregularis.

1 IRregularis eſt contra Clericum miniſtrantem arma pugnantibus, ſi aliquis interficitur, arg.23,q.1.Niſi bella,cap.fin.nomine autem armorum intelliguntur fuſtes, ligna, lapides &c.

2 Clerici arma portantes excommunicentur. Concil. Picta. de vita. 23.

3 Sacerdotum arma ſunt lacrymæ. Lacrymæ meæ arma ſunt. Talia enim ſunt munimenta Sacerdotis. Aliter non debeo, nec poſſum reſiſtere. S. Ambr. 23. q.8. C. conuenior. §. quid ego.

4 Arma Sacerdotum ſunt lectio, & Oratio, quibus Diabolus expugnatur; hæc ſunt inſtrumenta, quibus beatitudo æterna acquiritur. His armis vitia reprimuntur. His alimentis virtutes nutriuntur. S. Aug.

5 Non eſt irregularis, qui alteri arma præbet, vt ſe alias ſe defendere non volentem, defendat, ſi ille agreſſorem deformet: quia cum per ſe ipſum deformando non incurreret, per fin. d. Clement. à fortiori non incurreret, faciendo id per alium, arg. è penul. de homicid.

Aromatarius quando eſt irregularis.

1 SI medicus medicamenta rite ordinauerit, ſed Aromatarius aliquid noxium

inter-

intermiſcuit, Aromatarius ſecuta morte, erit irregularis. Panor in 9. ad vltimum num. 4. Maiol l.2.c 12 n.2.Altenſ. p.2.l.6.tit 14.n.4.

Aſſaſſinium mandans eſt excommunicatus.

1 EXcommunicatio eſt contra omnes,qui aliquem Chriſtianum per aſſaſſinos interfici mandant,ſiue ſequatur mors, ſiue non, & nemini reſeruatur; quæ extenditur etiam contra eos, qui eoſdem receptat, defendunt, vel occultant, cap. 1. de homicid. Per aſſaſſinos hic intelligi non eos, qui vulgo in Italia aſſaſſini vocantur, ſed eos infideles Syriæ nationis, qui vſum habent aſſumendi hoc officium alios interficiendi ex præcepto ſui domini ſed quoniam hodie non reperiuntur tales aſſaſſini, fit, vt quicunque à Principibus,& magiſtratibus conducti eorum mandato modo hos, modo illos occidunt, & ex communi modo loquendi quicunque pretio conducti,etiam mandato priuati hominis occidunt Aſſaſinij dicuntur. Decian. l. 6. c. 28. n. 18. in fine. Et certe ſi propria ſignificatio aſſaſſinorum attenderetur, in vanum Sum. Pontifex aſſaſſinos priuaſſet immunitate Eccleſiaſtica,& excommunicaret. Cum hi homines temporibus noſtris non ſint amplius in rerum natura, & propterea de alijs, qui pretio occidunt, vel occidi mandant eſt intelligenda excommunicatio iſta. Ambroſ. de immun. c.11.n.6.

2 Cri-

2 Crimen aſſaſſinij impoſitum militibus Hyeroſolimitanis, ſeu eorum Donatis, familiaribus, ſeruitoribus, ſeu presbyteris eorum ſæcularibus, & alijs inſeruientibus actu, ad ſuperiores eorum ſpectet, adiuncto loci Epiſcopo excommunicationis ſententia latæ ſententiæ contra alienos iudices. Clem. VIII. Ann. 1595. 18. Decembris.

3 Clericus aſſaſſinij reus non ſubijcitur poteſtati ſæculari, niſi poſt ſententiam Criminis declaratoriam, quam ferre debet Iudex Eccleſiaſticus, & Iudex ſæcularis aliter faciens, in excommunicationem Bullæ Cœnæ incurrit.

4 Et idem dicendum eſt de clerico incorrigibili. Nam non amittit priuilegium fori abſque alia declaratione, & depoſitione, ſed requiritur ſententia Iudicis Eccleſiaſtici, qui illum brachio ſæculari tradat, cap. cum non ab homine: de Iudicijs, & ita docet Sayr. de cenſ. l. 3, c. 19. num. 5. Dian. de immun. reſol. 51. vbi alij.

Aſtrologi iudiciarij ſunt excommunicati.

1 PRohibetur aſtrologia iudiciaria præterquam circa agriculturam, nauigationem, & artem medicam Sixti V. Ann. 1585. libri de eadem prohibentur retineri, innouauit prædictam Cōſtitutionem Vrbanus VIII. 1. Aprilis 63. & addidit contra eos, qui de ſtatu Reipublicæ Chriſtianæ, vel Sedis Apoſtolicæ,

ſtolicæ, ſeu de vita ; & morte Papæ, eiuſque conſanguineorum vſque ad tertium gradũ incluſiue: conſulunt Aſtrologos iudiciarios &c. ſeu eorũ iudicia, etiam ſibi oblata recipiunt, vel vtuntur, vel ſcienter retinent, vel alicui oſtendunt. Item contra eoſdem Aſtrologos, qui iudicia faciunt, aut a ſe, vel ab alijs facta ſcienter retinent, vel dant alicui, ſeu oſtẽdunt, aut de ijs quouis modo tractant. Pœna eſt excommunicatio latæ ſententiæ, & nulli reſeruatur.

Vana eſt aſtrologia iudiciaria, vnde Cato.

Mitte arcana Dei, cælumque inquirere quid ſit,
Cum ſis mortalis, quæ ſunt mortalia cura.

Vnde Diogenes reprehendebat mathematicos, quod Solem, Lunam, & Stellas intuerentur, ea autem non viderent, quæ eſſent ante pedes; & Alciat.

Roduntur varijs prudentum pectora curis,
Qui cæli affectant ſcire, Deumque vices.
Aſtrologus caueat quidquid prædicere preceps
Nam cadit impoſtor, dum ſuper aſtra volat.

Et Socrates. Quæ ſupra nos, nihil ad nos.

Tria A, ingenia promittunt homini, ſed ferè ſemper ipſum decipiunt, & egentem, miſerumque relinquunt. Alea, Alchimia, & Aſtrologia. Vnde Maiolus.

Quid tellure iacens ſcrutaris ſydera Olympi,
Cum ſociam nequeas cernere pauperiem?
Quid mihi purpureas promittis ab Æthere mithras?
Cum tibi dent humilem ſydera pauperiem?
Stulte quid inſanis? quæ te vecordia pulſat?
Ventura haud noris, cum Deus vnus agat.

Aſtro-

Aſtrologia naturalis coniectans, quæ naturaliter contingunt ex Aſtrorum aſpectu, & quatenus ex earundem aſpectu coniectat, conſiderando natiuitatis punctum temperamenta, & propenſiones hominis non eſt illicita, nec damnata in præfata Conſtitutione Sixti V. Sed tantum damnatur quando caſus fortuiti, aut pendentes à libero arbitrio prædicuntur. Filliucci tom.2.moral.9 tract.24. c.4. n.78. & 81. Sanchez in Decalog. tom. 1. l.2,c.38. n.28. Suar. tom. 1. de Relig. l. 2. de ſuperſt. c. 11.

Auditor Cameræ, & alij officiales quando ſunt excommunicati.

1 EXcommunicatio eſt contra Auditorem Cameræ Apoſtolicæ, Vicarium, Gubernatorem Vrbis, & quoſuis alios quauis auctoritate fungentes, qui vigore facultatum, & auctoritatum illis conceſſarum præter id, quod hactenus obſeruatum fuit: aliquid innouant, ſeu alter ipſorum iuriſdictionem alterius vſurpat, & reſeruatur Papæ extr. 50. Cum ſicut accepimus Pij V.

Aulam Principum petens monachus quando eſt excommunicatus.

1 EXcommunicatio eſt contra Monachos, & contra Canonicos regulares profeſſos, qui nec iuriſdictionem, nec admini-

niſtrationem habentes ad Principum Aulam ſe conferre præſumunt ad ſuis Prælatis, & Monaſterijs damnum aliquod inferendum, & nemini reſeruatur. Clem. I. ne in agros. §. Quia vix.

Vagus Monachus Diaboli mancipium. Lubrica vita, & via eorum, qui in Aulis verſantur. Pius II. apud Plati. Vnde Stuertus.

Aula eadem eſt omnino fides, qua mobilis aura
Blanditur, ſed poſt mordet, ſeu Scorpius Aula.
Conſilijs raro melioribus vtitur Aula.
Diſſimulet, regnare diu, qui poſcit in Aula.
Exulat integritas, probitas, & candor ab Aula.
Ferre morã, atq; irã frænare docemur in Aula.
Grande ſophos, ridere bonos cenſetur in Aula.
Horret vera loqui cupiunt, qui creſcere in Aula
Inuidiam, qui ferre nequit, diſcedat ab Aula.
Kyrie, qui canuere canant eleiſon in Aula.
Lãguẽt virtutes. ſcelus omne at regnat in Aula
Muneribus mentes hominũ capiãtur in Aula.
Nugas Aula leues, & fumos vendit innanes.
Otia quiſquis honeſta cupit, diſcedat ab Aula.
Porta Erebi in terris Aula, & tua Tãtale pœna
Quæſtus adulari, & mẽtiri eſt primus in Aula.
Rara auis in toto eſt vero pius aulicus Orbe.
Sinceris, & ſimplicibus vsa ſemper in Aula.
Turpe ſenex, & inops quãdo incolit aulicus Au
Vita difficilis methodus bene dicitur Aula. (la
Xãte retro ibis. erit quãdo conſtantia in Aula.
Hydra Aula eſt capitum multorum horrenda venenis.
Zenones fatui ſunt, atque Traſones in Aula.
Ergo. Exeat Aula,
Qui vult eſſe pius.

Audi

Audi quid ſcribat Ambroſius. Ad palatium Imperatoris irem libenter, ſi hoc congrueret Sacerdotis officio c. conuenior 23. q.8. Sed væ illis mundo deditis, quia domus eorum infernus erit, niſi reſipiſcant.

Auriculam abſcindens eſt irregularis.

1 AVricula obſciſſa irregularitatem affert. Auriculam enim eſſe membrum docet Nau c.27 nu.123. Maioſ.l.1.c.25. & l.5. c.50.n.6. Quia Auricula habet officium ſeparatum ab alijs partibus, nempe præparare ſonos, & voces, vt audiantur melius, & diſtinctius, quod in animalibus, quæ aures mouent, ſatis viſui patet, & in ijs hominibus, quibus abſciſſæ ſunt experientia oſtendit; non enim ita perfectè audiunt. Quæ ſententia eſt ſpec. tit. de diſpenſ. materia de irreg §. iuxta in fin. Vbi quærit an Petrus fuerit irregularis, qui Malcho abſcindit auriculam, reſpondet negatiue; quia tunc non erat introducta irregularitas, ſignificans, poſtquam iam ab Eccleſia eſt introducta, eſſe irregularem, qui eam abſcindit. Quamobrem Antonius Anachorita ab Aegyptijs ad Epiſcopatum raptus, vt tantum iugum effugeret ſiniſtram ſibi auriculam præcidit, exiſtimans hominem Auricula priuatum à Sacerdotis munere arceri deberi. Couarruuias autem negat auriculam eſſe membrum; quia, inquit, qui auriculam abſcindit, non aufert membrum, cum ablata auricula maneat auditus in aure; quæ ratio ſi valeret, nec eſſet mutilator qui abſcindit naſum

ſum alteri; quia manet olfatus: naſum vero eſſe membrum omnes affirmant.

B

Balneans ſe cum Iudæo eſt excommunicatus.

1 NOn licet Chriſtiano balneare ſe cum Iudęo, quia eſt pœna excommunicationis in iure 28. q. 1. Nullus, neq; clerico ſub pœna depoſitionis ibid. in d. cap. & hoc de omni fideli intellige ſecundum Gloſ. in cap. omnis 34. q. 1.

2 Quia non debemus lauari cum hominibus alienæ ſectæ ſecundum Iaſſ. 24. q. 1. c. omnis. Vbi dicitur in text. Ioannem confugiſſe de balneis non lotum; quia vidit Chorintum hæreticum.

3 Clericis, vel religioſis licet balnea intrare cauſa neceſſitatis, ſecundum gloſſ. 24. c. 1. omnis. Sed hanc neceſsitatem intellige non ſolum infirmitatem; ſed etiam quamlibet licitam corporis refocillationem. Vnde, vt dixit text. Ioannes Apoſtolus ingreſſus eſt balnea gratia lauandi. Sed hæc intellige ſecluſo ſcandalo.

4 Pro voluptate autem, aut luxuria omnibus prohibetur, vt eſt text. de cenſur. d. 3. c. peruenit. Sed per voluptatem intellige delectationem ſuperfluam; quæ ſemper eſt peccatum, licet non ſemper mortale.

Balnea, vina, Venus corrũpunt corpora noſtra:
Si quis ad interitũ properat, via trita patebit:
Huc iter accelerant balnea, vina, Venus,
Balnea, vina, Venus præbent calcaria morti.

Ban-

Bannitos ad ciuitatem reuocans eſt excommunicatus.

1 EXcommunicatio fulminata eſt primo contra Legatos, Gubernatores &c. homicidam, vel bannitum ad ciuitatem reuocantes; nec per diem vnum, vel noctem, etiam cum ſaluo conducto. Pius V. extrau. ex ſupernæ.

2 Item contra Barones, Dominos, ac ciues Rom. Eccleſiæ ſubiectos admittentes ſupradictos in ſuis terris ibid. Quam excommunicationem Sixtus V. ne animarum perniciem potius, quam ſalútem afferret, penitus ſubſtulit, & abrogauit. Conſtit. 6. quæ incipit. Hoc noſtri.

3 Item contra Proceres, ac dominos, ſeu temporales Vicarios Regni Siciliæ citra Pharum, & aliorum partium Romanæ Eccleſiæ ſubiectarum, homicidas, & bannitos Romanæ Eccleſiæ receptantes. protegentes, vel auxilium, conſilium, vel fauorem dantes.

4 Licet Bannitum legis permiſſu, iuſtitiæque zelo interficiens, mortaliter non peccet, irregularis tamen efficitur. Sylu. Armil. Maiol. Caiet. & alij.

Bannitorum fautores in Regno Neapolitano ſunt excommunicati.

1 EXcommunicatio latæ ſententiæ, cuius abſolutio eſt Papæ reſeruata eſt, con-

tra Eccleſiaſticas perſonas Regni Neapolitani Bannitorum fautores: qui dictos Bannitos, & viarum graſſatores in Monaſteria, Domos, Eccleſias, Capellas, Hoſpitalia, aut quæuis alia loca recipere, ſeu in eis occultare, aut illis auxilium, conſilium, fauorem, ſeu victum, aut veſtitum, vel alias res neceſſarias directe, vel indirectè quomodolibet præſtare audent, ſeu præſumũt. Sixti V. in Breui die 20. Maij 1589. ad D. Io. de Zunica Proregem Neapolitanum. de quo Quaranta in Bullar. ver. bannitorum fautores.

2 Excrpiuntur ab hac cenſura primo qui dictos bannitos quoad victum adiuuant in extrema neceſſitate, faciendo eleemoſynam, vel aliud opus de genere ſuo bonum ad finem conuertendi, & pœnitendi. Nau. conſ. 57 59. & 68.

2 Qui per ignorantiam receptauerint aliquos neſcientes eos eſſe bannitos. Afflic. in Conſtit. Pactaronorum n. 8. cum receptare in ſe non ſit delictum.

3 Qui coactè, & non voluntarie id faciunt propter violentiam bannitorum adeo, vt non poſſent illos expellere abſque ſui periculo. Afflic. in d. Conſt. n. 3.

4 Qui dictos bannitos receptant animo exhibendi, & præſentandi curiæ; dummodo talem habuerint intentionem inſpectu tempore receptionis; ſecus vero, ſi ex poſt facto hoc deliberauerint. Nell. in tract. bannitorum in 3. p. q. 24.

Baptiſmus quando inducit irregularitatem.

1 IRregularitas eſt primo contra miniſtrãtem publice aliquem rebaptizanti, 2. cõtra voluntarie ſecundo baptizatum, ſecus de ſuſcipiente ſecundo, vel pluries alia ſacramenta, 3. contra baptizatum ab hæretico, 4. contra miniſtrantes in ordine vſurpato, ideſt, in ordine, quem non habent. Suar. diſp. 42. ſect. 1. & 4.

2 Per vim (quæ præciſa non ſit) rebaptizantem, vel rebaptizarum irregularem fieri alij aiunt, alij negant Sayr. n. 16. & Maiol.

3 Qui ſciens rebaptizat, vel rebaptizatur, ignorans diuino iure vetitam eſſe baptiſmi iterationem, irregularis fit, ſi teneatur hoc ius ſcire, vel ex officio baptizet. Sayr. Suar. Vnde Ray.

At iterum quicunque capit baptiſma ſcienter,
Aut ignoranter, ſed poſtea comprobat illud,
Papa niſi dederit, manet expers ordinis omnis.

4 Irregularitas eſt contra Prælatum, & quemcunque alium, qui vere, & ex animo aliquem ſecundo baptizat, quem certo ſcit eſſe baptizatum, & reſeruatur Papæ Nau. cap. 17. n. 246. ſi factum eſt publicum; ſi autem fuerit occultum, reſeruatur Epiſcopo. Suar. to. 3. diſp. 31. ſect. 6. dub. 3. & Ray.

Nemo rebatizet: laicus ſit, ſiue Sacerdos.
Hocque ſcienter agens, per leges decapitetur,
Sed grauiter Canon punire ſcelus iubet iſtud.

Namque rebaptizans clericus deponitur inde.

5 Vnde qui ſine intentione baptizandi aliquem baptizat, quem ſcit eſſe baptizatum, non fit irregularis; quia in hoc, & in omnibus alijs ſacramentis neceſſariò requiritur intentio miniſtri. Auil diſp.7. deb.3.& 4.

6 Baptizantes ſcienter ſub conditione non fiunt irregulares. Ratio eſt, quia irregularitas non incurritur, niſi ſit in iure expreſſa, vt habetur in cap. 15. quæſt. de ſent. excom. Sed iſta irregularitas non habetur expreſſe in iure; nam in iure tantum punitur irregularitas propter rebaptizationem; ſed hæc non eſt rebaptizatio ſimpliciter: quia datur ſub conditione. Dian. de ſacram. reſolut 9.& alij penes ipſum.

7 Irregularitas eſt contra quemcunque Prælatum, etiam Cardinalem, qui cum non ſit Sacerdos, aliquem ſine licentia Epiſcopi, vel Parochi ſollemniter, ea ſcilicet ſollemnitate; qua communiter Eccleſia vtitur, baptizat, etiam in extrema neceſſitate. Et reſeruatur Papæ.

8 Hic nota Prælatum Sacerdotem ſine licentia baptizantem ſollemniter non incurrere irregularitatem, quamuis peccet mortaliter ita baptizans, quia licet nemini prohibetur in extrema neceſſitate baptizare, prohibetur tamen omnibus, etiam in ſacris ſollemnitas illa Eccleſiaſtica ſine dicta licentia. Auila p. 7. diſput. 9. ſect. 2. dub. 14.

9 Irregularitas eſt contra Diaconum, vel alium non Sacerdotem, qui aliquem ſollemniter

niter baptizat, etiam in extrema neceſſitate ſine Epiſcopi, vel proprij Epiſcopi licentia, ſecus, ſi non ſollemniter baptizat, etiam ſine tali licentia, & reſeruatur Papæ. Auil. p. 7. diſput. 9. ſect. 2. dub. 14.

10 Vrgente neceſſitate ex rationabili cauſa, ſi abſens ſit Sacerdos poteſt Diaconus ſollemniter baptizare. Sà ver. ord. n. 8.

11 Irregularitas eſt à ſuſcipiendis ordinibus contra Clericum voluntarie ſecundo baptizantem, & publice rebaptizanti miniſtrantem, & reſeruatur Papæ ſi vero occulte miniſtrat rebaptizanti, aut religionem ingrediatur, reſeruatur Epiſcopo: vt ex cap. ex litterarum aſſerit CoinK: in quo capite, quamnis irregularis fiat Acolytus, ſed vt cooperans rei nefandæ, ſcilicet, rebaptizationi, quia ipſe aliquo modo aliquem rebaptizat. Ideoq; talis irregularitas extenditur primo ad quemcunque ſic miniſtrantem, 2. ad rebaptizantem metu coactum, modo habeat intentionem rebaptizanti, ſecus ſi eam non habeat, vel baptizat cum conditione, etiam eum, quem ſcit eſſe baptizatum, quia non habet animum vere baptizandi, ſed potius negandi, vel ſimulandi baptiſmum. CoinK de irreg. diſp. 18. dol. 5. n. 58.

12 Nota quod rebaptizanti grauiſſime ſunt ſtatutæ pœnæ, quia magna ſacramento nō iterabili per reiteratione irrogatur iniuria. De Fide eſt baptiſmū non poſſe iterari. Trid. ſeſſ. 7. de bapt. can. 11. & ad Epheſ. 6. dicitur. *Vnus fons, vnus ſpiritus, vna fides.*

Vna fides, vnum baptiſma, & ad Hebr. 7.

impoſſibile eſt eos, qui ſemel ſunt illuminati &c. & prolapſi ſunt, rurſum reuocari ad pœnitentiam. Et multiplex ratio aſſignatur à D. Thoma, Baptiſmus enim eſt quædam natiuitas, & generatio, ſed homo in vita corporali non poteſt ſemel iam natus denuo, naſci, erga nec in vita ſpirituali. Item in baptiſmo commorimur Chriſto, vt dic. Rom. 6. Sed Chriſtus tantum ſemel mortuus eſt, ergo. Item baptiſmus imprimit characterem indelebilem, ergo. Item quia datus eſt in remedium contra originale peccatum, ſed hoc peccatum ſemel dimiſſum non poteſt redire, ergo nec baptiſmus poteſt iterari: quod ſi reiteretur, nihil omnino valet ſecundus baptiſmus.

13 Irregularitas eſt contra eum, qui differt baptiſmum vſque ad mortis periculum, quaſi neceſsitate compulſus, etiam ſi eius dilatio culpabilis non ſit: quia ea hic non incurritur formaliter propter culpam, ſed propter modum ſuſcipiendi in neceſsitate ægritudinis, quia videtur habere quandam imperfectæ fidei, & conuerſionis ſuſpitionem, & minorem Eccleſiæ ſatisfactionem, quæ inde generatur; & reſeruatur Papæ. Concil. Neocæſar. c. 12. diſt. 57. cap. 1. Vnde purgata hac ſuſpitione per oſtenſionem fidei, & Religionis, propter neceſsitatem miniſtrorum ob commune bonum, poteſt cum ea Epiſcopus diſpenſare, & poſtea eum ordinare, habetque locnm hæc irregularitas in adultis; nam infantes nec culpæ, nec illius ſuſpitionis, vel infamiæ ſunt capace; ex gloſ. in d.

cap.

cap. Anton. 3. p. tit. 28. §. 2. Sylu. irreg. n. 14. q. 21. Baptiſmi dilatio periculoſa Chryſoſt. ſuper act. Apoſtol. Vnde inquit ille.

Ad fontem vitæ hoc aditu properate lauandi,
Conſtantis Fidei ianua Chriſtus erit.
Nec numerus quamquam ſcelerum, nec forma ſuorum.
Ferreat; hoc natus flamine Sanctus erit.

Solent pueri baptizandi vſque ad Paſcha, & Pentecoſten (niſi vrgeat neceſſitas, vel timeatur periculum) reſeruari ad ſignificandum, quod in baptiſmo fit reſurrectio ſpiritualis, & quod gratia Spiritus Sācti datur.

14 Extenditur etiam irregularitas ad omnes alios caſus, in quibus aliquis neceſsitate compulſus baprizatur, vt per vim, & metum, quæ non excludat voluntatem baptiſmi. Vnde non expedit ordinare ſic baptizatos, quia maxime incoſtantes inueniuntur, adeo, vt non ſolum ipſi; ſed etiam filij, & nepotes eorum cum eis educati, & ab eis inſtructi eandem inconſtantiam participare inueniantur: Suar. diſp 42. ſect. 1. n. 7.

15 Irregularitas eſt contra laicum; qui ſollemniter, vel baptizat, etiam in extrema neceſsitate, vel miniſtrat in ſacro ordine, canendo Epiſtolam cum manipulo, aut Euangelium cum Stola, vel Sacramentaliter abſoluendo aliquem à peccatis, & reſeruatur Papæ. Nau. n. 242. Vide Diaconus.

16 Irregularitas eſt contra adultos, qui in peregrinatione fuerint baptizati, quia incognita eſt eorum vita, & durat, donec conſtet de eius probata vita per ſufficiens teſti-

monium, aut experimentum. Vnde hæc irregularitas non eſt propter dilationem baptiſmi, ſed propter dubiam ipſius famam, ſeu infamiam; quæ etiam extenditur contra eoſdem, de quibus dubitatur, an ſuſceperint baptiſmum, vnde ſtante tali dubio, ad ordines nullus adultus eſt admittendus, donec certiſſime conſtet de eius baptiſmi ſuſceptione. cap. 100. placuit de infantibus, de conſecr. diſt. 4.

17 Irregularitas eſt contra eum, qui in adulta ætate baptizatur ab hæretico, vel voluntariè ſecundo permittit ſe baptizari, etiam per vim, & metum cadentem in conſtantem virum, modo habeat intentionem illud ſuſcipiendi Auil. p. 7. diſp 7. dub. 4.

18 Immo etiam ſi ſæpiſſime voluntariè rebaptizatur, ſæpiſſime incurrit hanc irregularitatem; quia quoties multiplicatur culpa, toties multiplicatur, & pœna. Vnde ſi in infantia ſuſcipit quis ab hęretico baptiſmum niſi in ætate adulta conſenſerit in illius hæreſim, non incurrit irregularitatem. Suar. diſp. 48. ſect. 1. n. 2. & 12.

19 Infantes abſque propria culpa rebaptizati pœna irregularitatis non afficiuntur etiam ſi poſtea certiores facti de ſecundo baptiſmo illum ratum habeant. Quia hæc irregularitas rebaptizationem ſcienter, & culpabiliter exercitam, vel receptam ſupponit. Sayr. l. 2. de conſ. c. 8 n. 15. Suar. l. 3. in 3. p. diſput. 31. ſect. 6.

20 Quæ dicta ſunt de irregularitate eius, qui in adulta ætate &c. baptizatur, poſſunt reduci

duci ad eam, quæ eſt de Neophitis, qui niſi ſint in fide bene inſtructi,& confirmati,non poſſunt ad ordines promoueri, & tunc etiam cum diſpenſatione Epiſcopali. Nau. cap. 27. num. 205.

Bellantes quando ſunt irregulares. Vide Homicida.

1 IRregularitas eſt primo contra milites, alióſque pugnantes,vel aſsiſtentes adiuuando, exhortando &c. in bello iniuſto, 2. contra conducentes,aut cuſtodientes pugnãtium ſarcinas 3. contra donantes, aut vendentes ad hunc effectum arma offenſiua, & deſenſiua, aut nauem gubernantes indicto bello ſequuto effectu: ſecus ſi in bello iuſto ad pugnandum hortantur generaliter,aut pugnant, etiam ſequuta deformatione: ex communi affert: aſſerit Couarr. in cap. ſi furioſi p.2.§.3 n.2.& 10.

2 Conſulens bellum iuſtum, vel pugnans in eo, non tamen occidens,aut mutilans,non eſt irregularis Bonac q.4.p.4.prop.2.

3 Non poteſt Epiſcopus diſpenſare in irregularitate cauſa belli.Suar. de irreg. nu. 12. & alij.

4 Clericus miniſtrans arma bellantibus eſt irregularis aliquo occiſo, vel mutilato ab illis, ſiue bellum ſit iuſtum, ſiue iniuſtum. Sylu.verb.homicidium verſ. 5.

5 At ſi in nauali pugna iuſta nauem gubernat nulla alia intentione, quam ad reſi-

ſtendum hoſtibus, ad fatigandos, aut fugandos aduerſarios, non erit irregularis ex mutilationibus, & homicidijs, quæ hinc inde per pugnatores committuntur. Maiol. l. 5. de irreg. c. 4. n. 3. fauet gloſ. in cap. Quod in dubijs de pœnit.

6 Clericus de licentia Papæ ex rationabili cauſa poteſt propria manu bellare, & ſi bellando mutilet, vel occidat, non contrahit irregularitatem Sylu. cut. homicidium 3. q. 6. verſ. 6. Couar. in Clem. ſi furioſus p. 2. §. 3. n. 2. & Maiol. de inſtit. & iur. tract. 2. diſp. 108.

7 Clericus rediens à bello, poteſt reaſſumere habitum clericalem, dummodo bellum fuerit iuſtum, neque ſit ideo irregularis. Cong. Epiſ. 12. Ianuarij 1598. relata à Gau. in enchir. verbo Clericus n. 20.

Bellantes Clerici quando poſſunt occidi.

1 SI Clerici pugnant in actuali belli conflictu poſſunt expoliari, & occidi: quia tunc ex clericis facti ſunt hoſtes: parta tamen victoria non licet clericos occidere, aut expoliare. Quia Princeps temporalis non eſt iudex clericorum extra conflictũ belli actualem. Ita Bann. 2. 2 q. 40. a. 2. dub. vlt. cõcl. 3.

2 Quod ſi bellum iuſtum eſſet contra Prælatum Eccleſiaſticum, poſſunt clerici etiã poſt partam victoriam expoliari in pœnam Præſidis Eccleſiaſtici, cui clerici ſunt ſubiecti. Rodriq. Sum. 1. p. c. 128. n. 3.

Bel-

Bellare prohibetur Clericis, & quare.

1 CLericis prohibetur bellare, primo, quia bellica exercitia maximas inquietudines habent. Vnde multum impediunt animum à contemplatione diuina, & laude Dei, & oratione pro populo, quæ ad officium pertinent Clericorum. Et ideo ſicut negotiationes propter hoc, quod nimis implicant animum, interdicuntur Clericis: ita bellica exercitia iuxta illud 2. Thim. 2. Nemo militans Deo implicet ſe negotijs ſæcularibus.

2 Secundo quia omnes Clericorum ordines ordinantur ad altaris miniſterium, in quo ſub Sacramento repręſentatur paſsio Chriſti. Et ideo non competit eis occidere, vel effundere ſanguinem, & propter hoc eſt inſtitutum, vt effundentes ſanguinem, etiam ſine peccato ſint irregulares.

3 D. Ambroſius nunquam ad conuiuium laicorum acceſsit, nec in matrimonijs ſe intermiſitq́, nec alicui militiam perſuaſit. Quæ licita eſt, ſi debito modo fiat.

4 Vnde Auguſtinus ad Bonifatium. Noli (inquam) extimare neminem Deo placere poſſe: qui militaribus armis miniſtrat. In his erat Sanctus Dauid: cui dominus tam magnum præbuit teſtimonium. In his plurimi illius temporis iuſti fuere. In his erat ille Centurio, qui domino dixit: Non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum.

5 De militia illicita inquit S. Bernardus

ad milit. templ. Militiæ quis fructus? vbi acciſor mortaliter peccat, & occiſus æternaliter perit?

6 Bellum iuſtum eſt, quod fit de præcepto Principis, de rebus repetendis, vel propter iniuriam repetendam. Omnes.

Solis militibus bellum res bella videtur,
Militibus Solis omnia bella bona.

Bellum dicitur eo quod nihil habeat bellum propter varia, & diuerſa incommoda, quæ illud comitantur.

Benedictio Epiſcopalis quando facit irregularem.

1 Benedictio frequens manu data ab Epiſcopo excommunicato, dum per vias incedit, inducit irregularitatem. Suar. de cenſ. diſp. 12. ſect. 2. n. 21.

Benedictio Aquæ benedictæ, quando inducit irregularitatem. Vide Aqua benedicta.

Benedictinos Religioſos iniuria afficientes ſunt excommunicati.

1 Excommunicatio eſt contra omnes cuiuſcunque ſtatus, & conditionis, qui impediunt, prohibent, vel quocunque modo moleſtant perſonas legitime non impeditas

peditas volentes ingredi Religionem S. Benedicti, vel præſumunt aliquam moleſtiam, aut iniuriam irrogare monaſterijs, aut monachis eiuſdem Religionis aliquam in eam recipientibus, niſi à dictis moleſtijs, in iurijs, & violentijs ab habita huius excommunicationis notitia deſtiterint, & reſeruatur Papæ; vt habetur in Bulla illi Religioni conceſſa, quam Viualdus notat de excom. fol. 321. nu. 45.

Beneficium Eccleſiaſticum quando inducit excommunicationem vel ſuſpenſionem. Vide Admittens ad beneficium.

1 SVſpenſio à diuinis, & ab ingreſſu Eccleſiæ eſt contra Epiſcopos, & Archiepiſcopos, qui quouis prætextu, & quæſito colore beneficia Sedi Apoſtolicæ reſeruata, ſeu affecta alicui conferre, & de illis prouidere, aut in illis, vel eorum poſſeſsione quoquomodo ſeſe intromittere præſumunt, & reſeruatur Papæ. extr. 33. 35. & 47. Pij IV.

2 Suſpenſio eſt contra conferentes beneficia indignis. Trid. ſeſſ. 7. c 3 in fine de reform.

3 Dignitas autem conſiſtit in tribus. In bonitate ſcilicet morum. In ſcientia, ſaltem earum rerum, quæ ad ſuum officium ſpectant. Et præterea in aptitudine ad exercendum ſuum munus. Qui enim bonus, & doctus eſt, tamen neſcit exercere ſuum munus, vel non poteſt præ alijs occupationibus, ve.

quia

quia non eſt datus praxi, & exercitio exteriori, tunc indignus cenſetur. Maiol. de irreh. c.32. n. 13 Tolet. l. 5. c. 78. Roder. c. 19. ſum. n. 1. Præter hanc perſonæ dignitatem, quæ conſiſtit in illis tribus, requiruntur quinque conditiones. prima vt ſit Clericus ſaltem primæ tonſuræ. Tolet. l. 5. c. 89. 2. vt ſit ex legitimo matrimonio procreatus. Tolet. proxime. 3. vt ſit legitimę ætatis. Vide ver. Aetas ad ordines. 4. vt nullo ſit inhabilis iuris impedimento, qualis eſt irregularitas, vel excommunicatio, aliauè cenſura eccleſiaſtica. Tolet. proxima. 5. vt non habeat aliud beneficium. Quia qui multiplicat præbendas, habet Archidiaconatum, & aſpirat ad Epiſcopatum, gradatim aſcendit, & in puncto ad Inferos ſine omni gradu deſcendet iuxta S. Bernardum ad Clericos.

4 Epiſcopus conferens beneficium ſimplex, non tenetur eligere magis idoneum, ſed poteſt gratificare quem vult, modo ſit idoneus. Secus in beneficijs curatis. Mareſcot. Senior. var. reſol. l. 1. c. 52. n. 19. & 20. cum Decio, Lambert, & alijs, quos ibi citat.

5 Qui pro beneficijs obtinendis ſe exponunt examini ſimulate pro alijs, ſeu pro ſe, aut alijs cum oblatione penſionis annuæ, aut cum ſpe conſequendi penſionem, ſeu commodum, ſeu vt alijs reſignent libere vel cum penſione, eo ipſo ſunt excommunicati, & priuati omnibus beneficijs, inhabileſque facti ad omnia beneficia. Paul. IV. Ann. 1557. & excommunicatio reſeruatur Papæ.

6 Obtinentes beneficia Curata, qui ante

expe-

expeditionem litterarum, & perſonalem reſidentiam in eiſdem debito tempore contra iuramentum, & obligationem de reſidendo, quacunque ex cauſa ea reſignant. 2. contra eoſdem reſignatarios ſic illa occupantes. 3. contra præſtantes ad id auxilium, conſilium, vel fauorem ſcienter directe, vel indirectè, excommunicantur. Extrau. 87. inter multiplices. Pij IV. & reſeruatur Papæ.

7 Nota hic beneficia Curata perſonis idoneis, præuio examine, & iuramento, & cautione de reſidendo conferri debere. Hinc lata fuit hæc Conſtitutio contra perſonas ſupradictas, ne de illis prouiderentur perſonæ minus idoneæ per oſtium non ingredientes, vt fures, & contra dictam formam.

8 Quicunque Prælati inferiores, qui Eccleſias, dignitates, & beneficia Eccleſiaſtica recipiunt, vel retinent per ſimoniam in confidentiam ſimoniacam excommunicantur. Extrau. 109. Romanum Pontificem Pij IV.

9 Hic nota non omnem beneficialem confidentiam eſſe prohibitam, nam ſi quis confidit, & ſperat, quod renunciatum beneficium collator conferet, vel patronus præſentabit &c. cui digno renunciare volet non eſt prohibitum, ſed tantum illa confidentia hic eſt prohibita, quaquis confidit, quod mediante pretio, pacto, modo, vel conditione expreſſa, vel tacita indigno collator conferet, Patronus præſentabit, aut cedat beneficium alteri, qui illius cuſtodiam cum pacto &c. accipit, quia eſt ſimonia, & omni iure naturali diuino, & poſitiuo prohibita, & il-

& illicita. Nauar. cap. 23. num. 109.

10 Nota etiam accipientem beneficium ſic in confidentiam teneri Cameræ Apoſtolicæ reſtituere omnes fructus, quos à die perceptionis percipit. Vide d. extr.

11 Clerici aliquid donantes, vel promittentes, aut per alium ſoluentes nunciantibus, vel nunciare facientibus prouiſiones beneficiorum quocunque modo vacantium: excommunicantur, & reſeruatur Papæ extr. 4. ſollicitè. Gregor. XI. Graff l. 4. c 25. n. 3.

12 Excommunicatio eſt contra Epiſcopos, alioſque beneficiorum collatores, qui poſt contractam ſuſpenſionem ob indebitam admiſsionem reſignationis beneficij extra ſcilicet caſus deſignatos, & contra formam præſcriptam à Pio V. extrau. attentauerint actus ipſos conferendi beneficia, vel officia Eccleſiaſtica, & reſeruatur Papæ, extrau. 58. Quaranta Eccleſiæ Dei. Pij V.

13 Vbi nota excommunicationem non imponi ob violentiam ſuſpenſionis, ſed quando ſuſpenſio eſt contracta ob tale delictū cōferēdi alia beneficia, ſeu officia Eccleſiaſtica.

14 Suſpenſio eſt contra Epiſcopos reſignationes admittentes beneficiorum, niſi ex certis expreſsis cauſis. Conſt. Pij V. 58.

Beneficium excommunicato conferens eſt ſuſpenſus.

1 PRæter excommunicationem maiorem incurrit ipſo iure ſuſpenſionē à collatione

tione eiuſdem beneficij. c. cum in cunctis §. Clerici de elect. Vt ita puniantur in eo, in quo peccauerunt, a collatione vero aliorum beneficiorum non eſt ipſo iure ſuſpenſus; ſed poſt binam monitionem ſuſpendi debet, vt habetur in cap. poſtulaſti, de cler. excom. miniſt.

Beneficium Eccleſiaſticum excommunicato conferri non poteſt.

1 QVia excommunicatus inhabilis eſt ad quoduis Eccleſiaſticum beneficium accipiendum: Quia beneficium datur propter officium, cuius executione caret excommunicatus. Lopez. p. 2. inſtit. cap. 17. de claribus; quare præſentatio, vel electio illius, item inſtitutio, & confirmatio ipſo iure irrita eſt, ſicut colligitur ex c. poſtulaſtis, & c. vlt. de Cler. excom.

Beneficij fructibus ipſo iure excommunicatus priuatus eſt, vt ante Iudicis condemnationem reſtituere teneatur.

1 ITa docent. Sylu Couar Guttier Suar. Garzia, Abbas, & alij Canoniſtæ in cap. paſto-

paſtoralis 9. veram de appell. ducto arg. ex ijs verbis. Illi prouentus Eccleſiaſtici, meritò ſubtrahuntur, cui Eccleſiæ communio denegatur.

Biblia Sacra non recipiens eſt excommunicatus.

1 Contrà non recipientes in toto, vel in parte Biblia ſacra edictionis vulgatæ eſt lata excommunicatio Concilij Trid. ſeſſ. 4. c. 3. Nauar. in Man. c. 27. n. 50. & nulli reſeruatur. 4. Articuli Fidei 1. 2. 3. 4.

Vnum crede Deum, duo Biblia, ſymbola terna;
Quartam Concilijs quatuor adde fidem.

Bigamus eſt irregularis.

1 Irregularitas eſt contra Bigamum primo qui duas, vel plures vxores habuit ſucceſsiuè, vnam poſt mortem alterius 2. qui duas, vnam validè, & alteram inualidè, ſiue ambæ viuant, ſiue mortuæ ſint, 3. qui duxit viduam, vel cognoſcit ſcienter legitimam vxorem adulteram, & reſeruatur Papæ. Ex eam ſi cujus, &c. & laici diſt. 54. S. Thom. p. 3. q. 66. art. 1. in add. Et ſummiſtæ verb. bigamia. Vnde Raymundus.

Bigamus admitti non debet in ordine ſacro,
Omnia tollit ei ius priuilegia Cleri
Atque vetat tali ne tonſuras, habituſque
Deferat ad Clerum ſpectantes, huic anathema
Eſt infligendum, ſi contrauenerit ipſe.

2 Du-

2 Ducens fæminam à ſe ipſo deflo:atam non incurrit irregularitatem. Diana de Irreg. reſolut. 38. & alij, & ratio eſt, quia in tali caſu neuter diuidit carnem ſuam, nec vere, nec interpretatiue, cum illa non fuerit à pluribus cognita, ſed ab vno eodem.

Si binas ducis ſucceſſiuè mulieres
Et cognoſcis eas, vere tunc bigamus extas
Sic eris accipiens viduam, vel repudiatam,
Corruptam, ſi duxiſti pro virgine, non te
Error hic excuſat ſacro quin ordine pellat.

3 Suſpenſio eſt contra Epiſcopos per annum à celebratione, qui ſcienter ordinauerint bigamum c. nullus pœnitentem. diſt. 55.

4 Nota, quod Bigamus incurrit irregularitatem primo propter ordinis prærogatiuam. 2. propter ſignum incontinentiæ, cum vxore mortua: aliam duxerit. 3. quia non poteſt eſſe viduitatis, ac continentiæ adhortator, qui coniugia ipſa frequentauit. 4. quia per matrimonium vnius viri ad vnam Virginem repræſentatur matrimonium Chriſti ad Eccleſiam, quæ vnica eſt. Vna eſt columba mea. Cant. 6. Deſpondi vos vni viro virginem caſtam. 2. Cor. c. 1. Hac perfecta ſignificatione caret bigamus. Qui enim monogamus eſt, ſignificat Chriſtum ita eſſe vnum vnius coniugis virum, vt nunquam alteram habuerit; qui autem bigamus eſt, ſignificat quidem Chriſtum eſſe vnum vnius, quod ad ſacramentum ſufficit, ſed non ſignificat ita eſſe vnius Eccleſiæ ſponſum, vt non fuerit alterius, & ideo non ſignificat vnionem Chriſti cum Eccleſia.

5 Vtrum

5 Vtrum Irregularitas Bigamiæ tollatur per baptiſmum, fuit quæſtio inter Hieronymum, & Auguſtinum. Hieronymo dicente, quod tollatur, quia manet noua creatura, Auguſtino vero dicente, quod non, quia baptiſmus ſolum tollit peccata, non autem vincula, ſicut nec tollit matrimonium. Sed tenendum eſt cum Auguſtino; quia ſignum eſt, quod poſtquam quis bis contraxit, quod non continebitur. Et etiam, quia eſſet in illo matrimonio imperfecta ſignificatio coniunctionis Chriſti, & Eccleſiæ.

6 Percutiens clericum bigamum, excommunicatus non eſt. cap. Quiſquis, & ibi gloſ. in verbo duxerit diſt. 84. bigamus enim exutus eſt omni priuilegio clericali. cap. vn. de bigam. l. 6.

Bizocha, vel Beata D. Franciſci gaudent priuilegio fori.

1 SI vitam virginalem ſimpliciter, expreſſeque vouerint, etiam ſi habitent in proprijs domibus, Dian. de Immu. Eccl. & alij apud ipſum ibidem reſol. 84. gaudent.

Blaſphemi gaudent immunitate Eccleſiaſtica.

1 ITa gaudent, vt nequeunt capi à laica poteſtate. Bonac. de cenſ. to. 2. de legibus diſp. 3. quæſt. 7. §. 4. num. 3. contra

Fa-

Farinac. de carcer. p. 28. num. 67,

2 Episcopi edictum, quo cõſtituitur pœna excommunicationis contra non denunciantes blaſphemos habentes blaſphemandi conſuetudinem, intelligendam eſt, modo blaſphemi non reſipuerint per correctionem. Nam edictum intelligendum eſt ſeruato ordine Euangelio. Bonac. tom. 2. de legib. diſp. 3. q 8, p. 1. n. 6.

3 Clericus Deum, vel B. V. expreſsè blaſphemans; prima vice priuetur fructibus beneficiorum vnius anni. Pius V ann. 1566.

4 Pro altera vice beneficijs priuetur. ibid.

5 Pro tertia vice omnibus dignitatibus, & in exilium mittatur. ibid.

6 Si caret beneficio, luat pœnam pecuniariam, vel corporalem pro prima vice; carceri detur pro altera; pro tertia verbaliter degradetur, & ad triremes mittatur, ibid.

7 Pro blaſphemia in Sanctos, arbitrio Iudicis habita ratione qualitatis blaſphemiæ, & perſonæ. ibid.

8 De Diuinis vltionibus in Blaſphemos ſic ait Petrus Gregorius.

Impius occubuit galidis Maxentius vndis.
Putridus Herodes lendibus eſca fuit.
Perſica Iulianum blaſphemum ſicca peremit,
Constricto pœnas Commodus ore dedit.
Merſit, & hinc tumidas cæcum Pharaone ſub vndas.
Sic quoque tu iuſta cæde, Philiſte, cadis.

Bona Eccleſiæ alienantes ſunt excommunicati. Vide Alienantes.

Bona Eccleſiæ vſurpantes ſunt excommunicati.

1 EXcommunicantur omnes tam laici, quam Clerici, quacunque dignitate, etiam Imperiali, vel Regali præfulgeant, qui alicuius Eccleſiæ, aut cuiuſuis ſæcularis, vel regularis beneficij, montium Pietatis aliorumque locorum iuriſdictiones, bona cenſus, aut vera, etiam feudalia, & emphiteotica, fructus, emolumenta, ſeu quaſcunque obuentiones; quæ in miniſtrorum, & pauperum neceſſitates conuerti debent, per ſe, vel per alios, vi. vel timore iucuſſi, ſeu etiam per ſuppoſitas perſonas Clericorum, vel laicorum, ſeu quacunque arte, vel quæſito colore in proprios vſus conuertere, illoſque vſurpare præſumunt, ſeu impediunt, ne ad eos, ad quos de iure pertinent, percipiantur. Eidem excommunicationi ſupponitur Clericus ipſe, ſuppoſitus, & tam hic, quam vſurpatur ipſe, ipſo iure priuatus eſt omnibus beneficijs ſuis, & ad alia inhabilis factus. Si autem eiuſdem Eccleſiæ fuerit patronus talis vſurpator, ipſo iure priuatus eſt iurepatronatus. Hæc autem excommunicatio Papæ reſeruatur. Concil. Trid. ſeſſ 22. c. 11. de refor.

Bona Cardinalium vſurpans quando eſt excommunicatus.

1 EXcommunicatio eſt contra vſurpantes bona Cardinalium, vel aliorum exi-

exiſtentiam in Conclaui, ſeu electi ad Papam, & ad id auxilium, vel conſilium præſtantes, Concil. Later. ſeſſ. 41.

Bona Eccleſiæ Cathedralis occupans, vel alienans, quando eſt ſuſpenſus, vel interdictus.

1 SVſpenſio ab officio, & beneficio eſt primo contra eos, qui vacante ſede Eccleſiæ Cathedralis, regularis, vel collegiatæ bona ipſius ſedis, aut Prælati defuncti occupant, cap. quia ſæpe de elect. in 6.

2 Secundo contra Clericos Epiſcopis inferiores, qui bona Eccleſiarum ſibi ſubiectarum vacantium, vel ad ſuarum diſpoſitionem pertinentium, iniuſtè ſibi vſurpant. cap. præced. de offic. ordin. 6.

3 Interdictum eſt ab ingreſſum Eccleſiæ contra Epiſcopos, & alios Prælatos, qui bona Eccleſiæ, monaſterij &c. præterquam in caſibus à iure permiſſis alienare præſumunt inconſulto Romano Pontifice. extr. ambitioſæ. de reb. Eccleſ. alien.

Bona Monaſterij alienans eſt ſuſpenſus. Vide verb. alienantes.

1 SVſpenſio ab officio eſt contra Religioſum alicui monaſterio, aut cuiuis adminiſtrationi præſidentem, qui vltra triennium, aut ad vitam, vel ad diuturnum tempus

tempus concedit alicui iura, redditus, aut poſſeſſiones eiuſdem religionis, ſine ſufficienti neceſſitate, aut vtilitate, & conſenſu ſuperioris, & conuentus. Clem. 1. de terr. eccleſ. alien.

Bononiæ Doctor, & ſcholaſticus quando eſt excommunicatus.

1 Excommunicatio eſt contra Doctorem, & ſcholaſticum Vniuerſitatis Bononiæ, qui conducit domos alterius Doctoris, aut ſcholaſtici ſine eius conſenſu ante finem termini c. 1. de locat. Hæc non habet locum extra Vniuerſitatem Bononiæ, & ideo nihil amplius dicimus de ea.

Brachium ſæculare non præbens eſt excommunicatus.

1 Excommunicatio eſt contra magiſtratus ſæculares, qui nolunt ſuum præbere auxilium brachij ſæcularis pro diligenti conſeruatione clauſuræ monialium requiſiti ad hoc ab Ordinario. Et nemini reſeruatur Concil. Trid. ſeſſ. 26. c. 5. de reform.

2 Epiſcopus non ſolum ius habet implorandi brachium ſæculare; ſed etiam compellendi ſæcularem ad illud præſtandum ſub pœna excommunicationis. Sbor. de Vic. Epiſ. 3. q. 190.

Bulla

Bullæ Cœnæ Domini breuis explicatio.

1 BVlla Cœnæ ſingulis annis fulminatur ſollemnitate magna à Romano Pontifice coram toto Populo, vt nemo ignoret excommunicationum illius abſolutionem difficilius concedi à Sede Apoſtolica, & vt conſeruetur in vinculo Charitatis ſub Chriſto capite,eiuſq.in terris Vicario vnitas,& integritas Catholicę fidei in omnibus fidelibus.

2 Hæc Bulla vocatur proceſſus generales,quaſi ſententiæ quędam contra quaſcumque perſonas, quæ contraueniunt mandatis Romanis Pontificis contentis in eis, licet eiuſmodi excommunicationes omnes ſint in iure quædam reſeruatæ, quædam vero non reſeruatæ Summo Pontifici; voluit tamen Pontifex hæc omnia per ſententias inhibere, vt aduerteret,& deterreret multo magis omnes per acerbiorem pœnam ab huiuſmodi peccatis perpetrandis, & vt arctius conſeruetur inter fideles pax, vnitas, & integritas illorum.

3 Olim ter in anno publicabatur, in die Iouis Sancto, in die Aſcenſionis, & in die Dedicationis Baſilicæ SS. Petri,& Pauli; hodie vero ſemel in anno in die Iouis Sancto.

4 Propterea hi Proceſſus vocantur Bulla Cœnæ; quia eodem die Dominus noſter vltimam cœnam fecit cum diſcipulis ſuis, & quia eo die Iouis Sancto publice, & ſollem-

niter voce alicuius S. R. E. Cardinalis præſente Summo Pontifice, & aſtante infinita populi multitudine promulgatur.

5 Bulla dicta eſt ex eo, quod ſigillo plumbeo bullatur, ideſt, ſignatur.

6 Huius Bullæ excommunicationes quæ Pontificis morte non finiuntur latas à iure vocat Nauar. nu. 73. Idem Hugolin. Tabien. Viuald. 1. c 9. § 4. Clemens VIII. 1598. addidit clauſulam, qua declarat durare excommunicationes quouſque alij proceſſus fiant à ſe, vel ab alio Summo Pontifice. Sayr. l. 3. c. 1. nu. 18. nihilominus exiſtimat ſententias eſſe ab homine; quia per nouæ Bullæ editionem vetus extinguitur, & quia ſententiæ in proceſſu latæ hominis ſunt.

7 Earum abſolutiones ita ſunt Sedi Apoſtolicæ reſeruatæ, vt nunquam comprehendantur in aliquo quouis Priuilegio conceſſo à Sede Apoſtolica alicui religioni, vel Iubileo, vel alteri, quo facultas conceditur abſoluendi à caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, niſi de caſibus Bullæ Cœnæ fiat expreſſa mentio. Graff. l.4 c.18.n.1.

8 An Regulares poſſint abſoluere ſuos ſubditos à caſibus Bullæ Cœne Domini, non obſtante noua reſeruarione ipſorum quæ quotannis fit in publicatione dictæ Bullæ, alij affirmant; alij negat, quos vide reſol. 72. tract. 2. de dub. reg. apud Dianam, qui in controuerſia tam graui Iudicis officiũ agere non vult, ideo de illa penes alios ſit iudicium, ſeu conſulatur ſummus Pontifex.

9 Priuilegia conceſſa Principibus, Regibus,

bus,& alijs,vt nequeant excommunicari,non habent locum in caſibus contentis in Bulla Cœnæ, quibus comprehenduntur ipſi, & ſi ſcienrer ab eis aliquis abſoluere præſumit,vel ab alijs Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, eſt excommunicatio reſeruata, vt habetur in Decret. Gong relato à Quaranta. verb. caſus, fol. mihi 162.

10 In tres claſſes principales diuiditur hæc Bulla. In prima continentur pertinentia ad fidem, & religionem. In 2. ſpectantia ad libertatem Eccleſiaſticam. In 3. continentur ea, quæ ad iuſtitiam,mutuamque fidem ſeruandam inter fideles pertinent.

11 Offendens plura capita huius Bullæ tot excommunicationes incurrit, quot ſunt capita; quia ſpecie inter ſe diſtinguuntur, niſi probabili ignorantia excuſetur.

12 Olim fuit præceptum, vt ſub peccato mortali, quilibet Confeſſarius eiuſmodi Bullam penes ſe haberet, legeret, & diligenter examinaret, hodie vero conſilium eſt. Graff. Quæ quidem Bulla vbique locorum obſeruari debet à Chriſti fidelibus, quos tantum afficit.

13 In mortis articulo quilibet idoneus Confeſſor à prædictis cenſuris abſoluere poterit; ſed præmiſſa cautione de ſtando Eccleſiæ mandatis, & ſatisfaciendo, quæ cautio an præcedere debeat realis, vel pignoratitia, fideiuſſeria, aut ſaltem iuratoria, arbitrio prudentis relinquitur; in mortis enim articulo non eſt ſatisfactio exigenda; ſed cautio de ſatisfaciendo, quæ ad præſtan-

dam abſolutionem ſatis eſt. Omnes.

14 Actualis, ſeu realis ſatisfactio præuia eſt neceſſaria, ſi ſtatim, & ſine vlla difficultate à pœnitente poteſt exiberi, & ideo in ſimili caſu miniſter, vt fideliter ſuo munere fungatur, debet eam exigere, vel ſaltem procurare cautionem fideiuſſoriam ſecuriſſima, quantum moraliter potuerit. Caiet. cap. 77. Nau. cap. 77. n. 47. & 48.

15 Extra dictum articulum præter Romanum Pontificem poteſt etiam miniſter, ſeu Delegatus Summi Pontificis ad hunc effectum abſoluere ab his cenſuris Bullæ Cœnæ, ſi eis expreſſa, & ſpecifica ſit facultas abſoluendi, alias nequaquam. Neque Epiſcopi virtute Concilij Tridentini vel alij per indultum generale abſoluendi à caſibus Papæ reſeruatis, poſſunt ab his Bullæ caſibus abſoluere.

16 Caſus, & excommunicationes contentæ in Bulla Cœnæ Domini latæ à Sanctiſſimo D. N. Papa Vrbano VIII. Anno Domini 1638. ſunt viginti. 1. contra hæreticos, &c. Vide hæreticus. 2. contra appellantes ad Cōcilium Generale. Vide appellantes. 3. contra Piratas &c. Vide Pirata. 4. contra naufragantium Chriſtianorum bona occupantes. Vide Naufragantium. 5. contra imponentes noua pedagia. Vide Imponens. 6. contra falſarios litterarum Apoſtolicarum. Vide Falſarios. 7. contra dantes auxilium infidelibus. Vide Dantes auxilium. 8. contra impedientes victualia ad Romanam Curiam deferri. Vide Victualia. 9. contra afficientes aliqui-

aliquibus iniurijs eos,qui ad Sedem Apoſt.accedunt. Vide Sedes Apoſtolica. 10. contra inferentes aliquas iniurias ijs, qui Romam deuotionis cauſa petunt, Vide Romipeta. 11. contra perſequentes aliquas perſonas Eccleſiaſticas in dignitate conſtitutas. Vide Eccleſiaſtica perſona. 12.contra percutiẽtes &c. eos, qui in Romana Curia cauſas agunt occaſione earumdem cauſarum. Vide Curia Romana. 13. contra appellantes ad laicam poteſtatem in cauſis Eccleſiaſticis ad impediendam executionem litterarum Apoſt.Vide Appellans. 14. contra eos, qui cauſas ſpirituales prætextu litterarum Apoſt. ad ſe auocant, vt illarum executionem impediant. Vide Cauſas ſpirituales. 15. contra perſonas ſæculares trahentes ad ſua tribunalia perſonas Eccleſiaſticas. Vide trahens. 16. contra impedientes Prælatos Eccleſiaſticos ne ſua Iuriſdictione vtantur. Vide Impedientes. 17. contra vſurpantes Iuriſdictiones, aut fructus pertinentes ad perſonas Eccleſiaſticas ratione beneficiorum. Vide vſurpans. 18. contra imponentes, aut recipientes decimas, aut alia onera perſonis Eccleſiaſticis abſque Papæ licentia. Vide imponens. 19. contra ſe interponentes in cauſis capitalibus contra perſonas Eccleſiaſticas. Vide Interponens. 20. contra deſtruentes, inuadentes &c. terras Rom. Eccleſiæ ſubiectas. Vide Terras Rom. Eccleſiæ.

C

Caducus morbus quando inducit irregularitatem.

1 CAducus morbus, ſeu Comitialis, vel Herculeus, quod Herculem vexauerit irregularem facit, ita, vt nec promoueri quempiam patiatur, quamuis homo ſemel tantum hoc malum paſſus ſit, & iam omnino ſanus eſſe videatur, & hoc ob periculum in morbum illum incidendi poſtea, & propter morbi illius horrorem. Sin autem iam promotus in hunc morbum inciderit, & per vertiginem, & Syncopem ſæpe in terram cadat, omnino abſtinere debet à celebratione miſſæ propter periculum, ne in conſecratione deficiat. Si autem appareat liberatus, ad ſuſceptos ordines exercendos reſtitui poterit, dũmodo Sacerdotem aſſiſtentem habeat; qui ſi caſus contigerit poſt ceptum Canonem, ſuccurrere, & perficere poſſit. Communiter, & ibi gloſſ in verb. De ijs. diſt. 33. & cap. in tuis litteris, & cap. nuper. 7. q 2.

2 Quanto autem tempore debeat expectari ad probandum tales vtrum liberati ſint, & qualiter, aliquando aſſignantur triginta dies, aliquando tempus vnius anni. Communis tamen opinio Doctorum eſt tempus probationis, eſſe arbitrarium penſatis conditionibus morbi, perſonæ, & dignitatis, ſemperque Epiſcopus iudicium medicorum in hac re ſequi, & inquirere debet. Sayr. l. 6. c. 9. n. 12.

Came-

Cameralis quando eſt excommunicatus.

1 EXcommunicatio eſt contra quoſcunque Camerales, qui aliorum ſuffragia, vel vnum, vel aliorum ſententiam in plena Camera apertam foris patefaciunt, vel alicui indicauerint. & reſeruatur Papæ, extr. 100. Cum inter. Pij IV.

Campana quando pulſari poteſt tempore Interdicti.

1 CAmpanæ ad horas Canonicas dicendas, vel ad miſſarum celebrationem interdicti tempore pulſari non poſſunt. Omnes. Sed pulſari poſſunt pro quacunque alia re, quæ non pertinet ad Officium diuinum, ſepulturam, & ſimilia. Angl. ver. Interdictum 5. nu. 7. Tab. ver. Interdictum. 6. a. 4. Nau. man. c.27. n.177. Vnde pulſari poſſunt ad ſignificandam populo feſtiuitatem; ad prædicationem verbi Dei, ad ſalutationem Angelicam, pro oſtenſione reliquiarum, pro aduentu Prælati Eccleſiaſtici, nec non pro aduentu Principis ſæcularis, aut alterius inſignis perſonæ, pro geſtatione Sacramenti Euchariſtiæ ad infirmos. Vide Sayr. l.6. cap.11. num.4. & ſeq.

2 Campanæ ſunt communia inſtrumenta, quæ de more ad diuina pulſantur. Vnde de Campana legitur.

Laudo Deũ verũ, plebem voco, congrego Clerũ,
Defunctos ploro, peſtem fugo, feſta decoro.

Campanam circumuerſans quando eſt irregularis.

1 CIrcumuerſans campanam, cuius tintinnabulum ſolutum aliquem deformat, non eſt irregularis, ſi non fuit, in culpa male ligandi tintinnabulum, alias ſecus, vt quia erat campanarius ad id obligatus. cap. Ioannes cum & adnot. de homicid.

Canonici Regulares quando ſunt excommunicati. Vide Aulam Principum.

Capitis dolor, ſiue Vertigo quando inducit Irregularitatem.

1 CApitis dolor, ſiue Vertigo, ſi inducit periculum in celebrando, vel omnimodam impoſſibilitatem, tunc iure naturali impedimentum eſt ad ordines, vel ſuſcipiendos, vel ſuſceptos exercendos, quamuis nihil in iure expreſſum ſit; Sayr. l.6.c.7.n.3.

Capillis capitis, vel barbæ carens quando eſt Irregularis.

1 SI cui capilli ex capite, vel ex barba in totum ceciderint, & iſta contingent ex

aliquo

aliquo facto infami, puta ex laſciuia, & libidine, tunc inducunt irregularitatem ob illam infamiam, vnde oriuntur, cum infames in iure canonico irregulares ſint. Sin vero non perueniunt ex aliqua infamia, tunc quidem, ſi hæc aliquam notabilem deformitatem inducunt, aut ſcandalum, aut horrorem irregularem efficiunt propter deformitatem, & ſcandalum. Quæ res arbitrio Epiſcopi relinquitur, vt iudicet quando talis ſit deformitas, vt vel promotionem, vel ſuſceptorum ordinum executionem impediat. Sayr. l. 6. c. 9. n. 6.

Cameræ Apoſtolicæ ſcripturas ſurripientes, aut ſcientes earum raptores, & non reuelantes ſunt excommunicati. Vide Surripientes num. 1. & 2.

Capitula, & Conuentus quando ſuſpenduntur.

1 Conuentus, & Capitula in receptione perſonarum vtriuſque ſexus ad Religionem, aut ante, aut poſt illam quoſcunque paſtus, prandia, ſeu cœnas, pecunias, iocalia, aut res alias, etiam ad vſum Eccleſiaſticum, ſeu quemuis pium vſum alium deputatos, vel deputandos directè, vel indirectè petentia, vel exigentia, ipſo iure ſuſpenduntur, & à ſolo Pontifice abſoluantur. Clem. Sanc. de ſimonia. Viualdus. de ſuſpen. n. 5.

2 Suſpenſio à diuinis eſt contra Capitula, & Conuentus, qui ſuſpenſi ob admiſſionem reſignationis beneficiorum extra caſus, & contra formam præſcriptam à Pio V. præſumunt conferre, eligere, præſentare, confirmare, vel inſtituere, & reſeruatur Papæ. Si ad ea prouiſio beneficiorum, ſeu admiſſio reſignationum pertineat, & in vſu eius contra dictam Conſtitutionem delinquunt. Extrau. 58. Quaranta Pij V.

3 Suſpenſio abſolute poſita eſt contra Capitula, & Conuentus, & ſingulorum eorum perſonas, quæ directè, vel indirectè aliquid recipiunt per modum pacti, & conuentionis ob ingreſſum Religionis, & reſeruatur Papæ, niſi illud pure, & à ſponte dantibus ex mera liberalitate recipiant. Vide verbum, Religionis ingreſſus.

4 Suſpenſio à beneficijs eſt contra Capitula, & Conuentus, &c. Qui Epiſcopos, Abbates, vel Religionum Prælatos à Sede Apoſtolica confirmatos recipiunt in ſuos Superiores abſque litteris authenticis eiuſdem Sedis, & reſeruatur Papæ. extr. 2. de elect. Obſcurum eſſe aſſerit Suar. an ſingulæ perſonæ de Capitulo ſint ſuſpenſæ à ſuis beneficijs, vel Capitulum à communibus beneficijs. Idem Suar. videtur aſſentiri potius eſſe ſuſpenſionem à communibus beneficijs, quam à ſuis ſingularibus, quia in hoc caſu, & in ſimilibus Capitulum non ſignificat ſingulas perſonas; ſed Vniuerſitatem ipſam. Ergo ſuſpenſio Capituli ſolum communitatem ligat. Suar diſp. 28. ſeſſ. 3. n. 5.

Capi-

Capitula, & Conuentus quando Interdicuntur.

1 INterdictum eſt contra Capitula, & Conuentus, quæ præſumunt trahere alios Conuentus, Capitula, aut quaſuis alias perſonas Eccleſiaſticas ad forum laicale pro quibuſuis cauſis, etiam occaſione cuiuſuiſcunque ſubmiſſionis, etiam iuramento vallatæ; quę ad forum Eccleſiaſticum de iure, vel de conſuetudine pertinent, ſiue id fiat directe, vel indirecte. extr. 5. ad reprimendas. Martini V.

Capitula, & Collegia quando Interdicuntur.

1 INterdictum eſt contra Capitula, & Collegia, quæ fructus, aut diſtributiones quorumcumque beneficiorum vacantium, vel eorum partem retinent, vel ipſorum ceſſionem, vel renunciationem, aut dulciaria, vel aliquid aliud quomodocumque petunt, vel exigunt à quouis auctoritate ordinaria, vel Apoſtolica prouiſo de beneficio, cuius prouiſio ad eadem Capitula, vel Collegia pertinet, vel eundem inducunt ad præſtandum iuramentum de obſeruandis ſtatutis, priuilegijs, vel conſuetudinibus, aut fructus, &c. primi anni, vel longiori, aut breuiori tempore à die vacationis beneficij in-

tegro, vel partim menſæ Epiſcopali, ſeu Capitulari; aut in communes vſus applicantur, aut inter Canonicos, ſeu miniſtros Eccleſiæ diuiduntur, vel illi prædicta non facienti poſſeſſionem impediunt, aut remorantur; & reſeruatur Papæ extr.106. Durum nimis Pij V.

Capitula, & Collegia quando ſuſpenduntur.

1 SVſpenſio ab officio, & beneficio eſt contra Capitula, & Collegia, & ſingulares perſonas, quæ vacante Sede Eccleſiæ Cathedralis, Regularis, aut Collegiatæ occupant bona ad Prælatum defunctum ſpectantia. vel obuenientia tempore vacationis, quæ in vtilitatem Eccleſiæ expendi debent, vel reſeruari futuris ſucceſſoribus, & durat donec reſtituerint: quicquid de bonis perceperint ſupradictis, c.4. quia ſæpe de elect. in 6.

2 Nota hic ſuſpenſionem hanc ex materia, & circumſtantijs verborum ferri in omnes delinquentes, ſiue ſint Communitates aliquæ à communibus ſiue ſingulares perſonæ à ſacris beneficijs. Suar. loc. cit. n.6.

3 Nota etiam Capitula, &c. nunquam ſuccedere in bona Prælati defuncti cuiuſuis iuris ſpecialis prætextu, ſed Prælatum aliquãdo ex ſpeciali iure ſuccedere in bona Eccleſiaſticorum obeuntium cap vlt. de offic. ordin. num 6.

4 Sed quia hodie ſuccedit Sedes Apoſtolica in bona Prælatorum, & aliorum Eccle-

ſiaſti-

ſiaſticorum ſæcularium, & regularium extra clauſtra decedentium;& facit ſpolia ex Conſtitutione Pauli III. Iulij II. & Iulij III. exceptis in Vrbe Roma decedentibus, & vbi non fiunt ſpolia, neque ſunt ſubcollectores, ideo &c. extr, 18. in Eminen. Pauli V.

Carens rationis vſu eſt irregularis.

1 IRregularitas eſt contra omnes carentes vſu rationis, aut infantes perpetuo amentes furioſos ſtolidos,& ſimiles,cum quibus amentibus, &c. ſanæ mentis factis ſolus Papa diſpenſat ad ſuſcipiendos ordines; ſed Epiſcopus in ſuſceptis, cuius diſpenſatio potius eſt declaratio; quia irregularitas durat donec auferatur amentia, &c. Idem dicendum eſt de lunaticis, epilepticis, ſeu morbum caducum patientibus, & de Arreptitijs, qui à Dæmone vexantur &c. Quibus datur annus probationis, ſi ſine tali defectu perſtiterunt. Suar. diſp. 51.ſect.1.per totum. Tolet.l.1.c.64.n.2.& ſeq.

Carcerans Clericum quando eſt excommunicatus.

1 DEtinens Clericum in cuſtodia publica, vel priuata, vel in domo aliqua, vel ponens cuſtodes, vt capiant eum, ſi de domo exierit, etiam ſi non inijciat in eum manus, excommunicatus eſt. Omnes. In his enim caſibus fit iniuria perſonæ, quia libere exire

exire non poteſt, aut exire non poteſt ſine ſtrepitu, & ſine erubeſcentia. Quod intelligitur ſolum quando fit à iudice laico, non autem quando fieret ab Eccleſiaſtico; etiam ſi detineret Clericos alienæ Diœceſis, & Iuriſdictionis. Sayr. l. 3. c. 22. n. 13.

2 Siquis vero obſideret caſtrum, aut domum propter illud caſtrum obtinendum, & non ad violentiam, aut iniuriam inferendam Clerico ibi exiſtenti, non incideret in excõmunicationem 6. n. 5. Anton. 3. p. tit. 25. c. 1.

3 Si Clericus non habeat, vnde ſatisfaciat ſuis creditoribus, non debet excommunicari, nec aliter moleſtari, aut in carcerem mitti, præſtabit tamen cautionem ſaltem iuratoriam de ſoluendo, cum venerit ad piguiorem fortunam. C. Odoardus de ſolut.

Carcerans aliquem quando eſt irregularis.

1 IRregularitas eſt contra Iudicem Eccleſiaſticum, qui ſiue per ſententiam, ſiue per præceptum detrudit aliquem in tam durum, & aſperum carcerem, vt in paucos dies talem moriturum exiſtimandum, & ſequuto illius effectu. Sylu. homicid. 5. n. 7. 9. tom. q. 5. Secus ſi ea durior pœna impoſita ſit per legem, vel per regulam Religionis, cuius executor eſt Prælatus, niſi ille ſit ita debilis, aut delicatus, vt veriſimile ſit, quod breui moriatur Auil. p. 7. diſt. 5. ſect. 2. d. 3.

2 Ex his igitur infer Iudicem Eccleſiaſticum

cum non poſſe ſententiam ferre duriſſimi carceris, nec alimentorum verbi gratia per vncias, vel ob eius humiditatem, fætorem, & ſquallorem veriſimile ſit, vt breui, & inter paucos dies moriatur, quia ſequuta eius morte, ſit irregularis. Couar. in cap. ſi furioſus p. 2. §. 6 n. 7.

3 Iudex, vel Cuſtos reum ad carcerem damnatum victus tenuitate premens: vt fame conficiatur, licet præter intentionem ipſius, erit irregularis. Abbas 1. cum non ab homine q 33. de Iudicijs. Nauar. l. 5. conſil. 11. §. 6. & conſil. vnic. de pœnit. edit. 2.

4 Carcerem Iura vocant malam manſionem, & morti æquiparabilem, ſiuè ſit perpetuus, & Doctores eum nominant locum horribilem tum propter priuationem conuerſationis hominum, tum propter immũditiam; tum propter animi, & corporis afflictionem. Ideo recte vocari ſolet ſepultura viuorum: conſumatio bonorum, conſolatio inimicorum, & experientia amicorum. Vnde Iudex cum magno iudicio, & pietate debet ad carcerationem deuenire, & maxime, ſi perſona carceranda ſit publica, ſit nobilis, ſit bonæ conditionis, & famæ, ſit debilis, ſit infirma, ſit familia grauata, vel ſit Eccleſiaſtica; carcer enim infamat, & irreparabile damnum affert. Bald. in l. ſi Clericus. c. de Epiſcopo and. Genuenſis in Praxi Archiep. Neap. cap. 35. n. 1. & 2.

5 Carcer ſit ad cuſtodiam, non ad pœnam. Nam nullus niſi prius factus ſit reus puniendus eſt. Hinc merito Doctores damnant

carce-

carceres ſubterraneos, obſcuros, & tetros, longe ab hominibus, ita, vt carceratorum voces,& clamores à nemine exaudiri poſſint. Beſtiæ enim non ſunt, ſed homines, & Dei imagines, & ideo non tam male tractandi.

6 Iudex Eccleſiaſticus iurare debet, vt Sacerdotum, & ſacris conſtitutorum carcer non immundus, ſeu ſquallidus ſit, nec eos cum ſæcularibus perſonis ſimul detineri conſentiat. Diaz in pract. crim. c. 127. n. 2.

7 Prælatus non debet corrigere lenitate patris, ſed authoritate Pontificis, miſericordiam pręſtando pœnitentibus, non autem impœnitentibus, & incorrigibilibus, ita tamen vt ſeueritas lenitati miſceatur: illud in primis memoria retinendo, tanto eſſe efficaciorem emendationem prauitatis, quanto diligentior fuerit obſeruatio charitatis.

In Cardinalem crimen commiſſum, vel committendum non reuelans, eſt excommunicatus.

1 EXcommunicatio eſt contra ſcientes crimen commiſſum, vel committendum in Cardinalem, ſi non reuelet Ordinario, vel Papæ opportune, & nulli eſt reſeruata. Nau. in man. c. 27. n. 110.

2 Status Cardinalium præſtat, & honorari debet præ alijs poſt Summum Pontificem, cum ſint in culmine dignitatis, & de corpore peculiaris Concilij Pontificis, ſucceſſores Apoſtolorum, habeant poteſtatem

eligen-

eligendi Summum Pontificem, eique principaliter aſſiſtant in regimine, & adminiſtratione Vniuerſalis Eccleſiæ, cooperando & labores cum illo ſubſtinendo, & ipſi conſulendo.

3 Dicuntur Cardines terræ, eo quod deſeruiunt Romanæ Eccleſiæ, quæ eſt caput, & cardo omnium Eccleſiarum. Velideo quia ſicut oſtium in cardine vertitur, & per eam regitur, ita dominorum Cardinalium conſilio, & aſſenſu Summus Pontifex regit Eccleſiam Vniuerſalem, & ſicut cardo inhæret firmiter oſtio, ſic Cardinales Chriſto, qui eſt oſtium.

4 Alij Prælati aſſumpti ſunt in partem ſollicitudinis, iſti vero in adiutorium gubernationis totius Orbis, & in plenitudinem poteſtatis, & ideo dicuntur eſſe in culmine dignitatis.

5 Cardinales ſunt in ſtatu perfectionis, obligant enim ſe ex dilectione Dei ad perpetuo defendendam Fidem Catholicam, & Religionem Chriſtianam vſque ad ſanguinis effuſionem incluſiue cum eorum, & totius Eccleſiæ Principe. In cuius rei euidens teſtimonium cappello rubeo, quaſi perfectionis habitu, ſeu ſignaculo publicè, & ſollemniter inſigniuntur. Viguer de ſtat. Eccleſ. cap. 17. §. 1. ver. 11.

Cardinales alloquens quando eſt excommunicatus.

1 EXcommunicatio eſt contra omnes, qui loquuntur Cardinalibus, dum ſunt in

Con-

Conclaui ad eligendum Papam, ſed recipiunt, vel remittunt litteras, nuncium, notam, aut ſignum aliquod ijſdem, dum ſunt in Conclaui, & excommunicatio Papæ reſeruatur c. 3. Vbi periculoſum, de elect. in 6. extr. 90. in eligendis Pij IV.

Cardinalem inſequentibus Ciuitas fauens, eſt interdicta.

1 INterdictum eſt contra quamuis Ciuitatem (præter Vrbem) auxilium, vel fauorem dantem inſequentibus hoſtiliter aliquem S.R.E. Cardinalem, in quem eiuſdem Ciuitatis Senatus conſpirauit, vel intra menſem taliter delinquentes, ſi facultas ei affuerit, non puniuntur, quæ præter dictum Interdictum remanet dignitate pontificali priuata. cap vlt. felicis de pœn. in 6.

2 Nota hic illam Ciuitatem, & omnes alias Ciuitates priuari Epiſcopali dignitate, & remanere interdictas; quæ auxilium, conſilium, vel fauorem dederunt, quorum Senatus in Cardinalem conſpirauerunt. Vnde ſi Villa, vel inferior popnlus ſimile delictum commiſerit, locus ille non remanet interdictus, quia ſolum latum eſt contra Ciuitates, inferiores enim populi, & raro audent per ſe tale crimen aggredi, & facilius poſſunt coerceri alijs modis. Suar. diſp. 371. ſect. 1, n. 18.

Cardinalium bona vſurpans quando eſt excommunicatus, Vide Bona Cardinalium.

Car-

Cardinalem percutiens percuſſione leuiſsima incidit in Bullam Cœnæ.

1 ITa Dian. p. 5. tract. 2 reſol. 92. cum Scortia in Bull. Pont. epit. 166. Theor. 420. vbi ſic ait. Actiones principales, quæ excommunicationi ſubijciuntur contra offendentes Cardinales ſunt hæ. Interfectio, mutilatio, &c. percuſſio iniuſta, etiam ſi phyſice ſit leuiſsima dummodo exiſtimetur ſecúdum moralem opinionem grauis iniuria ratione honoris, & dignitatis, vt ſi Cardinalis percutiatur in chiroteca.

Cardinalem offendens gaudet immunitate Eccleſiaſtica.

1 ITa Farinac. in append. de imm. c. 14. n. 183. Quia Conſtitutio Gregorij XIV. videtur reſtricta ad eos, qui fuerint rei læſæ Maieſtatis in perſonam ipſiuſmet Principis, offendens autem Cardinalem non videtur offendere perſonam Pontificis, ergo &c Et licet Cardinales Principes poſſint nuncupari, non tamen Principes proprie ſunt, illi præſertim qui ſuperiorem non habent, & de quibus proprie Bulla Pontificia loquitur.

2 Contrariam ſententiam ſequuntur alij, quos vide apud Dianam 5. p. de pot. & priu. S.R.E. Card. reſol. 87.

3 Sed

3 Sed ſententia Farinacij eſt probabilior ſi hic caſus (quem Deus auertat) in facti contingentia accideret Epiſcopi, vel alij Prælati Eccleſiarum talem reum ad Eccleſiam confugientem ſecure cuſtodiant, & illico Summi Pontificem ne deſinant certificare, qui delinquentem brachio ſæculari tradendum eſſe iuſte determinabit. Dian. ibid.

Cardinales non includantur in ſententia ſuſpenſionis, vel Interdicti à Sum. Pont. impoſita.

1 PAtet ex cap. Periculoſam de ſent. excom. in 6. qui quidem textus licet loquatur de Epiſcopis tantum, Doctores illum extendunt etiam ad Cardinales non Epiſcopos, qui in ſua Eccleſia ſunt dignitate Epiſcopi, & ita ex Auil. & Sayr. docet Hurtadus de ſacr. tract. de ſuſp. diff. 9. n. 23. Azor. tom. 2. l. 4. c. 3. q. 2. Dian. 5. p. de pot. & priu. S.R.E. Cardinalem reſol. 46.

Cardinalis quando eſt excommunicatus. Vide Papatum, & Alienantes bona Eccleſiæ.

1 EXcommunicatio eſt contra Cardinalem, qui electus in Papam a paucioribus, quam à duabus partibus Cardinalium vſurpare conatur Papatum, & gerit ſe pro Papa. Item contra eos, qui talem ſic electum reci-

recipiunt, & nemini reſeruatur. c. licet, 6. de elect. Niſi talis electio habeat permixtam hæreſim; vel ſciſma; quia tunc reſeruatur in Bulla Cœnæ. Nau cap. 27. n. 114. §. 2.

2 Nota hic ad hanc cenſuram incurrendam requiri, vt Cardinales eligentes ſint præſentes in Conclaui. gloſſ. in d. c. licet verbum ſpeciale.

3 Excommunicatio eſt contra Cardinales, qui procurantes Sede vacante per ſimoniam eligi Summum Pontificem, contrauenniunt ijs, quæ ordinata ſunt in Conſtitutione. Cum tam diuino Iulij II. vt habetur in Concilio Lateranenſi ſub Leone X. ſeſſ. 5. & reſeruatur Papæ.

4 Nota hic primo hanc Cenſuram incurrere Cardinales hæc facientes tempore vacantis Sedis. Vnde ſi viuente Pontifice hæc faciant, vel Sede etiam vacante, ſed non per Simoniam, non eſt locus huic cenſuræ; ſed alteri de qua vide Caiet. cap. 24 Nau. cap. 27 num. 8 I I.

5 Nota 2. in electione Summi Pontificis per dictam Conſtit. Iulij II. prohiberi Cardinalibus votum ſuum per ſimoniam quomodocunque commiſſam, dando, vel recipiendo pecunias, aut alia bona, &c. atque adeo electo ſic celebrata eſt nulla, & nullam tribuit ſic electo facultatem adminiſtrandi in ſpiritualibus, & temporalibus. Vide dictam Conſtit.

6 Excommunicatio eſt Summorum Pontificum Gregorij XV. & Vrbani VIII. contra Cardinales non ſeruentes formam in eligendo

do Summo Pontifice præſcriptam, aut præſumentes aliquid facere, vel attentare contra ipſam Bullam, quæ incipit. Aeterni Patris edit. anno 1621. & reſeruatur Papæ. Vide Bonacc. de excommun. in par. 2. diſput. 2. quæſt. 7. §. 2.

Cardinalis quando eſt irregularis. Vide Baptiſmus num. 6.

Carthuſianus commedens carnes quando excuſatur ab excommunicatione.

1 CArthuſianus poteſt viſci carnibus in exrrema neceſſitate, ſiue neceſſitas proueniat ex morbo (quam quidam putant non dari, ſi alij cibi ſuppetant) ſiue ex aliorum ciborum inopia, etiam ſi ex ſtatuto ſuæ regulæ ſub pœna excommunicationis eſus carnium prohiberetur ipſi, & ſic nec peccaret, nec cenſuram incurreret. Quia ſtatutum humanum non obligat cum periculo mortis. Nec refert etiam, ſi illud ſtatutum voto, aut iuramento firmatum ſit; quia periculo mortis cenſetur exceptum vt patet in voto ieiunij, peregrinationis, obedientiæ, quæ vota ſeruanda nõ ſunt cum diſcrimine vitæ. Quod ſi expreſſe vouiſſet ſe nullo euentu, etiam ſi mors impenderet carnes eſurum, præcipue, ſi ob commune decus ſuæ religionis, tuendum tali voto ſe obſtrinxiſſet, tunc eſſet validum,

& teneretur illud ſeruare. Candid. de cenſ. diſp. 22. dub. 8.

Caſtratus eſt irregularis. Vide Eunuchus.

Caſus Papales præter contentos in Bulla Cœnæ.

1 CAſus Papales præter contentos in Bulla Cœnæ,à quibus Confeſſarij abſoluentes, ſunt excommunicati vt dictum eſt ſupra verb. abſolutio ſunt.

Primus violationis immunitatis Eccleſiæ in terminis Conſt. Greg. XIV.

Secundus Violationis Clauſuræ monialium ob malum finem.

Tertius prouocantium, & pugnantium in Duello.

Quartus Inijcientium manus violentas in Clericum,

Quintus Simoniæ realis ſcienter cõtractæ.

Sextus Confidentiæ beneficialis.

Septimus Abſoluere præſumentes omnes caſus, quos locorum Ordinarij ſibi reſeruant, etiam in caſu neceſſitatis, & impedimenti, niſi in mortis articulo, vel habeant licentiam ſpecialem à Sede Apoſtolica, vel ab Ordinarijs in ſcriptis, vel viua voce. In alijs verò caſibus qui habent priuilegia, poterunt iuxta dicta priuilegia, & facultates abſoluere, dummodo ante Decretum eſſent vſu recepta, & non reuocata; qui non habent, nihil de

nouo

nouo illis conceditur. Vide Quaranta verbo Caſus.

Caſus eſt duplex. Alter reſeruatus, Alter non reſeruatus.

Reſeruatus eſt, cuius abſolutio adimitur aliqui inferiori Sacerdoti, & eſt duplex. Alter Papalis, cuius abſolutio adimitur omnibus Parochis, & etiam Epiſcopis. Alter Epiſcopalis, cuius abſolutio adimitur ſolis Parochis.

Epiſcopus concedens alicui caſus, ſibi reſeruatos, non concedit cenſuras.

Item ſi concedit caſus, & cenſuras non concedit diſpenſationem votorum, vel irregularitatem. Nau. cap. 27. n. 26. Sayr. in clau. reg. l. 1. c. 1. n. 5.

Qui in Paſchate habet caſus Epiſcopo reſeruatos, nec poteſt Epiſcopum adire, poteſt abſolui à cæteris, ſi non eſt impeditis excommunicatione aliqua reſeruata, & Euchariſtiam ſumere, abſoluendus poſtea à reſeruatis, cum ei fuerit opportunum. Sà ver. Euchariſtia n. 13.

Poſſunt Superiores regulares reſeruare ſibi caſus, non ſolum quoad profeſſos, ſed etiam quoad nouitios. Dian. tract. 2. dub. reg. reſol. 100.

Cauſas ſpirituales auocantes ſunt excommunicati.

1 EXcommunicatio in Bulla Cœnæ fertur contra eos, qui ad ſe auocant cauſas ſpirituales prætextu litterarum Apoſtoli-

ſtolicarum, & impediunt executionem aliarum litterarum, quibus parendum eſſet.

2 Hæc excommunicatio quoad perſonas eſt primo contra quoſcunque laicos, & Eccleſiaſticos, qui per ſe, vel per alium quouis prætextu, auctoritate propria, vel de facto auocant cauſas ſpirituales, aut ſacramentorum omnium, beneficiales, decimales iurium conferendi, eligendi, præſentandi, & inſtituendi ad beneficia, & cenſurarum Eccleſiaſticarum, vel ſpiritualibus annexas, & Iuriſpatronatus, & quaſcunque alias cauſas tangentes res ſpirituales.

3 Contra eos, præſertim expreſſos in hoc caſu contra Pręſidentes Cancellariorum, Conſiliorum, & Parlamentorum. 3. contra Cancellarios. 4. contra Vicecancellarios. 5. contra Conſiliarios tam ordinarios, quam extraordinarios quoruncunque Principum ſæcularium quamuis etiam imperiali, & regali dignitate fulgentium. 6. contra Archiepiſcopos. 7. contra Epiſcopos. 8. contra Abbates. 9. contra Commendatarios. 10. contra Vicarios auocantes etiam, aut impedientes curſum dictarum cauſarum ab Auditoribus Romanæ Curiæ Commiſſarijs Apoſtolicis Romanæ Curiæ, alijſque Iudicibus Eccleſiaſticis.

4 Quoad actiones hæ præſertim prohibētur. primo auocare prædictas cauſas. 2. impedire curſum earumdem, & perſonas, vel capitula, quæ volunt eas proſequi? 3. interponentes ſe tanquam Iudices earum. 4. compellere partes actrices, quæ committi fece-

 runt

runt ad cauſas, & ad reuocandas citationes, inhibitiones, & alias litteras decretas in eiuſmodi cauſis. 5. compellere eaſdem partes ad faciendum illos abſolui à cenſuris, contra quos manarunt tales prohibitiones. 6. impedire executionem litterarum Apoſtolicarum exequutorialium, proceſſum decretorum quomodolibet. 7. præſtare ad hæc fauorem, conſilium, & aſſenſum.

5 Notandum eſt primo verba illa (auctoritate propria) intelligi auctoritatem laicam, & Eccleſiaſticam ita, vt qui tali auctoritate iudiciaria hoc faciunt prætextu litterarum Apoſtolicarum ſine licentia Papæ, incurrunt hanc cenſuram, modo tales gratias, aut litteras nullas eſſe falſo contingant.

6 Notandum 2. hanc cenſuram ligare, & laicas, & Eccleſiaſticas perſonas, quæ talia præſumunt alia auctoritate, quam Eccleſiaſtica contra libertatem Eccleſiaſticam, & contra tenorem huius Bullæ.

7 Idem dicendum eſt de committentibus hoc munus prohibendi, compellendi, & ſimilia faciendi per ſtatuta, & per mandata.

Cenſura.

1 VErbum, Cenſura, ſignificat dignitatem Cenſoris, & etiam correctionem alicuius, qua poſteriori ſignificatione hic ſumitur, & non pro qualibet; ſed pro Eccleſiaſtica, quæ definitur ab Hugolino de Cenſuris, hoc modo.

2 Cenſura Eccleſiaſtica eſt pœna ſpiritualis

tualis fori exterioris Eccleſiæ,qua ſpiritualium vſus impeditur, vt à contumacia diſcendatur.

3 Appellatione Cenſuræ Eccleſiaſticæ veniunt tria tantum, ſcilicet Excommunicatio, Suſpenſio, & Interdictum text. eſt in can, Quærent de verb.ſig.vnde verſus.

Vt culpam frenet priuatam Eccelſia mater, Suſpendit pranos, ſed excommunicat, etſi Multi delinquunt, interdicit quoque ſacris.

4 Vnde aberrant, qui dum legunt in Iubilæis Plenarijs, poſſint abſolui ab omnibus cenſuris, intelligunt etiam ab Irregularitate, nam Irregularitas non eſt Cenſura, ſed pœna Canonica, nec abſoluitur, ſed diſpenſatur.

5 Cur vero tres Cenſuræ ſpecies ſint; nec plures, nec pauciores, ratio aſſignatur ab Hugolino vbi ſupra num. 3. Quia his cenſuris conſtricti in triplici genere ſunt, nimirum, aut Clerici, aut laici, aut loca; & quidem excommunicationi ſubijciuntur tam laici,quam clerici;Suſpenſione verò ſoli clerici afficiuntur: loca denique interdicto tantum ſubijciuntur.

6 Ceſſatio à diuinis non eſt Cenſura. Vide Ceſſatio

7 Depoſitio non eſt Cenſura. Vide Depoſitio.

8 Degradatio non eſt Cenſura. Vide Degradatio.

9 Poteſtatem ferendi Cenſuras iure ordinario habent. 1. Sum. Pontifex Rom. in omnes fideles. 2. Cardinales in Eccleſijs ſui tituli. 3. Archiepiſcopi in proprios, non in ſuffraganeorum ſubditos, niſi in viſitatione, aut

in cauſa ſibi deuoluta. 4. Epiſcopi in ſuos ſubditos. 5 eorum Vicarij. 6. Capitulum ſede Epiſcopali vacante, eiuſque Vicarius. 7. Nuncij Pontificis in omnes illius Prouinciæ, ad quos legari ſunt. 8. Abbates exempti habentes iuriſdictiones in ſuos. 9. Concilia generalia in Vniuerſum Orbem, & Prouincialia in ſua Prouincia, 10. ex priuilegio etiam Generales & Prouinciales Ordinum in ſuos ſubditos vbiuis terrarum delinquentes, quia eorum iuriſdictio nullis finitur locis, vt Epiſcoporum. Eandem autem poteſtatem iure delegato habent omnes clerici, quibus commiſſa eſt ab aliquo ex ſupradictis tali poteſtas. C. Venerabilis de ſent. excom. in 6. c. 2 de cenſu in 6. c. vn. de maior. in 6. c. 1. de offic. legat. in 6. CoinK de cenſ. diſp. 13. dub. 4. num. 31. & dub. 7. n. 64.

10 A cenſura ſiue à iure, ſiue ab homine impoſita ij excuſantur, qui inuincibiliter eam ignorant, licet ſciant factum eſſe malum iure diuino, naturali, vel Eccleſiaſtico, quia & ſi quis poteſt obligari ad pœnam legis, quamuis eam ignoret; tamen quia cenſura eſt pœna grauiſſima, non fertur, niſi in eos, qui ſunt perfectè contumaces, & inobedientes; vnde qui inuincibiliter ignorat Eccleſiæ prohibitionem, non dicitur illi inobediens, vel contumax, quamuis ſit Deo alias inobediens, Dian. tract. 5. Miſcell. reſol. 13.

11 In ferenda Cenſura per ſententiam particularem, non autem generalem in contumaciam eius, qui poſt commiſſum delictum perſeuerat in eo, debet præcedere canonica

nonica monitio ſcripto, ſub comminatione cenſuræ, & cum expreſſione cauſæ ob quam fertur cap. 1. de ſent. excom. in 6 vnde Raymundus.

Non innodetur quiſquam, niſi pro manifeſtis Cauſis. eſtque prius facienda monitio triplex.

12 Nec obſtat, quod D. Paulus 1. Cor. 5. excommunicauit ſine admonitione publicũ fornicatorem. cap cum ſit Romana §. præterea de appell. & ſimiliter ſine admonitione canonica fuit ſuſpenſus Archidiaconus cap. tam litteris in fine de teſt. Et ciues innocentes Ciuitatis interdictæ non poſſunt canonice moneri, cum non habeant culpam, à qua debeant reſipiſcere. Quia quamuis D. Paulus non admonuerit in illa Epiſtola, admonuerat tamen in alia Epiſtola citata in illis verbis, ſecundum D. Thomam ibid. ſcripſi vobis, ne commiſceamini fornicarijs notorijs, & ita ſecundum Couarruuias in d. §. 9. n. 6. non ſufficit ad ferendam cenſuram peccatum notorium: quia requiritur cõtumacia præterita.

13 Et quamuis Archidiaconus ſit ſuſpenſus ſine admonitione, illa tamen ſuſpenſio erat cenſura materialis; quia erat vindicatiua falſitatis: ſecus tamen dicendum eſt in ſuſpenſione, prout eſt cenſura formalis, quæ eſt pœna medicinalis requirens canonicam monitionem. Suar. in d ſect 5. num 27. Et quamuis ſimiliter innocens Ciuitas poſſit interdicto ſupponi ob Principis contumaciam. cap. ſi ſententia, de ſent. excom. in 6. princeps tamen pernicioſus eſt admonendus d. cap. ſtatutum.

14 Cenſura lata per ſententiam particularem reſpicientem tantum determinatum factum: ligat ſolum ſubditos; non autem peregrinos verbi gratia extat ſententia particularis, vt quicunque ſciuerit eos, qui tale factum commiſerint, teneatur ſub pœna excommunicationis reuelare, hæc ſententia habet locum dumtaxat in ſubditis, non in peregrinis, qui poſt talem ſententiam venerunt illuc ad perpetuo habitandum, nam quamuis ſciant illos fures, & non eos reuelent, non tamen ligantur illa cenſura, quod ſecus eſſet, ſi ante ſententiam latam illuc habitandum venerint. CoinK de cenſ. diſp. 13. dub. 7 n 60.

15 Ad incurrendam cenſuram maiorem requiritur culpa, non quæcunque ſed mortalis exteriori opere commiſſa. Cenſura enim nunquam imponitur, niſi propter peccatum externum procedens ex actu interno malo, & in genere ſuo graui; & completo. Tum quia contra naturam crudeliter applicaret medicus pro leui infirmitate medelam magnam: ergo crudeliter Iudex Eccleſiaſticus applicaret pro leui culpa magnam cenſuram, quæ eſt ſpiritualis medicina. Tum etiam quia cenſura maior eſt vltimus terminus correctionis fraternæ cap. 18. Matth. correctio autem fraterna non ſit, niſi pro mortali, pro quo corripiens lucratur correctum. Et tandem excommunicatio maior non datur, niſi pro mortali, tum quia ita dicunt in cap. Nemo Epiſcoporum 11. q. 3. Tum etiam quia per illam traditur Sathanæ 1. Corint. 5 quod

non

non niſi pro mortali eſt faciendum. Et ſimiliter ſuſpenſio, & Interdictum, quæ ſunt maiores pœnæ non niſi pro mortali ſunt applicandæ. Tum quia debet eſſe proportio inter culpam, & pœnam. cap. fælicis § illud autem de pœnit. in 6. Tum denique quia ſi inter meritum, & præmium debet eſſe proportio, igitur eadem debet eſſe inter pœnam, & culpam.

16 Cenſura minor applicatur pro culpa veniali. Tum quia ſic proportionatur culpa pœnæ, tum etiam quia medicus pro leui infirmitate applicat medelam leuem, & tandem quia excommunicatio minor contrahitur pro communicatione in humanis cum excommunicato denunciato, vel notorio clerici percuſſore. cap. nuper de ſent. excom. hæc autem communio ratione leuitatis materiæ eſt venialis.

17 Quinque conditiones copulatiue ſunt neceſſariæ ad hoc, vt quis ſit capax cenſuræ.

Prima vt ſit homo, quia non homo non poteſt eſſe contumax, nec poteſt reſipiſcere à contumacia, nec eſt capax bonorum ſpiritualium Eccleſiæ, quibus per cenſuram ligatur, nec eſt capax correctionis fraternæ; quæ omnia requiruntur ad capacitatem cenſuræ.

Secunda vt ſit viator, quia non viator non eſt capax contumaciæ, nec reſipiſcentiæ, nec fraternæ correctionis, nec bonorum ſpiritualium Eccleſiæ.

Secundo vel eſſet capax cenſuræ cadauer, & hoc non, quia non eſt contumax, neque

poteſt reſipiſcere, nec habet alia numerata requiſita.

Vel eſſet capax cenſuræ anima ſeparata à corpore, & neque hoc, quia nihil ligatur à non ſuo iudice. cap. quod autem, de pœnit. & remiſſ. anima autem ſeparata non ſubijcitur iuriſdictioni Eccleſiæ, cum illa ſit data ſupra exiſtentem ſupra terram. Matt. 16.

Tertio anima ſeparata vel eſt beata, vel damnata, vel purgans, ſed anima beata, & purgans non eſt contumax, & anima damnata non poteſt reſipiſcere ergo &c.

Tertia conditio. Vt ſit compos mentis, quia non compos mentis non eſt capax contumaciæ, nec reſipiſcentiæ, nec bonorum ſpiritualium Eccleſiæ, nec correctionis fraternæ, cum non habeat rationis vſum.

Quarta conditio. Vt ſit baptizatus. Tum quia de his, qui foris ſunt, nihil ad nos 1. Corinth. 3. Tum quia non baptizatus non eſt capax bonorum ſpiritualium Eccleſiæ. Et tandem quia non ſubijcitur pœnæ medicinali Eccleſiæ cap. poſtulaſtis de Iudæis.

Quinta conditio. Vt ſubijciatur ſuperiori in terra habenti iuriſdictionem Eccleſiaſticam in foro externo. Quia ſuperior habens iuriſdictionem Eccleſiaſticam in foro externo, & eius ſubditus ſunt relatiua; ſed non poteſt applicare cenſuram, niſi ſuperior habens huiuſmodi iuriſdictionem: ergo niſi ſit ſubditus habens talem ſuperiorem, non poteſt cenſura ligari.

18 Et hinc ad praxim Papa non eſt capax cenſuræ; quia non habet ſuperiorem in

terra

terra c.cuncta per mũdum q.3. excommunicatio autem, & aliæ cenſuræ applicantur à iure poſitiuo, iuri autem poſitiuo quoad pœnas coactiuas non ſubijcitur Summus Pontifex; & ita quamuis per hæreſim poſſit deponi. Bellar.l.2.de Rom.Pont.c.30. non tamen excommunicatur. Nau.in d.c.27.n.13.

19 Ad hoc, vt abſoluendus abſoluatur à cenſura, non requiritur, quod ſit abſoluenti præſens. Tum quia abſens poteſt ligari cenſura. 1. Cor.5. ergo poteſt à cenſura abſolui. Tum quia poteſt quis abſolui à cenſura per epiſtolam, cap. quanto. 2. q.5. & per procuratorem. Abb. in cap. cum deſideres n. 7. de ſent. excom. dummodo procurator habeat ſpeciale mandatum. gloſ. in cap. quid agendum in ver. vel paciſcinde procuratore in 6. Epiſtola autem, & Procurator ſunt reſpectu abſentis. Et tandem quia ideo abſolutio à peccatis non poteſt dari abſenti, quia tempore abſolutionis requiritur peccatum confeſſnm, & deteſtatum; ſed ſi daretur abſenti, potuiſſet tempore abſolutionis eſſe mortuus, vel peccare mortaliter abſoluendus. Cum igitur abſolutio à cenſura non cadat ſuper peccatum confeſſum, & deteſtatum, ſed ſupra vinculum, propterea ab illa poteſt abſens abſolui. Sot. in 4. ſent.d.18.q.2.n.6.

20 Ad hoc, vt aliquis poſſit à cenſura abſolui, non requiritur voluntas abſoluendi. Tum quia, vt inquit D. Bonau in 4.ſent.d.18, 2.p. q. 6. multã concedit carnalis mater filio eo inuito: ergo multa concedere poteſt Eccleſia mater inuito fideli. Tum etiam quia, vt

inquit D. Thom. in 4. ſent. d. 18. q. 2. a. 5. q. 2. Cenſura eſt pœna, quæ applicatur inuito reo, ergo eo inuito tolli poteſt.

21 Ad hoc, vt abſolutio ſit iuſta iuſtitia commutatiua requiritur, vt pars prius ſit ſatisfacta, vel ſaltem, vt prius abſoluendus det cautionem de ſatisfaciendo parti, vel ad minus iuret de facienda ſatisfactione. Tum quia, ſi id non fiat, non ſeruatur æqualitas inter culpam, & pœnam, cum remaneret culpa, & tolleretur pœna. Tum etiam quia id præcipitur in cap. cum deſideres de ſent. excom. vbi gloſ. in verbo prætium, & in verſ. niſi formæ, & Sylu. verb. abſolutio, 5.

22 Quoties conditor canonis non reſeruat abſolutionem cenſuræ, ſtatim Epiſcopis conceſſiſſe videtur, cap. nuper de ſent. excomm. Suar. de cenſ. diſp. 7. ſect. 3. cum in his ergo n. 5.

23 Papa omnes Chriſtianos cenſura ligatos, Prælatus Ordinis omnes Regulares ab inferioribus Prælatis ligatos abſoluere poteſt, verbi gratia Prouincialis, quos Guardianus excommunicauit. At Archiepiſcopus ligatos cenſura Epiſcopi abſoluere non poteſt, niſi ad ipſum appellatum ſit, & tunc vocatis partibus, & cognita cauſa. Sylu. verb. abſolutio 2. Auila de cenſur. p. 2. c. 7. diſp. 1. dub. 11. Suar. de cenſ. diſp. 7. ſect. 1. n. 18.

24 Cenſuras non poteſt Iudex imponere per actus interiores, vt dicendo intra ſe. Volo, vt qui commiſerit tale delictum, ſit excommunicatus. Auila de cenſ. 1. p. dub. 12.

25 Vnus quiſque abſolui poteſt à Cen-

ſura iure communi lata, & non reſeruata ab Epiſcopo illius Diœceſis, in qua habet domicilium, non ſolum, ſi delictum in eadem Diœceſi commiſit, ſed vbicunque deliquerit: & cenſuram contraxit. Suar. tom. 3. de cenſ. diſp. 7. ſect. 3. §. ex his ergo.

26 Domicilium acquiritur per quamcunque modicam manſionem in loco animo ibi perpetuo manendi factam, adeo vt poſſit ab Ordinario loci, vel ab alio de eius licentia ordinari. Nau. conſ. 2. n. 2.

27 Epiſcopus non poteſt committere mere laico, vt cenſuras ferat: Papa autem ſic. Sylu. excom. 1. n 6. Nau. c. 27 ſum. n. 6.

28 Quamuis in generali ſuſpenſione, & Interdictio non comprehendantur Epiſcopi propter periculum regiminis Eccleſiaſtici. cap. quia periculoſum de ſent. excom. in 6. & idem dicendum de Cardinali Nau. de datis, & promiſſis not. 6. n. 11. tamen in generali excommunicatione tam Epiſcopus, quam Cardinalis comprehenduntur. Sayr. l. 1. c. 8. n 4.

29 De eſſentia formæ cenſuræ tam Iuris, quam hominis non eſt neceſſarium neque verbum, neque ſcriptum; ſed poteſt ferri nutibus. Quoniam in iure diuino. Matth. 16. præſcinditur à ſcriptura, & à verbis, dum dicitur. Quodcunque ligaueris ſuper terram. Et iure etiam poſitiuo; ergo ſufficit ad ferendam cenſuram, ſi Iudex nutibus alteri ſufficienter exprimat voluntatem ſuam de ferenda ſententia, quod fieri poteſt altero interrogante, an vellet alium cenſura ligare, & in

qua ſpecie, & ipſo Iudice annuente, & nutibus mandante ita ſcribi,& intimari. Suar.to.5. de cenſ.diſp.3.ſect.6.n.4. Raſtell.de cenſ.in genere. q.3.a 1.n.5.

30 Nulla Cenſura incurritur quando forma cenſuræ fertur ſub diſiunctione v. g. Qui nocte tulerit arma, ſit excommunicatus, vel ſuſpenſus. Aut ita. Clericus, qui detulerit comam, ſit ſuſpenſus ab officio, vel beneficio. Quia verba, quæ non ſunt determinata ad aliquam particularem cenſuram, nihil operantur: non enim poſſunt operari effectum in genere. Tum quia non eſt maior ratio cur potius vna cenſura incurratur, quam alia, aut cur verba de vno potius effectu, quam de alio intelligantur. Nau. ſum.c.27.n.161. Sayr.l.4.de cenſ.diſp. 3. contra Suar. l. 4. de cenſ.diſp. 3. ſect. 2.n.12. & Raſtell. de cenſ.in gener. q.3. ar. 1. num. 9.

31 Cenſura lata per modum ſtatuti non ligat ſubditos exiſtentes in alieno territorio. Quia Epiſcopus, ſiue quilibet ſuperior non habet iuriſdictionem obligandi per ſtatutum ſuos ſubditos in alieno territorio exiſtentes, modo re vera exiſtant extra territorium, & ſimul etiam res, circa quam delinquunt ſit extra territorium. Vnde ſubditus Epiſcopi non ligatur pœna ſtatuti prohibentis ſub pœna excommunicationis ne quis tali tempore vadat de nocte. Quia ſtatutum Superioris ſicut limites ſuos habet, quoad perſonas, ita etiam quoad loca, & territorium limitatur. Tum quia Bonifacius VIII. in cap. vt animarum de conſtit. in 6. hoc formaliter aſſerit.

ſeriti. Ita etiam Sot. in 4. diſt. 22. q. 2. n. 1. Sayr. l. 1. de cenſ. c. 7. n. 10. Sylu. ver. excom. 2. n. 9.

32 Vnde ſi Epiſcopus ſtatutum ferat, vt qui aleis ludit, ipſo facto ſit excommunicatus, ſi ſubditus eius in loco exempto ludat aleis, in excommunicationem latam per modum ſtatuti contra ludentes aleis, non incidit. Quia locus extra Diœceſim, & locus exemptus æquiparantur. Sylu. verb. excom. 2. nu. 12. ergo ſi ſtatutum ſub pœna alicuius cenſuræ non ligat ſubditum delinquentem extra territorium, neque ligabit eum, ſi delinquat in loco exempto. Sayr. l. 1. de cenſ. cap. 7. num. 4.

33 Loca exempta à Iuriſdictione Epiſcopi ſunt Eccleſiæ, & Monaſteria Religioſorum maxime Mendicantium. Sylu. ver. excom. 2. n. 12. Lopez. Tabien. Sayr. Candidus de cenſ. diſp. 22. a. 26. dub. 4.

34 Vnde ſi Epiſcopus per ſtatutum excommunicet ludentes aleis, ſubditus in Eccleſia, vel Monaſterijs Religioſorum ludens aleis, non comprehenditur. Quia Eccleſia, & Monaſteria Religioſorum Mendicantium ſunt proprie loca exempta, & quoad perſonas, & quoad loca, cum nullam iuriſdictionem, vel poteſtatem habeant Epiſcopi in illis.

35 Cenſura aliquando eſt latæ ſententiæ, aliquando ferendæ, latæ ſententiæ eſt quando eo ipſo, quo quis tranſgreditur præceptũ Eccleſiæ, ligatur cenſura, non expectata alia ſententia. Gloſ. in cap. quam ſit vere, eo ipſo de elect. in 6. Cenſura ferendæ ſententiæ eſt illa, quando eo ipſo, quo quis tranſgreditur

tur præceptum Eccleſiæ, non ligatur cenſura, ſed expectatur ſententia ferenda, gloſ. 1. in cap. in pœnis, de reg. iur. in 6.

Prima Regula. Quando in forma cenſuræ apponitur vna ex his particulis, ipſo iure, ipſo facto, latæ ſententiæ, eo ipſo, ſtatim, mox, & huiuſmodi, eſt latæ ſententiæ gloſ. in cap. Quicunque §. inhibemus in ver. innodetur de reg. iur. in 6. huiuſmodi enim particulæ ſignificant, quod eo ipſo, quo quis Eccleſiaſticum transgreditur præceptum, ligatur cenſura.

Secunda regula. Quando in forma tum iuris, tum hominis apponitur applicatio cenſuræ per verbum præſens modi indicatiui, eſt latæ ſententiæ quoniam huiuſmodi verbum ſtatim ligat præcepti Eccleſiaſtici tranſgreſſorem. gloſ. in cap. vnico in ver. cum anathemate de ſagittarijs.

Tertia regula. Quando in forma applicatur Cenſura per nomen adiectiuum cum verbo ſubſtantiuo ſignificante factum, vt ſit excommunicatus, eſt latæ ſententiæ. Clem. 1. de pœnit. quoniam Verbum, ſit, eſt præſentis temporis modi Imperatiui.

Quarta regula. Quando in forma apponitur applicatio cenſuræ per Imperatiuum verbi ſignificantis actionem, vt excommunicationi ſubiaceat: eſt latæ ſententiæ cap. vnico in fine de iniur. in 6. quoniam huiuſmodi imperatiuum ſignificat, quod eo ipſo, quod tranſgreditur præceptũ, imponitur vinculũ.

36 Quoad ferendam vero ſententiam ſit Prima regula. Quando in forma applicatur cenſura

cenſura per verbum futurum, vt excommunicabo, eſt ferendæ ſententiæ, d. gloſ in d. cap. in pœnis. Quoniam futurum ſuſpendit applicationem de præſenti tempore tranſgreſſionis.

Secunda regula. Quando in forma ſit præceptum ſub pœna cenſuræ, vt nemo percutiat ſub Pœna excommunicationis; eſt ferendæ, gloſ. in cap. Salonitanæ in verb. ſub excommunicationis diſt. 62. Quia pœna cenſuræ præſcindit a lata, & ferenda: ergo capitur in mitiori ſignificatione, quæ eſt ferendæ ſententiæ d. cap. in pœnis.

Tertia regula. Quando in forma ponitur applicatio cenſurę per verbum ſimilitudinis, vt ſicut excommunicatus vitatur, eſt ferendæ ſententiæ. Abb. in cap. ſuper ſpecula not. 2. ne cleric. vel mon. Similitudo enim excommunicationis non eſt excommunicatio.

Quarta regula. Quando in forma applicatur Indignatio Omnipotentis Dei, & B. Petri, & Pauli, eſt ferendæ ſententiæ. Felin. in cap. veniens n. 1. de præſcript. Sicut enim benedictio Papæ non eſt abſolutio à cẽſura. Clem. fin. de ſent. excom. Ita nec maledictio impoſita, per indignationem huiuſmodi eſt cenſura latæ ſententiæ.

37 Cenſuram nemo incurrit ante annum decimum. Sot. d. 12 q. 1. a. 11. vbi dicit pueros Eccleſiæ legibus non vinciri ante annum decimum, & Vol. tom. 4. d. 7. q. 9 p. 4. Vide Confeſſ. 3. contra Sot. Azor. l. 7. c. 40. q 6. Pueri ante ſeptennium non ligantur Eccleſiæ legibus. Sà ver. puer. n. 1.

38 Cen-

38 Cenſura aliqua irretitus, etiam Irregularitatis ex homicidio, vel excommunicatione aut ſuſpenſione, poteſt celebrare, ne alioqui infametur. Vict: de excom.n.13. Lopez p.2.c.93.in fine.Nau.c 21 n 239. Nam lex naturalis de tuenda fama potior eſt lege humana.

39 Si Cenſura Papalis concurrat cum Epiſcopali, ſublata Papali cenſetur attento iure communi ſublata Epiſcopalis. Nau.c.27. ſum. n.261.

40 Cenſura nunquam infligenda eſt propter peccatum mere præteritum, ideſt, quod penitus ceſſauit, nullamque præſentem contumaciam, ſiue inobedientiam coniunctam habet tametſi aliquando grauiſſimum ſit, vt blaſphemia, ſodomia, &c. eſt communis doctrina, vt habetur in cap. ex parte.

41 Quod vero attinet ad cenſuras, quæ à iure, vel per ſententiam generalem ſtatuuntur ipſo facto incurrendæ ita, vt alia deinde iudicis condemnatione opus non ſit, eas manifeſtum eſt pro culpis mere præteritis, aut emendatis ferri non poſſe. Sed in hunc modum. Qui talem crimen admiſerit, vel qui pro tali admiſſo crimine intra menſem non ſatisfecerit, excommunicatus eſt. Layman.de cenſ. c. 5. n.3.

Cenſuræ violatio, reddit irregularem. Vide Violatio Cenſuræ.

Ceſſa-

Ceſſatio à diuinis non eſt Cenſura.

1 CEſſatio à diuinis eſt ſimplex prohibitio, qua miniſtri Eccleſię prohibentur perſoluere diuina officia, miniſtrare Sacramenta, & ſepelire laicos in loco ſacro. Sayr. de cenſ. tom. 5, c. 17. n. 2.

2 Ceſſatio à diuinis non eſt Cenſura quia ceſſatio fertur per modum ſimplicis prohibitionis; Cenſura vero eſt veluti quoddam accidens morale efficiens, & quaſi ligans ſubiectum, in quo lata eſt cenſura. Bonac. tom. 1. tract. de cenſ. diſp 6. p. 1. n. 2. Rodriq. tom. 2. quæſt. reg. q. 115. a. 2.

Ceſſatio à diuinis quando imponitur.

1 CEſſatio à diuinis non pertinet, niſi ad Epiſcopum, & ad Capitulum Sede vacante: Tolet. l. 1. ſum. cap. 56. n. 2. Suar. de Cenſur. diſp. 39. ſect. 4. A iure nunquam ponitur, ſed permittitur imponi. cap. irrefragabili de offic. ordin.

2 Cauſa propter quam ceſſatio indici poteſt debet eſſe delictum grauiſſimum, publicum, & contumaciter perſeuerans aduerſus commune bonum Eccleſiæ.

3 Forma, & conditiones, quæ in ceſſatione ponenda ſeruari debent præſcribitur in l. 5. Canonici de offic. ordin. in 6. & apud Sylu. verb. ceſſatio in diuinis. q. 1. & apud Suar. vbi quinta.

4 Epiſcopus ſine irregularitatis, & peccati nota durante ceſſatione à diuinis celebrare poteſt in Eccleſia, vbi ea poſita eſt, Tabien. ver-

ver. Interdictum 1. num. 7. verb. 6. Sayr. l. 3. cap. 19. num. 5.

5 Epiſcopus tempore ceſſationis à diuinis non poteſt ordines conferre, niſi in caſu neceſſitatis quando deficerent Sacerdotes, qui ſacramenta neceſſaria hoc tempore miniſtrarent. Sayr. ſupra n. 11.

6 Epiſcopus; ſi abſque legitima cauſa ceſſationem imponit, debet condemnari ad intereſſe totum, quod Canonici, qui parati erant aſſiſtere officijs, perdiderunt, & ſimiliter ad id, quod Eccleſia, in qua ceſſatum eſt, perdidit. Si vero iniuſtè ceſſauit, tunc oppoſita pars, contra quam ceſſatum eſt, debet ad idem condemnari d. c. ſi canonici, de offic. ord. in 6. Conſole. Sayr. & Tolet. vbi quinta.

7 Epiſcopus, qui poſuit ceſſationem, poteſt eam omnino (quoad omnes effectus) ad tempus ſuſpendere, non tamen quoad vnum effectum, & relinquere illam in ſuo robore quoad alios effectus. Hinc eſt non poſſe alicui concedere, quod occulte celebret, vel audiat officia, durante ceſſatione. Auil. de cenſ p. 6. d. 5. dub. vlt.

8 Eo tempore prohibetur Euchariſtia, niſi per modum Viatici detur Hebriq. l. 3. ver. Interdictum cap. ſi. Item prohibetur etiam Sacerdotibus extrema vnctio. Idem cap. 53. Item ſepultura ecc. Tol. & Henriq ibi loc. cit.

Chiragra quando inducit irregularitatem. Vide Podagra.

Chirurgus Clericus quando eſt irregularis. Vide Omiſſio.

1 IRregularitas eſt contra Clericum ſacris initiatum, aut beneficiatum, qui Chirugiam exercet per inciſionem, aut aduſtionem morte ſequuta, etiam adhibita omni diligentia, vel membrum alicui propter ſanitatem abſcindit, etiam ſi ſit peritus in arte, quia id eſt illi prohibitum, niſi fiat pietatis cauſa, & non propter quæſtum, præſertim, ſi neceſſitate vrgente alius non reperitur, vel ad hoc dat conſilium, aut fauorem, ſi eſt in arte peritus, & neceſſitas vrget. Auil. p. 7. diſput. 5. ſect. 1. d 2. & 10.

Chriſtianos captiuos apud Turcas capiens eſt excommunicatus.

1 EXcommunicatio eſt contra omnes, qui in ſeruos capiunt Chriſtianos captiuos apud Turcas, & reſeruatur Papæ, niſi poſtquam illos cæperint, libere abire permittant vna cum liberis, coniugibus, & bonis extr. 56. licet Pij V.

Chriſtiani remigantes in Turcarum triremibus quando ſunt excommunicati. Vide Remigantes.

Citatio

Citatio perſonalis quando eſt neceſſaria ad excommunicationem. Vide excommunicatio num. 15.

Ciuitas non poteſt excommunicari. Vide excommunicatio num. 26.

Clauſuram monialium violantes ſunt excommunicati. Vide Monaſterium.

1 EXcommunicatio eſt contra violantes Clauſuram monialium ad malum finem. Vide declarationem Decreti Congregationis Cardin. relatam à Quaranta. verb. caſus, & reſeruatur Papæ.

2 Eamdem excommunicationem contrahunt primo omnes vtriuſque ſexus ingredientes Monaſteria monialium tam ſub prætextu licentiarum, ſibi à Sede Apoſtolica conceſſarum, quam ſine eo, vt in Bulla Regularum Pij V. & dubijs, ac vbi gratiæ. Gregor. XIII. aſſerit Nau. quam confirmauit, & ampliauit Paulus V. extr. 84. Monialium ſtaſtatut. & extr. Regularium 22. Pij V.

3 Contrahunt ſimilem Papalem excommunicationem ij, qui vtuntur dictis licentijs, & religioſæ perſonæ eos recipientes.

4 Omnes etiam vtriuſque ſexus dicta monaſteria ingredientes extra neceſſitatē etiam cum licentia Ordinariorum. extr. vbi gratia.

5 Ex-

5 Excommunicatio eſt contra Moniales egredientes de Clauſura, & reſeruatur Papæ Pij V. ann.569. excipitur cauſa incendij, lepræ, epidimiæ de conſenſu Epiſcopi, & in ſcriptis approbata, & ad tempus. ibid.

6 Monialis,quæ extra ianuam clauſuræ limites terminantem ambobus pedibus ſe tranſtulit ad vnum, vel duos palmos, non peccat mortaliter propter paruitatem materiæ Graf. deciſ. p.1.l.4.c.23. n.25. & de caſ. reſer. c.5. n.44. & Naldus in Sum. ver. clauſura num.4. Item ratione paruitatis materiæ à mortali excuſatur monialis, ſi ſub oſtio clauſuræ exiſtat vno pede extra ianuam extenſo, & altero intra ianuam retento. Sanchez in ſum. tom.2. l.6.c.16.n.70. Bonac q 1.pun 7.n.7.

7 Concedentes licentiam exeundi ſine cauſa, comitantes, recipientes ſubijciuntur prædictæ pœnæ cum priuatione dignitatum officiorum, inhabilitate, & alijs Pius V. ibid.

8 Nemini licet ingredi ſepta Monaſterij Monialium ſine Epiſcopi,vel Superioris licentia in ſcriptis obtenta ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda. Trid.ſeſſ.25. cap. 5.

9 Ingrediens monialium Monaſteria cum licentia, ſi tamen finito miniſterio multo ſpatio ibi moretur ob malum finem, non ſolum peccat mortaliter, ſed etiam incurrit in excommunicationem latam Gregorij XIII. Bonac. de clauſ tom.1. q.4.pun 4. n.22. Merolla in diſp.Theol.moral.to.1,diſp 1. diff 7. n. 498. Sed contrariam ſententiam probabiliorem, & tutam in praxi tenet Sanchez in ſum.

ſum. tom. 2. l. 6. c. 16. n. 69. Dian. tract. 2. dub. regol. reſol. 62. Zerola. in prax. verb. monialis ad 8 quæſitum.

10 Pueri, & puellæ cuiuſuis minimæ ætatis non poſſunt admitti intra ſepta monialiũ Congr. Epiſc. 12. Febrarij 1585. relata à Gauāte in manual. Epiſ. ver. Monialiũ. clauſ. n. 31.

11 Sub prædicto motu Gregorij XIII. & prohibitione Concilij Tridentini non comprehenduntur Reges, Reginæ, & Cardinales, licet contrarium aſſerat Merolla, vbi ſupra conſtitutionem pœnalis non comprehendit perſonas ſupradictas tam inſignes.

12 Epiſcopus non poteſt dare licentiam, vt nupta intret in Monaſterium ob periculum vitæ. Portell. in add. ad dub. regul. verb. clauſam monial. nu. 2. quam vide apud Dianam tract. 2 dub. reg. reſol. 130. Rodriq. in compend. 99. regol. reſol. 27. n. 15.

13 Licet licentia ad ingrediendum ſepta Monaſterij per Decretum Concilij Tridentini in ſcriptis obtenta requiratur, hoc quo ad forum exterius intelligitur, nam in interiori animæ foro, in quo veritas attenditur, ſufficit, vt conſenſus iure naturali requiſitus interueniat; ſufficit ergo, vt ſit oretenus conceſſa. Dian. ibid. reſol. 129. Bellochius in prax. Theol. monal. punt. 2. q. 9. n. 162. & alij.

14 Quibus cura eſt monialium non poſſunt ingredi, niſi in caſibus neceſſarijs cum paucis ſenioribus, & religioſis viris Greg. XIII. an. 1582. ſub pœna Epiſcopis prima vice interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ; tum à munere pontificali, tum excommunicationis ipſo facto

ĉto non reſeruatæ, ibid. alijs autem excommunicationis,& alijs pœnis: idem aun.1575. & eſt reſeruata abſolutio.

14 Moniales prȩſumentes admittere alienos ſi ne licentia,vel cauſa,vt ſupra ſubijciuntur pœnis excommunicationis reſeruatæ, & alijs Greg. vbi ſupra anno 1575.

15 Neceſſitas ingrediendi in monaſteria monialium non eſt ſumenda metaphyſico modo, ideſt, vt ſit extrema, ſeu ſtrictiſſima, ſed ſatis eſt neceſſitas moralis. Quia cura hoc præceptum ſit Eccleſiaſticum, inſtar aliorum eccleſiaſticorum accipiendum eſt, & reliqua eccleſiaſtica tantum neceſsitatem moralem ad excuſandum transgreſſionem petunt. Sanchez. l.6.c.16.n.4.

16 Eritque cauſa moraliter neceſſaria quando miniſterium exercendum concernit moralem Cænobij neceſsitatem, nec per moniales commodȩ exerceri poteſt, nec abſque Monaſterij ingreſſu. Secus ſi per illas poſsit exerceri, vel abſque Monaſterij ingreſſu. Idē.

17 Ideo licet ingreſſus baiulorum ad introducenda in Monaſterium neceſſaria illi, quando nimis oneroſa eſſent, ac proinde per moniales intromitti commode nequeunt. Quod maiori ex parte delicatæ ſunt, nec his oneribus aſſuetæ.

18 Huiuſmodi vero excommunicatio ligat moniales,quæ mulieres inſanas, aut viros mente captos in Monaſterium intromittunt. Ita Nau. cap. ſtatuimus 19. q. 3. n.39. & in man.c.25.n.143. colligitque rationem ex ipſa mente Concilij,quæ fuit monaſteria ſacroſancta,

ſancta, & intacta à laica gente conſeruare, quæ non leuiter laicorum veſtigijs fædantur.

19 Licentiæ Papales reuocatæ ſunt poſtremo à Paulo V. ingrediendi monaſteria, conuerſandi, & cibum ſumendi, ſub pœna excommunicationis reſeruatæ Papæ.

20 Recuſantes viſitari poſſunt excommunicari tanquam impedientes iuriſdictionem Epiſcopi, imo excommunicantur in Bulla Cœnæ. Fuſcus de viſit. l.2.a.19. n.15.

21 Omnes magiſtratus ſæculares, qui non præbent auxilium inuocatum ab Epiſcopo ad reſtituendam, vel ad coſeruandam clauſuram monialium, & ad compeſcendum pœnis inobedientes, vel contradictores talis clauſuræ ipſo facto excõmunicantur. Trid. ſeſſ. 25. c. 1.

22 Non licet Epiſcopis, vel permittere, vel licentiam concedere mulieribus, vt ex cauſa litium matrimonialium, adulteriorum, ac diſſentionum inter viros, & vxores apud Monaſteria Monialium ſequeſtrentur ſecuritatis gratia, imò ingredientes incidunt excõmunicationem à Concilio impoſitam Portel in add. ad dubia reg. ver. Clauſura Monialium n. 2. ex declaratione Cardinalium facta Epiſcopo Salmantino. Hyer. Rodriquez in comp. 99. reg. reſol. 26. n. 15.

20 Non poſſunt moniales quacunque occaſione transferri de Monaſterio ad Monaſterium ſine ſpeciali licentia Sedis Apoſtolicæ, toties, quoties obtinenda, neque ratione Prioratus; vel alterius officij, ex Decreto Pauli V. publicato à S. Cong. Epiſ. & Reg. die 22. Decembris 1617. ac intimato Procuratoribus

curatoribus Generalibus Ordinum, vt notat Caſtellinus tract. de elect.c.17.num.5 Diana tract 2. dub reg reſol 99.

24 Iuſte concedi poteſt moniali infirmæ licentia, vt monaſterio exeat cauſa medendi morbo periculoſo,ita,vt eius ſalus deſperetur ea non egreſſa: tum quia credendum non eſt Summos Pontifices cum tanto diſpendio voluiſſe moniales ad clauſuram obligare: tum quia leges Eccleſiaſticæ non obligant cum tanto periculo: tum quia quod pro charitate inuentum eſt, contra illam retorqueri non debet, & tandem quia defenſio naturalis nemini tollenda eſt: Dian-dub.reg. reſol. 105.

25 Monialis ſupra tecti Monaſterij regulas aſcendens clauſuram violare non dicitur dummodo locus ille, ad quem peruenit, non ſit extra clauſuram Monaſterij, ſed perpendiculariter illam reſpiciat. Lopez de Texeda. in contr.moral. to.1 l. 2 contr. 14.dub.8 n.9. Quod confirmatus doctrina Doctorum aſſerentium communiter, quod, qui iuuentus eſt ſuper regulas Eccleſiæ, dicitur iuuentus in ipſa Eccleſia, & ideo gaudet immunitate. Dian. 5. p.tract.c-3.Miſcell.7.reſ.88.

26 *Si Epiſcopus* per ſtatutum ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ præcipiat in generali, ne quis Monaſteria Monialium ingrediatur, adiens portam, vel ingrediens Eccleſiam monialium non ligatur excommunicatione. Quia nomine Monaſterij, vt dicit Nicolaus III. in cap.exijt de verb. ſig in 6. intelligitur Clauſtrum, domus, officinæ interiores, ergo ingrediens portam, vel Eccleſiam

 non

non-incideret in excommunicationem. Tabien. excom. 4. §. 4.

27 Si vero Epiſcopus condens ſtatutum non ſolum ingreſſum in Monaſterium, ſed etiam acceſſum ad illud prohiberet, tunc ſubditus adiens portam monaſterij, & intrans Monialium Eccleſias incideret in excommunicationem latam per ſtatutum. Quia omnia iſta ſunt de integritate Monaſterij quod prohibetur adiri. Sylu. excom. 2. n. 13.

Claudus quando eſt irregularis.

1 Siquis ita cruribus, vel pedibus careat vt nullo modo accedere poſſit ad altare, iure naturali impeditus eſt. Item ſi nullo modo pedibus ſuis ſtare poteſt, iure naturali impeditus eſt: Si vero ſtare poteſt, aut accedere ad Altare, & ita claudus natus eſt, vel ſine culpa ſua ſic factus eſt, ſi non pariat notabilem deformitatem, ex cauſa vrgenti diſpenſari poteſt, dummodo talis ſit defectus, vt ſine baculo, aut ligneo pede ad altare accedere queat. Si enim altaris ſcalas per ſe aſcendere nequeat, irregularis eſt, cap. Nullus Epiſcopus, de cenſur. diſt. 1. & ibi gloſ. in ver. cum baculo, & idem gloſ. in cap. Siquis infirmitate diſt. 15.

2 Non ſunt tamen irregulares ij, qui habent crura diſtorta, cum veſtibus tale corporis vitium commode tegi poſſit: Sayr. l. 6. cap. 8. num. 23.

Cle-

Clericus hæreticus eſt irregularis.

1 IRregularitas ab omni ſpe ſuſcipiendi ſuperiores Ordines eſt contra Clericum hæreticum publicum, vel occultum; qui ab hæreſi reuertitur ad Eccleſiam per illius deteſtationem, veramque pœnitentiam, & abſolutionem, & reſeruatur Papæ: In ſuſceptis vero poſſunt cum eo inquiſitores diſpenſare per Bullam Clementis VIII. idemque dicendũ de Apoſtatis, Schiſmaticis, fautoribus &c. hæreticorum, Suar. diſp. 43. ſect. 1. & 2.

Clericus degradatus eſt irregularis. Vide Degradatus.

Clericus male promotus eſt irregularis.

1 IRregularitas eſt contra Clericum, ſine diſpenſatione canonica, aut legitima licentia miniſtrantem in ſacro Ordine ſuſcepto ante legitimam ætatem, vel extra tempore, aut abſque dimiſſorijs litteris. Extr. cum ex ſacrorum. Pij II.

Clericus aſſaſſinij reus quando ſubijcitur poteſtati ſæculari. Vide aſſaſſinium.

Clericus aleator. Vide ludus.

Clericus elector quãdo eſt ſuſpenſus.

1 SVſpenſio eſt ab officio, & beneficio contra Clericos electores aliquem eligẽtes ad dignitatem Eccleſiaſticam per abuſum poteſtatis ſæcularis, vt ſi in tali electione admittunt laicos voluntarie, eorumque poteſtates, per quas in ea aliquod munus exercetur &c. & reſeruatur Papæ, vt gloſ. Innoc. & Abb. teſtantur in cap. 43. quiſquis elector.

Clericus concubinarius eſt ſuſpenſus.

1 SVſpenſio abſolute poſita eſt contra Clericos notorios concubinarios, ſeu fornicarios, & reſeruatur Epiſcopo. Nau. c. 25. n. 76 Sed ſatius eſt huiuſmodi diſpenſationem eſſe à Papa obtinendam conſulit Couar. in cap. ſi furioſus p. 1. §. 1. num. 5. & quamuis tales notorij concubinarij non ſint ipſo Iure ſuſpenſi per Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 14. de refor. tamen per Congregationem Cardinalium ſuper illa verba Concilij (Clericos vere &c.) declaratio ſic habet. Sed Clerici concubinarij notorij ſunt ipſo iure hodie ſuſpenſi à diuinis, prout in veteri iure ſunt. Can. Siquis ſunt 81. diſt. Nau. loc. cit. Et hoc ſiue ſit notorium iuris, ſiue facti. Dicitur autem Notorinm Iuris, cum quis confitetur in Iudicio, vel. Conuincitur de crimine. Notorium vero facti eſt, cum crimen in populo ita manifeſtum eſt, quod nulla poſſit tergi-

tergiuerſatione celari. Differunt concubinarius, & fornicator. Concubinarius enim eſt, qui abutitur certa aliqua fæmina, ſiue ſoluta, ſiue non ſoluta, tenendo illam ad Venerem modo vxorio. Fornicator vero eſt, qui vagatur abutens hac, vel illa, & quantum ad ſuſpenſionem eſt eadem ratio vtriuſque. Sylu. verb concubin. Et meritò, nam hoc peccatum carnis habet maiorem à deuotione elongationem, & irreuerentiam reſpectu ſacramentorum ſpiritualium.

2 Et ideo S. Gregorius Qui poſt acceptum ſacrum Ordinem lapſus in peccatum carnis fuerit, ſacro Ordine ita careat, vt ad Altaris miniſterium non accedat.

3 Et Innocentius Tertius. Qui nocte Venerem amplexantur, mane vero Virginem venerantur, turpe dictu, ſed turpiſſimum actu. Dici liceat, quod agi non libeat. Nocte filium Veneris agitant in cubiculis, mane vero filium Virginis offerunt in altari. Et S. Auguſtinus. Plus placet Deo latratus canuum, rugitus bouum, grunnitus porcorum, quam cantus clericorum luxuriantium.

4 Et S Hieronymus. Heu domine mi, quid dicam? quot hodie Sacerdotes te commedunt in altari, vt carnes pecudum, & volucrum? Imo peius; nam nocte fruuntur mulierum actu turpiſsimo, & te mane maſticando commedunt. Vbi domine latitas? dormis ne, an vigilas? exaudi preces eorum de cælo? ideſt, non exaudies. Vere, ſi tale velles ſacrificium, & mendax fieres, & ſocius peccatorum. Dic mihi Sacerdos quando cum his la-

bijs, quibus oſculatus es filium hominis, ideſt, Chriſtum in Sacramento altaris, oſcularis labia meretricis? Oh Iuda filium hominis tradis? ideſt, ſimilis es ei. Et alibi Clericus aut cæteris honeſtior, aut laicorum fabula.
Tãgere, qui gaudes meretricẽ quid miſer audes?
Pollutis palmis Regem tractare ſalutis?

Clericus adulter quando eſt irregularis. Vide Adulter

Clericus homicida quando eſt irregularis. Vide Homicidium.

Clericus ſodomita quando eſt ſuſpenſus.

1 SVſpenſio ab officio, & beneficio eſt contra Clericum ſæcularem, vel regularem ſodomiæ crimen exercentem, etiam occultè, qua ſuſpenſione durante, ſi celebret, fit irregularis, extr. 70. Pij V. con l. cit. n. 6. Vnde qui talem nefandum actum ſemel, aut iterum patrat, non incurrit hanc ſuſpenſionem; quia verbum, exercentem, indicat exercitium, & frequentiam illius actus, quod per induſtriam fuiſſe in d. extr. poſitum aſſerit Suar. diſp. 31. ſect. 4. n. 21. & ſeq. Per ſodomiam intellige coitum ſiue cum maſculo, ſiue cum fæmina extra vas naturale. Contra Azorium, & Caietanum, qui aſſerunt exercentem copulam contra naturam cum fæmina,

na, non committere ſodomiam; quia licet vas ſit contra naturam; non eſt tamen peccatum ſodomiticum; quia ſodomia eſt concubitus, in quo non ſeruatur debitus ſexus, quæ ſententia eſt probabilis, Diana tract. 17. & 3. Miſcell. reſol. 61.

2 Requiritur etiam, vt copulam ſodomiticam conſument. Tunc dicitur conſumare copulam cum ſemen emittitur. Sayr. l. 7. cap. 12. num. 23. Nau. cap. 27. num. 50. Dian. loc. cit. reſol. 63.

3 Clericus ſodomita occultus non eſt ſuſpenſus, & ſi celebret non eſt irregularis, Dian. loc. cit. reſol. 69. vbi alij.

4 Quicunque Clerici illa incontinentia, quę contra naturam eſt (per quam ira Dei venit in filios diffidentiæ, & quinque Ciuitates igne conſumpſit) deprehenſi fuerint laborare, deijciantur à Clero, vel ad agendam pœnitentiam in monaſterijs detrudantur. Alex. 3. de exceſ. Præl. c. Clerici.

Clamitat in Calũ vox sãguinis, & ſodomorum. Vox oppreſſorum, merces remorata laborum.

In pœnas dictæ Bullæ incidunt Clericis tam agentes, quam patientes.

1 QVia tam Clericus agens, quam patiens dicitur ſodomiam perpetrare: Vnde iura pœnas infligentia contra ſodomitas loquuntur tam in agente, quam in patiente, l. cum vir. C. de adult. §. 1. in auth. vt non laxari, & recte quidem, non in correlatiuis

diſpoſitum in vno, cenſetur etiam diſpoſitum in alio ex illis. Dian. miſcell. 3. reſol. 64. vbi alij.

Clericus non incurrit in pœnas ſupra dictæ Bullæ Pij V. ſi habeat rem cum muliere in vaſe præpoſtero.

1 RAtio eſt, quia ſodomia eſt peccatum contra ſexum, & debitum inſtrumentum ſed quando aliquis præpoſtere cognoſcit mulierem, ſi non ſeruat debitum vas, ſeruat tamen ſexum: ergo non commiſsit propria ſodomiam. Ita docet D. Th. 2. 2. q. 154. a. 11, cum Caiet. & multi alij apud Dianam. tract. 3. Miſcell. reſol. 62.

2 Iſtius Criminis rei filij diffidentiæ appellantur; quaſi de eorum ſalute diffidendum ſit, vt voluit ibi gloſ. Et propter hoc crimen Deus Opt. Max. miſit humano generi peſtes, tempeſtates, & in auth. vt non lux.

3 Et peccatum hoc aliqui vocant mutum eo quod ſic offendat aures honeſtas vt de illo nec loqui quidem fas ſit, & ea ratione iuſtiſsime Hiſpani illud nefandum appellant, eo quod non eſt fandum, nec fari de eo liceat, & vſque adeo hoc vitium abominabile eſt, quod poſtquam Diabolus ad ſic peccandum hominem induxerit, ſtatim fugiat, vt nec poſsit cernere tam horrendum crimen. Matt. de Afflict. in Conſtit. Neap. l. 3. rub. 42. num. 11.

Cle-

Clericus negotiator quando eſt excommunicatus.

1 NEgotiatio, qua aliquid emitur, vt carius vendatur eſt Clericis interdicta ſub pœna excommunicationis, quando per ſe ipſos exercent eam cap. ſecundum: ne Clerici, vel Monaci. Item ſub pœna ſuſpenſionis, ac depoſitionis, can. ſequens 88. diſt. Vnde Raym.

Militis eſt domini vitare negotia ſæcli.

2 Clericis pauperibus, ac in aliqua neceſsitate conſtitutis licita eſt honeſta negotiatio habito reſpectu ad eorum conditionem. c. 1. ne cler. vel monac.

3 Clerici vero beneficiati, qui in ſacris non ſunt conſtituti eiuſmodi pœnis non dicuntur ſubiacere, ſi talia agent; quia mortaliter non peccant iuxta Sylu. verb. Clericus 3. q 3. quem refert, & ſequitur Molin. de contr. diſp 342. ante verſum Clerici autem.

4 Clericus non incidit in pœnam Clerici negotiatoris per vnius rei emptionem, vel venditionem, nam negotiator is dicitur, qui plures negotiationes exercet. Salced. in addit. ad Diaz in pract. crim. cap. 58. verſu & huius.

5 Neque ſi emit neceſſaria ad proprium ſuorumque vſum, & vendit ſuperflua, ex pretij magnitudine attrahatur ad vendendum, intelligens; ſe poſtea vilius poſſe emere res ſimiles. Molin de contr. diſp. 341. verſ. 2.

6 Neque ſi locet propria prædia. ac iu-

menta: emere tamen iumenta ſolum, vt ea locet, genus eſt negotiationis, & propterea illi illicitum, Molin. ſupra.

7 Neque ſi emat materiam, ex qua ipſe arte facta conficiat, vt ea vendat, Molin. ibid.

8 Neque ſi artificio aliquo vtatur, vnde aliquid lucretur ad vitæ ſubſtentationem, modo artificium turpe non ſit, neque officij Clericalis impeditium. Molin. ibid.

Tranſeat omnis inops opus adrurale ſacerdos.

9 Neque ſi animalia in proprijs agris nutriat, vt eum creuerint, aut partus ediderint: illa, eorumque fructus vendat: Item ſi mulam aut aliquod inmeatum vt cum creuerit, & ſimul inſeruietit carius illud vendat. De Clerico negotiatore vide D. Hieronymum ad Nepotianum, vbi inter cætera inquit.

10 Ne lucra ſæculi in Chriſti quæras militia, nec plus habeas Sacerdos, quam cum Clericus eſſe cepiſti Negotiatorem Clericum, & ex inope diuitem factum, quaſi quandam peſtem fuge ignominia Sacerdotum eſt proprijs ſtudere diuitiis. Et Aug. ſer. 20. Clericus mercimoniam exercens, interceſsiones vendens, viduarum munera complectens, negotiator magis, quam Clericus eſt. Nemo militans Deo implicet ſe negotijs ſæcularibus, vt ei placeat, cui ſe probauit. Fornicare hominibus ſemper non licet negotiari vero aliquando licet, aliquando non licet, antequam enim Eccleſiaſticus quis ſit, licet ei negotiari, facto iam non licet. Et Bern. ſup Euang. ecce nos reliquimus. De altari, cui inſeruit viuat Clericus, viuat, non luxurietur, non ſuper-

ſuperbiat, non ditetur, non ex clericatu ditior fiat; non ſibi de bonis Eccleſiæ ampla palatia fabricet, nec loculis congreget, nec vanitate, nec ſuperfluitate diſpergat, nec extollat de facultatibus Eccleſiæ conſanguineos ſuos: & Gregorium d. 47. c. bonum. Bonorum auctori inhærere aliter non valemus, niſi cupiditatem à nobis (quæ omnium malorum radix eſt) abſcindamus.

Diuitijs vti res eſt aduerſa ſaluti.

Paucos crede bonos, quos beat æris honos.

11 Huius prohibitionis tres aſſignantur rationes: Prima quia finis eius lucrum eſt temporale, quod Clerici contemnere debent, & habentes alimenta, & quibus tegantur contenti eſſe debent, ait Paul. ad Th. c. 6.

12 Secunda quia rariſſime hæ profanæ, & ſæculares negotiationes abſque peccati labe exercentur, vnde pæriculoſæ ſunt valde. Ait enim ſapiens Eccleſ. 27. Duæ ſpeties difficiles & periculoſæ mihi apparuerunt. Difficile exuitur negotians à negligentia, & non iuſtificabitur caupo à peccatis labiorum.

13 Tertia eſt, quia huiuſmodi negotia homines retrahunt à ſpiritualibus, quibus incumbere peculiare eſt Clericorum, iuxta D. Pauli ſententiam. Nemo militans Deo implicet ſe negotijs ſæcularibus. Ad Gen. 2.

14 Non debet Epiſcopus permittere, vt Clerici lucri gratia maiora prædia cõducant, vt fructus vendant, & lucrentur, eſt enim ſpecies negotiationis. Molin. de cont. diſp. 342.

15 Debet ergo Clericus ſe ab omnibus prophanis emundare, vt ſit vas in honorem

ſanctificatum, & vtile domino ad omne opus bonum paratum. Negotiatores enim dominus ex templo verberatos expulſit. Io. 11. exercens enim artes mæchanicas, ignobilis reputatur, & vilis. Scribitur etiam Pſal. 70. Quia non cognoui negotiationes, ideſt, mercaturam, introibo in potentias domini, vix enim mercator ſinè mendacio, & periurio eſſe poteſt,

16 Clerici cultores agrorum ſuorum, ſeu conductores agrorum Eccleſiaſticorum, non debent moleſtari titulo negotiationis illicitæ. Cong. Epiſcop. 19. Ianuar. 1592. relata à Gauant, ver, Clericus n. 82. in Manual. Epiſcop.

Clerici bellantes quando poſſunt licite occidi. Vide bellantes.

Clericus bellando quando eſt Irregularis. Vide Bellantes.

Clericus prouocans alium addultum eſt ſuſpenſus. Vide Duellum.

Clericus Venator quando eſt irregularis. Vide Venator Clericus.

Clericus venator quando eſt ſuſpenſus. Vide Venator.

1 PResbyter in voluptate venandi ſæpius detentus, ſuſpenditur duobus menſibus;

bus; Diaconus vero ab omni officio ſuſpenditur, vt in cap.1. de Cler. venat. quæ pœna habuit originem à Concil. Aurel. d. quo in cap. Epiſcopum 34. d.

2 Subdiaconus præterea hoc delictum perpetrans eadem pœna, qua & Diaconus puniendus eſt ſecundum gloſ. in d. c.1. quod etiam tenet Hoſt. & Henriq.

3 Sed Clerici in minoribus conſtituti puniuntur arbitrariè. Hoſt. in d.c.1. & Io. Andr.

4 Quod ſi rariſſimè cauſa ſanitatis, recreationis, vel recuperandi appetitum venationibus vteretur Clericus, non eſſet prohibitum, nec quando cauſa neceſſitatis hoc feciſſet puta pro carnibus, vel pellibus habendis quas de facili habere non poſſet, vel quādo fructus ſui conſiſterent in venationibus, prout dicitur eſſe in Gallia. Abb in d. cap. 1. ponderans illa verba, ſæpius detentus; neceſſitatis cauſa licitam eſſe venationem tenet Sylu. ver. Venatio, & Hoſt. videlicet, ſi qui, Vrſi, vel aliæ feræ veniant vaſtare ſegetes, vel vineas clericorum. Ray. tract. 6. de vit. & hom. cler. c. 1.

Presbyteri debent populi peccata vorare,
Et ſua ſunt lacrima rorantes arma, preceſque.
Niſos, & accipitres, falcones, his inhibemus.
Non ſint clamoſi, bibuli, catulos non habebunt
Venantes, poſſunt opus exercere neceſſe.

5 Licitum eſt tamen Clericis priuatim venari omni ſopito clamore, retiaque tendere, in agris, & ſolitudine, quæ in nullius bonis eſt, ſeruata horarum, & Eccleſiæ honeſtate; ideo dicit Raym. ipſos poſſe retinere.

Rethia,

Retia, vel caſſes pictas ad aues capiendas;
Auritoſque ſequi ſiluis lepores, vel in agris,
Dummodo clamoſa non ſit venatio poſſunt
Piſcari licite piſcatio publica non ſit.
Sed priuata.

6 Piſcatores plures Sanctos comperimus, quia piſcatio ſine clamore ſit. Venatores vero nullos legimus, quoniam inſolentior eſt plerunque venatio.

7 Vnde S. Hier. in Pſal. 82. & pœnitus non inuenimus in ſcripturis ſanctis ſanctum aliquem venatorem, piſcatores inuenimus Sanctos.

8 Sed quare prohibetur venari, & non piſcari? quia forte piſcatio fit ſine clamore venatio non, vel quia maior eſt delectatio in venatione, dum enim quis eſt in venatione, nihil poteſt de diuinis cogitare.

9 Vel etiam quia piſcatio exempla habet Apoſtolorum, quos piſcatores Deus Opt. Max. ad ſe vocauit, & retia tendere iuſſit. Luc. 10. & cap. vlt.

10 Clericus dans operam venationi aprorum, ceruorum &c. ſi omni adhibita diligentia hominis cædes ſequatur, eſt irregularis. Caiet. 2. 2. q. 64. a. 8. Nau. c. 27. n. 237. Molin. tract. 3. diſp. 77. Angel. ver. homicidium 2. §. 13. Sed contrarium eſt probabilius, quod docet Couar. p. 2. §. 8. n. 10. Lotar, d. to. 5. ſect. 6. n. 14. Auil. diſp. 6. ſect. 1. dub. 1. Caſtro tom. 2. de leg. pœn. c. 14. Henriq. c. 15. n. 3. Quia per raro cum venatione coniuncta eſt hominis occiſio; quare neque ob tale periculum; ſed ob ſtatus honeſtatem Eccleſiaſticis

per-

perſonis venatio cum clamore, & armis prohibita eſt.

Clericus periurus deponitur, & in Monaſterium detruditur.

1 ITa cap. ſi Epiſcopus 56. diſt. Abb. in cap. 1. de Crim, falſ. Couarr. in c. quamuis p. 1. relat. §. 7. n. 6. de pactis l. 6. Vt ibi pœnitentiam tanti ſceleris agat.

Clerici nutrientes comam non ſunt excommunicati ipſo iure.

1 GRegorius IX. ſtatuit, quod ſiquis ex Clericis comam relaxauerit, anathema ſit, vt in C. ſi quis de vita, & hon. cler. Vbi gloſa dicit exponendum, ſit, id eſt, fiat. Non enim eſt excommunicatus ipſo iure 30. diſt. quaſi per totum.

2 Clericos nutrire comam Anicetus Papa prohibuit, vt in cap. prohibite 23. diſt. Comam equidem nutrire apud antiquos inter mollia, & delicata numerabantur, quæ viris præſertim Sacerdotibus minime conuenit. Et hoc fuit in cauſa aliquibus monachis capita radendi ſymbolum, quod contemnerent lautitiam, & ornatum, quorum gratia ante nutriebantur capilli. D. Aug. l. de oper. monach. Radimus caput relictis inferius in modum coronæ capillis: quia caput mentem ſignificet, capilli vero ſæculares cogitationes. Sicut

ergo

ergo caput mundatur ſuperius à capillis. ita mens noſtra dum ſuperiora, ideſt, cæleſtia cogitat à ſæcularibus cogitationibus mundari debet. Sed pars inferior capillos habet, quia non eſt prohibitum aliquando de ſæcularibus cogitare, ſine quibus vita præſens duci non poteſt. Ration. diui l. 2. c. 1.

3 Barbam ſuperiori labio ita recidatur, vt pili in ſacrificio Miſſæ Sacramenta ſumentem non impediant. Radimus barbam, vt per innocentiam, & humilitatem puri videamur, & Angelis, qui ſemper in iuuenili ætate florent coequamur.

4 Clerici tonſura ſignantur in memoriam ſpineæ coronæ, quam Iudæi Chriſti Redemptoris noſtri capiti impoſuerunt. Tum quia corona Regiam maieſtatem deſignat, quæ Eccleſiæ miniſtris competit. Tum ratione figuræ, quæ cum circularis ſit, imaginem perfectionis ſignificat, quam Diuini miniſtri profitentur. Et ideo ſecundum ordinis dignitatem, maior, vel minor corona tonditur.

5 Sic maiori corona Epiſcopi, necnon Monachi tondentur; quia eorum munus ad maiorem perfectionem ſpectat. Vnde egregie Albertus Troti l. 2. de vero, & perfect. cleric. c. 39. n. 3. vbi n. 4. inuaditur contra clericos qui prout tenentur non geſtant, dicens. Merito ergo videntur mereri ſic tales coronam illam amittere in alio ſæculo, quam abiecerunt à ſe in iſto.

Cle-

Clericus quando priuatur ipſo facto officijs, & beneficijs.

1 CLericus habens beneficium, aut penſionem excedentem ſexaginta aureos de Camera, tenetur ad tonſuram, & habitum talarem, & ſi miles eſt, ad ſuum militarem, alioqui ipſo facto eſt priuatus officijs, & beneficijs. Ex Bulla Sixti V. conſt. 30. ſacroſanctum &c. 1588. v. Id. Ianuar. lata.

Clericus communicans cum excommunicato, quando eſt excommunicatus.

1 CLerici ſcienter communicantes cum excommunicato à Papa, illumque recipiendo in diuinis excommunicantur; & excommunicatio reſeruatur Papæ cap. 18. ſignificatio de ſent excom.

2 Nota hic participationem, & receptionem in diuinis neceſſariò requiri ad incurrendam hanc cenſuram, niſi iuſtus metus illos excuſet, non enim tunc dicitur id fieri ſponte à Clericis, quod ſi id fiat ſine metu ab ijſdem non vt Clerici, ſed vt laici, non ligantur hac cenſura. Nau. c. 27. n. 93. Caiet. c. 58.

Clericus trahens ad forum laicale Eccleſiaſticum, eſt excommunicatus.

1 CLerici trahentes quacunque occaſione, & cauſa ad forum laicale aliquam

quam aliam perſonam Eccleſiaſticam, excommunicantur, & reſeruatur Papæ extr. 5. ad reprimendos Martini V.

Clericus vſurarius eſt irregularis. Vide Vſurarius,

Clericus & Miniſter Cameræ Apoſtolicæ quando eſt excommunicatus.

1 EXcommunicatio eſt contra Cameræ Apoſtolicæ Clericos, Notarios, officiales, & quoſcunque eorum miniſtros, qui in cauſis, negotijs, ac expeditionibus iuxta propriam eorum Tribunalis naturam non ſpectantibus quoquo modo ſe intermittere præſumunt, etiam prætextu quorumuis priuilegiorum, & Indultorum, aut conſuetudinis, vel quaſi poſſeſſionis, & reſeruatur Papæ, extrau. 70. Roman. Pontif. Pij V.

2 Nota hic hos Cameræ Apoſtolicæ Clericos nullam habere iuriſdictionem vt ſingulos, niſi ex commiſſione eis facta in plena Camera, ideoque Notarij, & alij Officiales illorum in expeditionibus, & ſcripturis conficiendis tenentur mentionem facere in illis tale negotium, &c. fuiſſe propoſitum, & commiſſum in plena Camera, alias nullius roboris eſt.

Clerici in minoribus conſtituti cantantes Epiſtolam, vel Euangelium an ſint irregulares.

1 CLerici in minoribus conſtituti ſi tanquam cantores adhibeantur, ſuperpelliceo, vel Dalmatica induti ad cantandum Epiſtolam, vel Euangelium, aut Paſſionem Domini non ſunt irregulares. Layman. de irreg. tract. 5. p. 5. c. 3. id ex conſuetudine petendum eſſe ait. Nam in aliquibus Eccleſijs Cathedralibus, & Collegiatis id non permittitur, quibuſdam vero Eccleſijs præſertim Regularium conſuetum eſt fieri in defectum Subdiaconi, & Diaconi, ſicut notauit S. Anton. p. 3. tit. 38. c. 1. Nau. l. 5. cont. 5. de cler. non ordin. ed. 7. Tolet. l. 1. c. 72. Sà ver clericus. n 32. Imo Nau. c. 27. num. 242. Auil. p 7. diſp. 9. ſect. 2. d. 15. ex Villadiego teſtantur conſuetudinem eſſe apud Fratres Minores, vt clericus inferior Subdiacono, etiam cum manipulo Epiſtolam ſollemniter canat, ideoque talem irregularem non fieri.

Clerici crimen enorme inducit irregularitatem.

1 IRregularitas eſt contra Clericum, qui notorio crimine, enormi, & diſpoſitione digno notatur, & reſeruatur Papæ.

2 Nota hic primo ad incurrendam hanc irregularitatem hoc notorium debere eſſe per propriam confeſſionem in iudicio, vel per ſententiam in rem iudicatam tranſactam, vel per talem criminis manifeſtationem, vt nulla

nulla tergiuerſatione celari poſſit. Nau. c 25. num. 73.

2 Nota 2. quamcunque enormitatẽ ad irregularitatem non ſufficere ſiue notorietate.

3 Nulla crimina, occulta etiam digna depoſitione eam inducere, præter homicidium, & hæreſim. Nau. c. 27 n 48. 4. enormia crimina in Clerico depoſitione digna eſſe adulterium, concubinatum, falſum teſtimonium in iudicio; ſtuprum, ſacrilegium ſimoniam in ordine, ſodomiam continuatam, & ſimilia Auil. loc. cit. & Raym.

Dicitur enorme, quod iure nimis reprobatur.
Vel quod diſcretus enorme refert, & honeſtus
Hareſis, & Symon, homicidaque rite putantur
Iuribus ex multis enormi crimine volui.
Ordinibus, titulis quoq; cũctos hac tria priuant.

Clericus reuelans futuram proditionem ciuitatis, vel reum Principis, propter quam denunciationem, vel occupationem, accuſatus ad mortem damnaretur, irregularitatem non incurrit.

1 ITa Caiet. Tum quia hi caſus ſunt in iure excepti c. Epiſcopus ne cler. vel monac. de homicid. in 6. Tum quia actio debita ex iure naturæ agentem non facit irregularem. Inde occidens inuaſorem non incurrit irregularitatẽ, niſi eum occidat pro bono cõmuni, vt tenet Nau. c. 27. 1. 2. Dircet. Theolog. p. 2. c. 23. n. 17.

Cogentes

Cogentes fæminas ad ingreſſum Monaſterij ſunt excommunicati.

1 OMnes, & ſingulæ perſonæ cuiuſcunque qualitatis, & conditionis fuerint, tam Clerici, quam laici, ſæculares, vel regulares, aut etiam qualibet dignitate fulgentes, qui quomodocunque coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcunque mulierem inuitam, præter quam in caſibus à iure expreſſis ad ingrediendum Monaſterium, vel ad ſuſcipiendum habitum cuiuſcunque religionis, vel ad emittendam promiſſionem.

Secundò excommunicantur in aliquo ex prædictis conſilium, auxilium, vel fauorem dantes.

Tertiò ſi ſcientes eam non ſponte ingredi Monaſterium, aut habitum ſuſcipere, aut profeſſionem emittere, quoquo modo eidem actui, vel præſentiam, vel conſenſum, vel auctoritatem interponunt. Trident. ſeſſ. 25. cap. 18.

2 Nota, quod pater non incurrit prædictam excommunicationem Tridentini, ſi cogat filiam impuberem intrare Monaſterium. Diana tract. 4. Miſcell reſol 42.

3 Nec etiam incurrit pater in prædictam excommunicationem ſi cogat filiam etiam puberem intrare Monaſterium non in ordine ad profeſſionem, ſed vt tantum ibi educetur, donec nuptui apta ſit, quia Concilium conſuluiſſe

ſuluiſſe videtur libertati religionis. & licet abſolutè, & ſimpliciter loquatur de ingreſſu in Monaſterium, ipſius mens colligi debet ex ſubiecta materia, de qua in ea ſectione Diana ibid. Bonac tom. 3. diſp. 2. quæſt. 2. punt 2, num. 6. & alij.

Collegium non poteſt excommunicari. Vide excommunicatio num. 26.

Commiſſarius quando eſt excommunicatus.

1 Excommunicatio eſt contra Commiſſarios, & delegatos ad cognoſcendum an alienatio bonorum Eccleſiæ cedat in euidentem vtilitatem Eccleſiæ, vel non qui in gratiam, aut detrimentum ipſius amore, vel timore, aut ſordibus alienationi conſentiunt, aut decretum, vel auctoritatem interponunt tali alienationi. 2. contra omnes procurantes dolo, vel fraude aut ſcienter talem alienationem fieri in detrimentum Eccleſiæ, aut per ſordes, vel per impreſſionem, ideſt per iniquam donationem, vel promiſſionem alienationis, vel promiſsiones alienationis Decretum extorquent, & referuatur Papæ, extr. Cum in omnibus Pauli II.

2 Nota hic ſecũdum Suar. diſp. 22. ſect. 6. nu. 3. & ſeq. duas hic ferri excommunicationes. Prima eſt contra Commiſſarios, & Delegatos ſua facultate abutentes, & hæc nemini reſeruatur. 2. contra omnes procurantes talem

lem alienationem dolo, vel fraude in detrimentum Eccleſiæ, & hæc reſeruatur Papæ, & nemo debet abſolui, niſi præmiſſa ſatisfactione.

Communicatio omnis ciuilis, ſeu politica fidelium excommunicato prohibita eſt.

1 ITa colligitur ex c. 2. de except. c. nuper c. ſi aliquando. c. ſi quem de ſent. excomm. &c. Sicut Apoſtoli, & ſeqq. c. ad menſam 11. q. 3. Nomine, fidelium, comprehenduntur hoc loco omnes baptizati, etiam excommunicati, ipſique hæretici quod ex communi ſententia tradit. Suar. diſt. 15. c. 2. n. 12.

2 Nomine autem, ciuilis coniunctionis, comprehenditur quæuis humana ſocietas verba, nutus, litteræ, nuntium, munera, contractus, & commercia, cohabitatio communis menſa, iter, quæ tamen intelligi debent, ſi conueniant, vt ſocij formaliter ſecus, ſi præter intentionem in eandem viam, domum, balneum, vel hoſpitium incidant. Qua de re Sayr. Suar. Nau. Sylu. & alij. Comprehenditur item quoduis amicitiæ ſignum, videlicet oſculum, amplexus, ſalutatio &c. conuenienter Apoſt. 1. ad Corin. 5. Cum huiuſmodi nec cibum ſumere, & S. Io. Epiſt. 2. c. 1. Nec aue ei dixeritis, & quamuis id reſtringant ad eam ſalutationem, quæ verbis fit, exiſtimantes licitum eſſe honoris cauſa excommunicato aſſurgere, caput detegere:

con-

contrarium tamen probabilius alij docent. Nau. Sylu. Suar. Cum re vera hæc ſit communicatio aliqua in externis actibus, vel ſignis reuerentiæ exiſtens. Auila p.2.c.6.diſt.2.

Communicans in crimine quando eſt excommunicatus.

1 Excommunicatio eſt contra omnes,qui communicant in crimine (vt aiunt) criminoſo cum excommunicatis, & reſeruatur ei, à quo primo lata fuit, ſiue per ius, aut ſtatutum, ſiue per ſententiam cum proportione. Vnde ſi prima excommunicatio nemini reſeruatur, hæc per participationem contractam etiam nemini. Si Epiſcopo, reſeruatur Epiſcopo. Si denique Papæ, etiam hæc, cap. nuper § 2. verb. ſent. excom.

2 Verum ſi difficilis ſit acceſſus ad excommunicatorem ex aliqua iuſta cauſa, poteſt ille ſic excommunicatus abſolui à proprio Sacerdote iuxta formam Eccleſiæ cautione, quod excommunicatoris mandato patebit. S.Th. 3 p.q.23.a.2.& Nau.c.27.n 89.

3 In his caſibus communicans cum excommunicato ſcienter in crimine ſimilem contrahit excommunicationem id eſt, ſi communicat in crimine, ſi conſilium impendendo, auxilium, vel fauorem, ſeu perſuadendo, ne obediat tali excommunicationi ne reſtituat furtum, ob quod fuit excommunicatum, & ſimil.

4 Si Clericum admittit ad diuina officia excom-

excommunicatum à Papa, denunciatum, & cum eo communicat. Viuald. de excommun. num. 70.

5 Si ſcienter participet in crimine poſt illud commiſſum, & ob incurſam excommunicationem ab eo, cum quo communicat &c. Nau. c.27.n.112.

Conceptionem B. Mariæ aſſerentes cum peccato quando ſunt excommunicati. Vide Prædicator §. 4.

Concubinarius quando eſt excommunicatus.

1 Concubinarius admonitus ab Ordinario excommunicetur, nec abſoluatur, niſi paruerit. Trid. ſeſſ.24.c.8. de matrim. 2. ſi neglexerit cenſuram, ſeuere contra eum procedatur. 3. mulieres ſiue coniugatæ, ſiue ſolutæ, quæ cum concubinarijs publicè viuunt, poſt tertiam monitionem puniantur ab Ordinarijs, & extra locum, vel Diœceſim eijciantur. ibid.

2 Concubinarij ſtatus eſt perpetuis lacrymis deplorandus, tenetur enim ſub mortali occaſiones proximos peccatorum remouere. Talis vero eſt cohabitatio, aut conuerſatio concubinarij cum concubina; præſertim ſi adhuc valens eſt, & ſucciplena, vt ait Comicus.

Concubinarius Epiſcopus quando eſt ſuſpenſus.

1 Epiſcopi à concubinatu, poſt quam à Synodo admoniti fuerint, non ſe emendantes, ipſo facto ſunt ſuſpenſi. Trid. ſeſſ. 25. de refor.

2 Epiſcopi ſunt aſtra cæli, quorum vita inter peccata hominum, quaſi inter noctis tenebras lucet. D. Greg. ad Epiſcopum Conſtantin. Sunt oculi Dei, & ideo à ſubditis non ſunt iudicandi. Et ideo tenentur ſcandalum auferre. Quia, vt inquit Hieron. aduerſ. Lucif. Epiſcopo errante magnus in Eccleſia error. Et Greg. in Poſt. p. 3. adm. 5. Prælatus, inquit, peccans tot mortibus dignus eſt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmittit: Vnde tanto cautius debet ſe à peccato cuſtodire quanto peccando non ſolus tantum moritur, ſed omnium animarum, quas prauis exemplis deſtruit, reus eſt. Dum Paſtor per abrupta graditur, neceſſe eſt, vt grex ad præcipitium ſequatur.

Concubinarius Clericus. Vide Clericus concubinarius.

Conclaue Cardinalium. Vide Cardinales alloquens.

Con-

Concilij Tridentini commentatores ſunt excommunicati.

1 EXcommunicatio eſt contra omnes laicos, & Eccleſiaſticos Epiſcopis inferiores, qui ſine auctoritate Sedis Apoſtolicæ audent quocunque modo edere annotationes, ſcholia, commentarios, &c. ſuper decretis Concilij Tridentini, etiam prætextu maioris decretorum corroborationis, & nemini reſeruatur, extr. 96. Benedictus Pij IV.

2 Sub pœna ſuſpenſionis ab ingreſſu Eccleſiæ ijs Prælatis, qui prædicta ediderint ibid.

3 Non exigantur iuramenta contra decreta Concilij Tridentini ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis, vel Interdicti, vel excommunicationis pro varietate perſonarum. Papæ reſeruata Gregorij XIII. ann. 1584.

Confugiens ad Eccleſiam quando gaudet immunitate. Vide Extrahens.

Confeſſor frangens ſigillum an ſit irregulares.

1 AFfirmat Maiol. l. 5. de irreg. c. 19. n. 16. ſecutus ſpeculatorem, quia putat irregularitatem in hoc caſu includi in depoſitione contra fractores ſigilli in Can. Sacerdos

de pœnit. d.6.& in cap. vtriuſque ſexus de pœnit. & remiſſ. Imo addit laicum, qui ſine neceſsitate confeſsionem audit, fieri irregularem ſi eam reuelat.

2 Sed negatiuam ſententiam ſequitur Hurtad. diſp. 12. de pœnit. diſp. 14. Turrian. de pœn. diſp. 33. dub. 9. & alij. Quia irregularitas numquam incurritur, niſi ſit in iure expreſſa. Sed hæc irregularitas non deducitur ex dictis iuribus, quia depoſitio in ipſis impoſita non incurritur ipſo facto, nec aliunde. ergo.

Congregatio non poteſt excommunicari. Vide excommunicatio n.26.

Confeſsio ſacramentalis quando inducit excommunicationem, Irregularitatem, Degradationem, & Curiæ ſæculari traditionem.

1 IPſo facto excommunicantur prædicantes, vel docentes, vel pertinaciter aſſerentes, vel publicè diſputando, defendere præſumentes non eſſe neceſſariam ſacramentalem confeſſionem; habita copia Sacerdotis, ante communionem ijs, quos conſcientia peccati mortalis grauat, etiam ſi contriti accedant. Hæc eſt ad remouendum quorumdam opinionem, exiſtimantium, qui peccatum mortale commiſerunt poſſe accedere cum ſola contritione ad communionem, etiam

etiam ſi copia Confeſſarij non adſit, & ſuffi. cere propoſitum confitendi. Conc. Trid. 13. c. 11. & nulli reſeruatur excommunicatio.

2 Irregularitas eſt contra Clericum miniſtrantem in officio Sacerdotali, etiam per examen approbatum, abſoluendo, ſeu audiendo confeſſiones ſacramentales, ſuper cuius capite, quando ad Sacerdotium fuit promotus, manuum impoſitio, per quam datur abſoluendi poteſtas, fuit omiſſa, quia miniſtrat in ordine, quem non habet, ex Maiolo, Suarez loc. cit n. 13.

3 Confeſſionem ſacramentalem audiens non ordinatus Sacerdotali ordine à locorum Ordinarijs, vel Iudicibus S. Inquiſitionis ab Ordinibus Eccleſiaſticis, ſi quos habuerit, rite degradatus, ſtatim Curiæ ſeculari traditur, ex conſt. 81. Clementis VIII. incip. & ſi alios, regiſtr. in Bull. vlt. edit. tom. 3. p. 128. de qua Quaranta Compen. Bull. v. ordo.

4 Excommunicatio latæ ſententiæ Papæ reſeruata eſt contra eos, qui publicis, priuatiſque lectionibus, concionibus, & congreſſibus docent, defendunt, imprimunt, aut ad praxim quouis modo deducũt hanc propoſitionem, ſcilicet, licere per litteras, ſeu internuncium Confeſſario abſenti peccata ſacramentaliter confiteri, & ab eodem abſolutionem obtinere. Eſt enim propoſitio falſa, temeraria, & ſcandaloſa. Clemens VIII. in generali Congregatione S. Romanæ, & vniuerſalis Inquiſitionis habita die 20. Ianuarij 1602 Quaranta. ver. Confeſſio.

Confeſſionem Reuelantis pœna.

1 CONfeſſor manifeſtans peccatum confeſſionis grauiſſime peccat mortaliter; atque pœnam exteriorem incurrit impoſitam in cap. omnis vtriuſque ſexus de pœnit. & remiſſ. Vbi dicitur quod qui non celauerit, detrudatur in arctiſſimum monaſteriũ, ibique perpetuam faciat pœnitentiam,

2 Si Papa ſub omni cenſura præciperet dicere peccatum confeſſum; non debet dici; ſed potius millies mori. Nec in tali caſu, vllam incurreret cenſuram. Et poteſt iurare ſe neſcire, quia neſcit, vt homo. Communis omnium, Vnde Raym.

Et mortem ſubeat citius, quam crimina pandat
Presbyter occulta non prodat crimina plebis
Quæ ſi prodiderit; ſpoliabitur ordine ſacro,
Multaq. paſſurus, clauſtrum trudetur in arctũ.

3 Iacobus Primus Aragoniæ Rex Gerundienſi Epiſcopo linguam à tergo extrahi imperauit quod confeſſionem Regis detexiſſet, vt refert Aldoct. de diſcipl. tuend. l. 2. c. 19. 22. digna pro facto tanto crimine pœna, ſi à legitimo Iudice inflicta fuiſſet.

4 Sacerdoti licet hæreſim in confeſſione detectam Superiori reuelare, cum hæretici ſimulata confeſſione hæreſes ſuas perſuadere conantur ipſi Sacerdoti, cui confitentur. Salzed. in addit. ad Diaz. c. 110. verſ. non tamen deſunt. Vnde dicitur.

5 Idemque dicendum eſt de ijs, qui pariter ſimulata confeſſione accedunt animo

quæ-

quærendi auxilium à Sacerdote ad peccatum. Sà in Aphor. verb. confeſſor. n. 17.

Confeſſores Principum illos hortantes in cõmuni, vt faciant iuſtitiam, & puniant malefactores, ſi ex hoc moueantur ad inquirendum, & mortem, & mutilationem alicui inferant, non fiunt irregulares tales adhortantes.

1 ARchid. in cap. officia 23. q. 5. quam refert, vt ſequitur. Armill. irregularitas. num. 19 Vide Prædicator num. 5.

Confeſſor quando eſt excommunicatus.

1 EXcommunicatio eſt contra Confeſſores ſæculares, vel regulares quorumcunque Ordinum, & Religionum, quibuſuis priuilegijs, & Indultis ſuffultos, qui abſoluere præſumunt à caſibus clare, vel dubie in Bulla Cœnæ contentis, aut ab alijs caſibus Papalibus, vel Epiſcopalibus, & reſeruatur Papæ. Vide decretum Cardinalium de mandato Clementis VIII. relatum à Quaranta cum eius declaratione. Qui autem ſint caſus papales. Vide Caſus papales.

Confeſſor ſollicitans in confeſſione eſt ſuſpenſus.

1 SVſpenſio ab exequutione ordinis eſt contra omnes, & ſingulos Sacerdotes

tam ſæculares, quam regulares cuiuſcunque dignitatis, præeminentiæ, aut quouis priuilegio munitos, qui perſonas, quæcunque illæ ſint, ad inhoneſta, ſiue inter ſe, ſiue cum alijs quomodolibet perpetranda in actu ſacramentalis confeſsionis, ſiue ante, vel poſt immediate, ſeu occaſione, vel prætextu confeſsionis huiuſmodi, etiam ipſa confeſsione non ſequuta, ſiue extra occaſionem Confeſſionis in Confeſsionario, aut in loco quocunque, vbi confeſsiones ſacramentales audiantur, ſeu ad confeſsionem audiendam electo, ſimulantes ibidem confeſsiones audire, ſollicitare, vel procurare tentauerint, aut cum eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſiue tractatus habuerint Gregorius XV. extr. Vniuerſis: dominici gregis die 30, Auguſt 1622. Ante Conſtitutionem Gregorij prædictam Paulus V. die 6. Februarij anno 1619. decreuit expreſſe confeſſarios ſollicitantes pueros incluſos eſſe in Bullis. Ita teſtatur Io. Baptiſta Scortia in Bullis Pontif. epit. 77. Theor. 197. Et idem decreuerat die 29. Nouembris 1612. Dian. tract.c.reſol. 83. & meritò, quidem quia reſpectu Confeſsionis ſacramenti eſt eadem vtrobique irreuerentia, & iniuria. Moneant Confeſſarij ſollicitatos teneri ad denunciandum ſollecitantes; alias grauiter puniri poſſunt non monentes, ſeu negantes adeſſe obligationem reuelandi. ibid.

2 In ſollicitatione facta in confeſsione, & prohibita in Bullis Pontificijs non datur paruitas materiæ. Dian. 5 p. de paruit. mat. & reſol. 9. vbi alij. Quia nulla danda eſt paruitas

tas materiæ in peccato luxuriæ. Si ergo confeſſarius in Confeſsionario, & in tali tempore, nempe dum adminiſtrat Sacramentum Pœnitentiæ miſcet actus, geſtus, ſermones impudicos, alias leues peccat mortaliter ratione ſanctitatis Sacramenti, cui detrahitur per dictos actus impudicos. Sacramenta enim ſancta ſancte adminiſtranda ſunt ex Trident. ſeſſ.24. cap. 1. de reform. non vero ſcurriliter, iniurioſe, & cum ſcandalo.

Confirmationis, & Ordinis iteratio non inducit Irregularitatem.

1 ITeratio Confirmationis, & Ordinis non inducit irregularitatem. Vgol.c.33.§.4. contra Naua.c.27. n.147. non enim eſt in iure expreſſum.

2 Epiſcopus confirmans non ſubditos, licet peccet, non tamen incurrit ſuſpenſionem. Sylu. citans Palud. v.confirmatio in fin.

Conſecratio vel confirmatio Epiſcopi quando inducit ſuſpenſionem.

1 SVſpenſio per annum à confirmatione, & conſecratione Epiſcoporum contra Epiſcopum conferentem alicui electo in Epiſcopum Confirmationem, vel conſecrationem Epiſcopalem iuxta regulam in eo, in quo peccauerit, puniatur; poſtquam ad Sedem Apoſtolicam appellatum eſt, & ſi partes

ab appellatione voluntarie recedant, niſi prius facta diligentia ſibi conſtiterit nullam fraudem, vel prauitatem in tali negotio interceſsiſſe, & reſeruatur Papæ cap. prouide de elect. in 6.

2 Nota hic non incurri hanc Cenſuram ob cognitionem illius electionis poſt appellationem; ſed ob confirmationem talis electionis, & conſecrationem talis electi poſt dictam appellationem, quod eſt contra Conſtit. Concil. Lugdunenſis in cap. quamuis eod. tit.

3 Nota etiam non puniri hac pœna alios Epiſcopos conſecrationi aſsiſtentes ſed eum dumtaxat, cui cauſæ cognitio demandata erat. Io. Andr. in d. c. prouida.

Conſulens, & mandans quando cenſura irretitur. Vide ver. mandans.

Corpore vitiatus quando eſt irregularis.

1 Irregularitas eſt contra habentes aliquem defectum in corpore impedientem vſum ordinum, vel inducentem grauem deformitatem, & indecentiam, diſt. 51. & tit. de corpor. vitiat. & de Cler. ægrot. Idque contingere poteſt dupliciter primo actiue, vt ſiquis directè ſe ipſum mutilet, vel indirectè mutiletur ab alio, ſed ſua culpa, ſi abſciſſio fiat alicuius membri principalis, etiam ſi ſit occultum, ſemper inducit irregularitatem,

ſiue

ſiue partis eius, ſiue etiam notabiliter impediat, aut deformet; quod arbitrio boni viri eſt iudicandum. 2. paſsiuè; vt ſi quis habet defectum membri grauem aſſerentem indecentem deformitatem. vel impedientem vſum ordinis; vt ſi caret altero oculo, ſit irregularis ad ſuſcipiendos ordines; ſed per defectum ſuperuenientem ſine culpa inducitur irregularitas ad vſum tantum illius ordinis, qui ſine ſcandalo, vel periculo exerceri non poteſt verbi gratia Sacerdos, cui abſciſſa eſt manus ſine ſua culpa, poteſt audire confeſſiones, licet non poſsit celebrare, & ſic iudica de Sacerdote facto cæco, &c. & e contra, ſi eſt factus Sacerdos mutus &c. circa deformitatem faciei, membrorum, aut ſenſum & ſimil. ex arbitrio viri prudentis, etiam pendet iudicium, & idem dic irregularitate orta ex morbo corporis &c Suar. loc. cit. ſect. 2. per totum.

2 Huius irregularitatis figura præceſsit in veteri teſtamento. vt conſtat Leuit. 12. Omnis, qui habuerit maculam de ſemine Aaron Sacerdotis accedere prohibetur ad offerendas Hoſtias Domino, aut panes Deo ſuo. Si cæcus fuerit, ſi claudus, vel paruo, vel gaudi, vel torto naſo; ſi fracto pede, vel manu, ſi gibboſus, ſi lippus, ſi albuginem habens in oculo, ſi iugem ſcabiem, ſi vratur, ſi petiginem in corpore, vel hernioſus. Vide Greg. l. 1. Paſt.

3 Omnibus his miniſter veteris teſtamenti carere debuit, & merito, cum lex illa, & Sacerdotium illud figuratiuum erat Sacer-

dotij noui teſtamenti. Qui mos etiam apud Etnicos obſeruabatur, non ſolum apud Romanos; ſed etiam apud alias gentes eam legem fuiſſe vt ſacrorum miniſtri corpore integri eſſent, nullam maculam habentes, quique nulla poſsint corporis fæditate notari. Hoc enim vitium in populo irreuerentiam, horrorem, ſcandalum, vel offenſionem gignit, & ideo irregularis erit quoad ordines, & quo ad beneficia. Quoad ordines quidem arg. c. qui in aliquo diſt. 51. Tum propter inhabilitatem ad officium exequendum, tum propter deformitatem, & ſcandalum tollendum. Tum quia indignum eſt illud offerre Deo, quod homo dedignatur. S. Hier. c. 1. Malach. 8. 8. & ad Demetriad. parentes arguens, qui deformes filias virginitati conſecrant, ita ſcribit. Solent miſeri parentes, & non plenæ Fidei Chriſtianæ deformes, & aliquo membro debiles filias, quia dignos generos non inueniunt, virginitati conſecrare. Quoad beneficia vero, quoniam beneficium datur propter officium Clericale c. vlt. de reſid. l. 6. Vnde fit, vt quicunque ad ordines fiunt inhabiles, etiam inhabiles erunt ad beneficium, quod ordo ille requirit. Viuald. de irreg. n. 129. Sayr. l. 6. de irreg c. 7.

4 Huius irregularitatis ratio eſt, quia incompoſitio corporis inæqualitatem inducit mentis teſtimonio D. Auguſtini. Rarenter (inquit) in corpore deformi nobilis, formoſuſque animus inſidet. Et S. Gregorius. Corporis maculæ ſunt ſymbolum vitiorum: ſicut contra de pulchritudine dicit Ambroſius.

ſius. Species corporis ſimulacrum eſt mentis, figuraque probitatis. Platinus. Quæcunque intus bona, extrinſecuſque pulchra. Et Galenus l. 1. & 11. de vſu portiul. Cuius facies eſt deformis, vix poteſt habere bonos mores,& Echorus Poeta Grecus apud Stobeum ſerm. 88.

Faciem aſpectu deformem poſſides?
Mores etiam huiuſmodi habes.
Ex malo enim natura malum producit.
Vt ex vipera rurſum vipera naſcitur.

Et Martialis l. 12. epigr. Zoilum quendam ex oris deformitate malum eſſe ſuſpicatur.

Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læſus,
Rem magnam præſtas, Zoile, ſi bonus es.

5 Licet corpore vitiatus non poſsit ſacris Ordinibus inſigniri, ſi tamen de facto fuerit ordinatus, vere recipit ordinis characterem, licet non eius executionem. Communis Theologorum, & Carmiſtarum ſententia.

Contractus facti ab excommunicato ſunt validi.

1 Patet, quia nullum datur ius eos irritans. Cornelius in 3. p. tract. 5. ne excommunicatis diſput. 10. §. 9. quæſt. vlt. Turrian. l.2. diſput. 14. dub. 5. negat Canoniſtæ quas ſequitur Sylu. verb. excom. 3. num. 2. & 3.

Curiam Romanam petens Prælatus quando eſt excommunicatus. Vide Prælatus.

Curialis eſt Irregularis, & quare.

1 IRregularitas eſt contra Curiales c. 1. 2. & 3. diſt. 71. Curiales hoc loco dicuntur, qui quacunque ex cauſa Curiæ ſæculari obligati ſunt, ſiue in perpetuum, ſiue ad tempus ſiue honeſtum, ſiue inhoneſtum munus exercuerint, & ſiue ex vi iuramenti, pacti, aut ſtipendij in aliquo officio Curiæ ſæcularis maneant. Huius irregularitatis multiplex eſt ratio. prima quia, vt conſtat, aliqui eorum ſunt viles perſonæ, & ſæpe fuerunt irregulares ex officio ſuo. 2. quia Eccleſia plurimumque moleſtatur, & multa incommoda patitur propter tales, quando Curia ipſorum domina eos repeteret. 3. quia contra eos præſumitur, quod reuertentur ad priſtinos mores. 4. quia etiam præſumitur contra eos, quod non tranſeant voto religionis ad clericatum, ſed vt fugiant raciocinia dominorum ſuorum.

Curia dat curas, ergo ſi viuere curas,
Et bene ſecure, non Curia ſit tibi cura.

Cuſtos ferarũ quando eſt irregularis.

1 IRregularitas eſt contra alentes, aut cuſtodientes feram aliquam, vel Vrſum,

Leonem,

Leonem, Canem, & ſimilem, qui poſitus in via], aut in alio loco publico, etiam bene ligatus, aliquem occidit, etiam incaute accedentem. Couar. in cap. ſi furioſus p. 2. §. 4. num. 11. Si autem iam caute, & bene ligatum cuſtodierit; nec in via, nec in loco publico, ſed in priuato; tunc ſi caſu aliquem occidat, ab irregularitate excuſatur, cum ſit abſque omni culpa. Maiol. Tolet. Nau. Tab. & Angel.

Cymiterium quando eſt interdictum vel pollutum. Vide Sepultura.

1 INterdictum à perpetua ſepultura eſt contra Cymiterium, vel Eccleſiam, in qua ſepultum fuit corpus hæretici, eiuſque credentis, vel receptantis. cap. Quicunque decet in 6.

2 Hic nota non eſſe ſimpliciter locum ſacrum, vbi ſepelitur corpus hæretici interdictum; ſed tantum priuari perpetua ſepultura, propter cuius perpetuitatem Epiſcopus non poteſt concedere, vt ibi ſaltem de nouo fieri poſſit aliqua alia ſepultura ad ſepeliendos Catholicos. Sayr. l. 5. tom. 1. cap. 12. num. 1.

3 Cymiterium cenſetur eſſe pollutum, quando Eccleſia ſibi coniuncta, ideſt, contigua eſt polluta effuſione ſeminis, vel ſanguinis, & antequam ſit reconciliatum non debet in eo aliquis ſepeliri; ſecus ſi Cymiterium eſſet remotum ab Eccleſia ſed è contra polluto Cymiterio non eſt polluta Eccleſia, nec minus

minus dignum trahere videatur ad ſe magis. de conſec. Eccleſ. ſi Eccleſia.

4 Cymiterium dicitur à cymen, quod eſt dulce: & ſterion, quod eſt ſtatio; ibi enim dulciter defunctorum oſſa quieſcunt, & Saluatoris aduentum expectant. Vel quia ibi ſunt cymices, ideſt, vermes ſupra modum fætentes.

4 Interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ poteſt in Cymiterio audire Officia diuina, & Miſſam celebrare. Filliuc. tom 1. tract. 18. c. 5. n. 103. Regin. tom. 2. l. 32. tract. 3. c. 29 nu. 4. & alij. Quia ſin talis interdicti ſententia tanquam pœnali (& ideo reſtringenda interpretatione) nomen Eccleſiæ accipiendum eſt in rigore; quo non comprehendit Cymiterium, & patet ex communi vſu, & ideo ius in cap. ſis, cui de ſent. excomm. in 6. tamquam non ſatis iudicatum prius nomine Eccleſiæ addit nomen Cymiterij, vt ad ipſum extenderet priuationem ſepulturæ Eccleſiæ.

D

Damnato ad mortem concedenda ſunt Sacramenta.

1 IVdex tenetur ſub mortali concedere damnato ad mortem, vt poſſit confiteri ſua peccata. Imo ad hoc Iudices ſunt cogendi per Ordinarium ſub pœna excommunicationis vt patet ex Clem. cum ſeruandum de pœnit. & remiſſ. Quia peccator ex attritio fit contritus virtute clauium id eſt, vir-

tute

tute abſolutionis. Vnde inconfeſſus tantum attritus, non ſaluatur, ſic ſi eſſet confeſſus, vel contritus.

2 Item tenetur ei concedere ſanctam Euchariſtiam. Nam in antiquis Canonibus, hoc habetur præceptum vt patet 13. q. 2. Can. Quæſitum, & Can. ſuper eo. de hæret in 6. & ſi detur, poteſt vna hora ante mortem dari, & non ieiunio, etiam ſi comediſſet, eſt enim viaticum Sylu. Euch. 3. n. 2. Nauar. Miſcell 4. de orat. Tolet. l. 2. c. 28. & talis eſt in articulo mortis, Romæ quatuor horis ante mortem Euchariſtia reo datur. Nau. loc. cit.

Damnatus ad triremes eſt irregularis.

1 DAmnatus ad triremes efficitur irregularis. Barb. de Poteſt. Epiſcop. p. 2. alleg. 43. n. 5. Lezana in Sum. 9. reg. c. 16. n. 32. Campan. in diuerſ. Iur. Can. rubr. 2. cap. 18, n. 16. & ſeq. Negatiuam ſententiam etiam probabilem ſequitur Riccius dec. cur. Neap. p. 1. de deciſ. 116. Homo bonus in conſil. caſ. cenſui vol. 1. p. 4. reſp. 118. Diana tract. 2. de irreg. reſolut. 38.

Dantes auxilium infidelibus ſunt excommunicati.

1 FVlminatus excommunicatio in Bulla Cœnæ. Primo contra deferentes infideli-

fidelibus, Eccleſiæ hoſtibus, & inimicis in damnum Chriſtianorum, & Catholicorum arma, equos &c. 2. contra dantes eiſdem auxilium, conſilium, vel fauorem ad hæc, 3. contra certiores facientes infideles, & hæreticos de ijs rebus, quæ ſunt contra ſtatum Rep. Chriſtianæ.

2 Hæc cenſura quoad perſonas eſt generalis neminem excipiens, quoad actiones vero prohibet primo deferre. 2. tranſmittere. 3. dare conſilium, auxilium, vel fauorem, & ſecreta reuelare.

2 Hinc nota 1. hic prohiberi, & quæ pertinent ad arma tam defenſiua, quam offenſiua, ſub nomine armorum intellige omnia genera metallorum, lignamimum, funium, & earumdem materiarum eius rationis cum prædictis, quibus Chriſtiani, vel etiam infideles impugnantur, quia infideles, cum ſeſe occaſio obtulerit, ijſdem contra fideles pugnabunt. 5. prohiberi hic tranſmittete equos cuiuſcunque conditionis, qui poſſint inſeruire ad deferendas ſarcinas, & alia bello neceſſaria. 6. tandem prohiberi quicquid ad bellicas actiones confert, ſeu ordinatur, ſiue ſint proxima eorum inſtrumenta, ſiue materia earum, ſiue alia animalia, aut res aliæ deferentes perſonas militum, vel arma, res eorum, illaque omnia, quæ ad vſum talium rerum neceſſaria ſunt,

4 Nota 2. hic comprehendi omnes, qui prædicta faciunt, vel dant auxilium, &c. effectu ſequuto, & ſecreta nunciant in perniciem, & damnum Chriſtianorum, ſiue per ſe,

ſiue

ſiue per interpoſitam perſonam, niſi coacti ſub pœna, vel grauis damni.

5 Nota 3. ab hac cenſura excuſati eos, primo qui prædicta prohibita vendunt terris Chriſtianorum infidelibus, id enim non eſt deferre, aut traſportare. 2 qui arma, & alia prohibita deferunt pro neceſſaria conſeruatione propriæ vitæ, vel ſuorum, aut rerum magni momenti; quia præceptum Eccleſiaſticum non obligat cum tanto rigore. 3. qui ex gratitudine, & animi liberalitate dant illis prohibita parui momenti, vt pugionem, galeam, & ſimilia. 4. qui auxilium &c. dant coacti, vt remigando ſecreta reuelando &c. 5. qui infidelibus non tempore belli detulerunt victualia. Suar, diſp. 21. ſect. 2. nu. 56 Tolet. l. 1 c. 27.

Dantes, vel promittentes, vel accipientes pro iuſtitia, vel gratia ſunt excommunicati. Vide permittentes.

Decimarum ſolutionem impediens eſt excommunicatus. Vide imponens.

1 EXcommunicatio eſt contra quoſcunque religioſos, qui aliqua proferre præſumunt in ſermonibus ſuis, vel alibi, quibus

bus audientes retrahant à ſolutione decimarum Eccleſijs debitarum, & nemini reſeruatur Clem. 3. cupientes, de pœnis.

Circa quam nota primo in hac cenſura non comprehendi Prædicatores, nec Clericos ſæculares, neque laicos, ſed tantum religioſos cuiuſuis religionis.

Nota 2. ad incurrendam hanc cenſuram requiri primo, vt verba ea intentione proferantur, quamuis non ſequatur effectus, ideſt, non retrahatur à dicta ſolutione: quia excommunicatio fertur pro ipſa inductione, ſeu ſuaſione tantum.

2. Vt decimæ ſint ex iuſtitia debitæ Eccleſijs, eorumque paſtoribus, quicquid dicant alij de decimis debitis perſoni. 3. vt fiat hæc inductio immediate ipſos ad debitores audientes, & tenentur ex debito iuſtitiæ eas ſoluere, licet non ſequitur effectus. Nauar. c.27.n.145.

3 Excommunicatio etiam eſt contra Religioſos, qui nullum conſcientiæ ſcrupulum incutiunt in confeſsione pœnitentibus de ſolutione decimarum debitarum, & poſtea non expiata negligentia cum commode poſſent, præſumunt concionari, & nemini reſeruatur. Clem. Cupientes.

Nota hic præter ſupradicta requiri, vt Religioſi de induſtria, & ſcienter omittant hoc facere, & non purgare negligentiam, cum commode poſſent ad incurrendam dictam cenſuram, vel concionari abſque illius purgatione. Caiet. c. 66.

Soluantur decimæ integre ab ijs, ad quos ſpectat.

ſpectat. Trid. ſeſſ. 25. cap. 12. Qui eas ſubtrahunt, aut impediunt, excommunicantur, nec abſoluantur, niſi plena reſtitutione ſequuta. ibid.

Omega, & Alpha Deus: rerum petit ergo tuarũ
Iure ſibi decimas, primitiaſque Deus.

Decimas vſurpans eſt ſuſpenſus.

1 SVſpenſio ab adminiſtratione officij, & beneficij eſt contra Religioſos, qui ſibi appropriant, vel inique vſurpant decimas ad ſe non pertinentes, vel in hoc defraudantes Eccleſias aliquo ex modis in Clem. de decimis narratis, & niſi intra duos menſes ſatisfecerint, durat donec reſtituant; qui vero non habent adminiſtrationem, incurrunt excommunicationem.

Hæc ſuſpenſio comprehendit vtriuſque ſexus, etiam militares in ſuo ſtatu viuentes, ad quam incurrendam requiritur. 1. vt tales religioſi requiſiti ab eis, quorum intereſt, intra menſem non ſatisfaciant. 2. vt interueniat actio, vel prohibitio, vel appropriatio &c. ſecus autem, ſi tantum eas non ſoluunt. Suar. diſp. 31. ſect. 6. n. 9.

Decimas Eccleſiaſticis imponens eſt excommunicatus. Vide imponens.

Defendens ſe quando eſt irregularis ſecuto homicidio.

1 QVi dat operam rei illicitæ, & vt ſe deſcendat, interficit aggreſſorem non

non effugit irregularitatem. Maiol. l. 5. c.48. n. 8. ex Alenſ. contra Tabien. & Armill de moder.in culp. tutel. Sot.l.5. q.1.a.8.Valent. tom.3.d.5.q 8.p.4.poſt S.Thom. & Caiet.2 2. q.62.a.7.

Deformationem cauſans eſt irregularis.

1 QVo ad irregularitatem paria ſunt occidere, mutilare, ſiue abſcindere membrum, & ita vtuntur Doctores verbo, deformare, pro occidere, aut mutilare, ſeu membrum abſcindere, & aiunt eſſe irregularem non ſolum eum, qui ſe ipſum, aut alium hominem illicitè deformat, quia eſt cauſa efficiens deformitatis, ſicut etiam qui iubet, mandat, ratificat, vel iuuat, & eum, qui eſt cauſa materialis illius, qualis eſt, qui dat arma, aut deducit aliquem ad locum, vbi ſunt inimici parati ad deformandum ipſum, & eum, qui eſt cauſa formalis, qualis eſt, qui inſtruit, docet, aut conſulit, & eum, qui eſt cauſa finalis, qualis eſt, qui præmium, aut receptionem deformatori pollicetur. Nau. c.27. n.219.

2 Irregularitas eſt contra reum, qui à Iudice petit accuſatorem puniri pœna talionis, qui deficit in probatione. 2. contra Aduocatum, qui ſumpto pro reo patrocinio fuit in culpa, vt ex eius imperitia, & negligentia reus damnaretur, aut iniuſtum ſuſcepit patrocinium ſequuto effectu deformationis. Suar. diſput.

diſput. 45. ſect. 4. num. 5 & 10.

3 Irregularitas eſt contrà laicum aliquem criminaliter accuſantem ſine expreſſa proteſtatione, qui licet non peccet, vt Clericus, ſequuta tamen deformatione, fit irregularis, ſecus ſi ciuiliter, & poſtea ex alia cauſa deformatur. Nau. c.77. n.213.

4 Irregularitas eſt contra omnes iuſtè, vel iniuſtè concurrentes in deformationem alicuius in particulari effectu illius ſequuto. Nau. ibid.

5 Irregularitas eſt contra eos, qui cum poſſint ſine graui ſuo damno deſinunt impedire eius deformationem, cui hic, & nunc ex iuſtitia tenentur illam impedire, quia ſubtrahunt ei rem ſuam, auxilium ſcilicet ſuum ipſi debitum ad vitam tuendam hic, & nunc ei neceſſarium.

6 Ex iuſtitia tenentur defendere miniſtri Iuſtitiæ eos, qui ſunt ſub eorum iuriſdictione, Princeps ſubditos, Dominus famulos, tutor pupillum, & è contra. Adde etiam medicum ſtipendiatum, qui aliquid omittit hic, & nunc neceſſarium circa curationem infirmi ſecuta deformatione. Leſſ. c. 9. d 13. de iuſt. & Iur. Auil. de cenſ. dub. 7.

7 Irregularitas eſt contra Epiſcopos, & quoſcunque alios iuſtè, vel iniuſtè voluntariè concurrentes ad deformationem alicuius in particulari, & practicè dicto, conſilio, opere &c. directè, vel indirectè ſequuto illius deformationis effectu, quia nullus conatus deformandi per ſe, vel per alium adhibitus ſufficit ad inducendam irregularitatem, niſi

niſi mors, vel mutilatio de facto ſequatur. Patet in toto titulo de homicidio, & ibi Doctores.

Degradatus Clericus eſt irregularis.

1 DEgradatus exercens ordinis actum, à quo eſt degradatus, manet irregularis noua irregularitate. c. excedens. 56. diſt. ibi gloſ. & Doctores. Nec dignus eſt diſpenſatione, etiam poſt pœnitentiam.

2 Degradatus Clericus (quod fit ob crimen grauiſſimum) priuatus eſt exequutione ordinis, & beneficio, & priuilegio Clericali. Itaque poteſt per Iudicem ſæcularem puniri; nec qui eum percutit, eſt excommunicatus. Sylu. degradatio n. 8. Tolet. l. 1. c. 17. n. 10.

Degradatio non eſt cenſura.

1 DEgradatio eſt duplex. Alia verbalis, alia vero actualis; ſeu realis. Degradatio verbalis idem eſt, quod depoſitio. Actualis vero, ſeu realis eſt pœna Eccleſiaſtica, qua vir Eccleſiaſticus priuatur omni exequutione ordinis, & beneficij adminiſtratione, & omni priuilegio clericali abſque ſpe reſtitutionisi, cum quadam ſollemnitate, de qua Sylu. ver. degradatio. n. 1. 2. & 3.

2 Degradatio non eſt cenſura. Quia cenſura eſt pœna, & vinculum quodam diſſolubile, & degradatio eſt pœna, & vinculum quodam indiſſolubile. Bonac. l. 1. de cenſ q. 1. p. 1. n. 4.

Dele-

Delegatus quando eſt ſuſpenſus. Vide Commiſſarius.

Delinquentes in ipſis Eccleſijs deformando non gaudent immunitate Eccleſiæ.

1 Ratio aſſignatur. Quia ex eo, in quo deliquit, puniri debet. Neque gaudere debet immunitatis priuilegio, qui facit ſe indignum. Neque ab Eccleſia tueri debet, qui Eccleſiam offendit. Et fruſtra legis auxilium implorat qui in legem committit, & fruſtra de vſur. Accidit quod ſi tales tuti eſſent in Eccleſia præſtaret ipſa Eccleſia occaſionem delinquendi. Nam omnes occiderent inimicos in Eccleſia ſcientes ſe ibi tutos, alias non occiſuri, vt dicitur in d. 1. fin.

Delictum ſub excommunicatione prohibitum faciens quando non eſt excommunicatus.

1 QVi delictum ſub excommunicatione prohibitum facit eo tempore, quo ſuperior, qui tulerat excommunicationem, erat excommunicatus, & denunciatus, non incurrit excommunicationem, Filliuc. quæſt. moral. tract. 11. c. 2. q. 9. n. 20. Suar. de cenſ. diſp. 3. q. 4. n. 13.

Depopulatores agrorum non gaudent Eccleſiaſtica immunitate.

1 Dicuntur depopulatores agrorum, qui ſegetes in agris deprædantur, & fructus, & vineas vaſtant. Verbum enim, populo, ſeu populor, ſignificat deprædari, & diripere; & præſertim agros, & quod populator agrorum dicatur, qui ad agros alienos diripiendos deſtructor accedit. Ratio nempe quare hoc delinquentium genus ſit exceptũ ab Eccleſiaſtica immunitate, vt in Bulla Greg. XIV. Quia iſti pluribus per inſidias exitium excogitant. Et etiam, quia publicam magis perturbant quietem, & ex propoſito inſidiantur. Et ideo in d. Conſt. tam diurni, quam nocturni depopulatores agrorum ſunt priuati hoc beneficio immunitatis Eccleſiæ.

Demoniacus eſt irregularis.

1 Irregularitas eſt contra Demoniacum, Energumentum, Arreptitium, Epilecticum, Lunaticum, furioſum, & ſimiles, tex. in cap. Maritum. cap. communiter cum gloſ. vtrobique 33. diſt. etiam ſi ſemel tantum talibus morbis quis fuerit infectus, & ſanus videatur, arg. §. fin. 15. q 1. Nau. c. 27. n. 203. Quia quemadmodum, qui ſemel eſt malus, ſemper præſumitur talis. Item quia in talibus nullus poteſt eſſe conſenſus. Nau. c. 27. n. 203. Dæmoniacus, Arreptitius, vel Energumenus

gumenus eſt ille, quem ſpiritus aliquis malignus corporaliter aliquo modo vexat, quod diuina voluntate fit duabus de cauſis. Prima in præmium, vel exercitium. 2. in pœnam. S. Hieron. in cap. Non ſolum 33. q. 5. vincta gloſ. Dæmones eſſe bonum eſt tum ad noſtram exercitationem, tum ad vindictam furoris, & iræ Dei.

Epileptici dicentur, qui Epilepſiam patiuntur; alij morbum Comitialem, alij Herculeum morbum appellant. Quandoque alij etiam ſacrum morbum dixerunt.

Lunaticus appellatur, qui in Interlunio genitus fuit cum luna ipſa mutabili defectum, atque motabilitatem patitur, menteque abalienatur ita, vt inſaniat.

Furioſus nuncupatur qui bili flaua, vel atra ita eſt plenus, vt tali bili aduſta, & petente caput, illum faciat omnino inſanire, baccarique eum cogit hominumque ſocietates, atque commercia fugere, ſimulque errare per inuia, & ſolitaria.

2 Irregularitas eſt etiam contra illum, qui ſe dæmoniacum ſimulauerit, cum talis non ſit ſext. Synod. Conſtant. c. 60. Maiol. l. 1. c. 27. n. 6.

Dentium defectus non conſtituit irregularem.

1 Dentium defectus nullum irregularem conſtituit dentes enim in iure non dicuntur membra corporis. Omnes. At proinde

inde euellens pugno dentes alterius, non ſit irregularis. Sayr.l.6.c.8. n.16 & S. Hieronymus dentes prominentes ſecuit. gloſ. in cap. qui partem. diſt. 15.

Dens quaſi dictus edens, lingua à ligãdo vocata
Traxit ab officio nomen vterque ſuo.

Detractor ſuperioris quando eſt excommunicatus. Vide Prædicator.

Depoſitio non eſt cenſura.

1 Depoſitio eſt priuatio exequutionis legitimæ officiorum, & beneficiorum Eccleſiaſticorum ſimpliciter, & ex toto abſque ſpe reſtitutionis, retento tamen vtroque priuilegio clericali, tum canonis ſiquis ſuadente. 17. q. 4. Tum fori, ita, vt conueniri non poſſit depoſitus in Iudicio ſæculari, nec capi, nec puniri à laicis. Sylu. ver. degradatio. Tolet. l. 1. c 17. n. 6.

2 Depoſitio non eſt cenſura; quia cenſura ex ſua inſtitutione poteſt auferri, poſita reſipiſcentia, & emendatione delinquentis depoſitus vero caret ſpe reſtitutionis.

3 Quando infligatur depoſitio docet. Gloſ. 13. q. 8. in ſum.

4 Depoſitio verbis, Degradatio actu fit: Priuat depoſitio honore, & dignitate. Maiol. l. 3. de irreg. c. 12.

Dia-

Diabolus non poteſt excommunicari.
Vide excommunicatio num. 35.

Diaconus quando eſt irregularis.

1 Diaconus, qui aliqua cenſura irretitus, Euangelium indutus Dalmatica, & mantpulo cantat, ſicut etiam Subdiaconus cenſura aliqua innodatus, ſi Epiſtolam cum manipulo cantet, erit irregularis. c. 2. n 2. de Cler. excom. & omnes. Sayr. l. 7. c. 10. n. 7. & idem ſi Calicem, vel Patenam ad Altare deferat, hoc enim munus eſt Subdiaconi, vnde, & hæc ei danturin Ordinatione S. Anton. 3. p. tit. 29 de irreg. c. 1. §. 1. & alij apud Sayr. loc. cit.

2 Clericus quilibet poteſt cantare Epiſtolam ſine manipulo, itemque Euangelium, & Paſsionem (ſine ſtola ſcilicet) ſi hoc faciat non tamquam Diaconus, ſed vt Cantor, vel lector; modo tamen non miniſtret in alijs; vt Diaconus, & Sacerdos omnia ſub ſilentio proferat. Nau. conſ. 5. de cleric. non ordin min. l. 5. Sà ver. Clericus n. 32.

3 Diaconus, qui de licentia Parochi tacita, vel expreſſa adminiſtrat alicui Euchariſtiam ſine neceſsitate, licet peccet, non remanet irregularis: quia exercet actum Ordinis, quem habet ſecundum ius diuinum licet ius poſitiuum vetuerit Diaconum adminiſtrare Euchariſtiam. Rodriq. de irreg. c. 166. Sylu. verb. Diaconus n. 4.

3 Diaconus ab officio prædicandi ſuſpenſus, ſi ſollemniter prædicat, fit irregularis. Nau. In man. c. 27. n. 163. & Greg V plent. tom. q. 18. p. 1. Negat Sayr. l. 4. Theſau. Concil. 19. n. 20.

Digito carens quando eſt irregularis. Vide manuum defectus.

Dignitatem Eccleſiaſticam à laico recipiens eſt interdictus.

1 INterdictum ab ingreſſu Eccleſiæ eſt contra eum, qui Epiſcopatum, vel Abbatiam, vel quamcunque inferiorem Eccleſiaſticam dignitatem de manu laicæ perſonæ cum effectu ſuſcipit, ideſt, eius poſſeſſionem accipit, & durat donec locum repiſcendo non deſerat; Vnde qui talem acceptat dignitatem à laico de factonon occupat, non incurrit hoc interdictum. Hæc cenſura ligat etiam conferentes, ſiue ſint Imperatores, ſiue Reges &c. c. Si quis deinceps. ibid quæſt. 7. Suar. loc. cit. n. 9. D. Aug. ſerm. 37. ad fratres in Eremo. Non intrat per oſtium ad Eccleſiam, qui per laicam poteſtatem intrat. Non enim laicis ſpiritualia dona tradita ſunt, ſed Domini Vicarijs. Vicarij Domini ſunt, qui vicem Apoſtolorum tenent. Caſtella autem, & Villas ſuas laici diſpenſent, bona autem Hipponenſis Eccleſiæ vigilanter attendant, ne tangant Diuites enim rato, vel nunquam pauperibus Sacerdotibus præbendas procurant, & ſi pro-

ſi procurant, non Dei amore procurant, ſed vt cum vxore; & familia de bonis Eccleſiæ gaudere valeant.

2 Et Paſchalis Papa. Siquis Clericus, Abbas, vel Monachus per laicos Eccleſias obtinuerit, ſecundum Sanctorum Apoſtolorum Canones, & Antiocheni Concilij Capitulum excommunicationi ſubiaceat.

Dimiſſorias litteras concedens quando eſt ſuſpenſus, vel Interdictus. *Vide Litteras.*

Diſpenſare quando poteſt Epiſcopus in irregularitate.

1 Non poteſt Epiſcopus diſpenſare in homicidio voluntario iuſto, vel iniuſto. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. ſed poteſt in homicidio caſuali occulto. ibid.

2 Item in homicidio patrato occulto cauſa defenſionis non ſeruato moderamine. Nau. c. 27. n. 239. & alij.

3 Item in mutilatione iniuſta occulta. Suar. diſp. 42. ſect. 4. n. 35. & alij,

4 Poteſt Epiſcopus cauſa cognita diſpenſare in irregularitate ex homicidio non ex propoſito, ſed caſu, vel vim vi repellendo. Trid. ſeſſ. 4. n. 7.

5 Poteſt Epiſcopus in ſua Diœceſi diſpenſare cum ſuis ſubditis in irregularitatibus prouenientibus ex delictis occultis, excepto

homicidio voluntario, aut delicto deducto in forum contentioſum. Trid ſeſſ.24. c.6.

6 In Irregularitate proueniente ex bigamia ſimilitudinaria cum virgine poteſt Epiſcopus diſpenſare: at in prouenientie ex vera,& interpretatiua ſolus Papa diſpenſat. Nau. c.27.ſum. n.147.

Diſpenſari poteſt ſuper irregularitate cum abſente.

1 QVia iuriſdictio cum alijs diſpenſandi ex ſe non pertinet ad forum pœnitentiæ; ergo æque circa abſentem, & præſentem exerceri poteſt. Bonac. de cenſ. tract. 1. diſp.7.q.5.p.1.n.5. Suar.tom.5.de cenſ.diſp. 41. ſect.2. n.10.

Doctores Legum, & Medicinæ quando ſunt excommunicati.

1 EXcommunicatio eſt contra Doctores legum, vel medicinæ, qui ſcienter docere, aut in ſcholis ſuis retinere præſumunt Religioſos dimiſſo habitu his ſcientijs vacantes, & nemini reſeruatur, cap.2. Vt periculoſa, ne Cleric. vel Monac.in 6.

Nota hic eos Doctores, ſeu Magiſtros incurrere hanc cenſuram. Primo qui ſcienter docent leges, ſeu medicinam Religioſum; qui habitum dimiſit. 2. qui talem Religioſum in ſuis ſcholis retinent, ſiue detentio fiat per

preces,

preces, conſilium, defenſionem, ſeu auctoritate, & fauore, ſiue per violentiam, quia poſitiuè concurrunt, & influunt in illam detentionem: Vnde fit, vt excuſentur ab hac cenſura Magiſtri, ſeu Doctores primo qui illas ſcientias docent, etiam ſcienter Religioſum non dimiſſo habitu ſuæ Religionis, quamuis diſcipulus ille alias peccet, & ſit excommunicatus.

2 Qui ignorantia facti, vel Iuris, etiam non omnino inculpabili id faciant, quia intra particulam, ſcienter, additur verbum præſumpſerit, quod maiorem contumaciam requirit.

3 Qui poſt legitimam eius expulſionem adhuc manet in ſcholis, quia tunc non dicitur in ſcholis detinere; Vnde poſſunt ſine ſcrupulo huius cenſuræ ſuum munus proſequi: Suar. diſput. 23. ſect. 4. num. 39. & ſeq.

Doctoratus gradum conferens quando eſt ſuſpenſus.

1 EPiſcopus in dando gradus doctoratus, non ſeruans Clementinam 2. de magiſtris, ſuſpenditur per ſex menſes à poteſtate dandi gradus, vt ibid.

2 Conferens gradum Doctoris, niſi ſub certa limitatione, fit ſuſpenſus à collatione gradus. Barb. alleg. 111. n. 38.

Domini, & Gubernatores temporales quando ſunt excommunicati.

1 EXcommunicatio eſt primo contra Dominos, temporales Gubernatores quorumcumque locorum, qui Inquiſitoribus in caſu hæreſis non parent; & ab iiſdem requiſiti ad hæreticorum credentium, fautorum, receptatorum, & defenſorum eorum capturam diligenter non intendunt.

2 Contra eoſdem Dominos, Temporales Rectores, & Officiales eorum, qui ſtatim, & ſine mora, omnique appellatione poſtpoſita condigne non puniunt huiuſmodi hæreticos per Inquiſitores de hæreſi damnatos, ipſorumque iuriſdictioni commiſſos.

3 Contra eoſdem Dominos, & Iudices temporales, eorumque officiales, qui de crimine hæreſis cognoſcere, aut iudicare audent, vel carcere detentos liberare ſine Inquiſitoris licentia.

4 Contra eoſdem, qui exequutionem à Diœceſano, vel Inquiſitoribus iniunctam facere, ſeu adimplere detractant, prout ad ſuum ſpectat officium.

5 Contra eoſdem Diœceſanorum, aut Inquiſitorum Iudicium ſententiam, ſeu proceſſum directè, vel indirectè impedire præſumentes, & nemini reſeruatur, c. 18. Vt Inquiſitionis de hæreſi in 6.

Circa quam nota primo hanc cenſuram incurri quocunque modo amore, lucro, amicitia

citia &c. aliquid fiat, quo impediatur progreſſus talis exequutionis.

Nota 2. hanc cenſuram comprehendere eos omnes neminem excipientes, qui ſcienter dant axilium, conſilium, vel fauorem in prædictis ſequuto effectu, & eos, qui animo obſtinato in excommunicatione per annum perdurarunt; tanquam hæreticos condemnari debere. Suar. diſp. 23 ſect. 4. n. 43. & ſeq.

Nota 3. quod licet hæc cenſura reſeruata non ſit, caueant tamen omnes, ne dum officio Inquiſitorum reſiſtunt, fiant hæreticorum fautores, quia tunc incurrunt excommunicationem Bullæ Cœnæ caſ. 1.

6 Excommunicatio eſt contra Dominos alioſque Rectores, & Officiales illius Ciuitatis, in qua Summus Pontifex moritur, ſi diligenter non obſeruant, quæ circa electionem Papæ ſtatuuntur, vel ſi fraudem in eis, vel circa ea commiſerint, & nemini reſeruatur. Cap. vbi periculum §. præterea, de elect. in 6.

Nota hic nonnullis caſibus ob bonum publicum laicis auctoritatem dari contra Clericos aliquid tuendi, aut in hoc præſertim caſu.

Nota etiam hodie ſatis eſſe officialibus ad euitandam hanc cenſuram ſuam adhibuiſſe diligentiam, & non commiſiſſe fraudem, vel dolum in obſeruatione eorum, quæ in textu ſtatuuntur. Caiet. c. 54. & Nau. c. 27. n. 121.

7 Excommunicatio eſt contra omnes Dominos temporales, qui præcipiunt ſuis ſubditis nec officia, ſeu obſequia communia Reip. perſonis Eccleſiaſticis exhibeant, ſci-

licet ne quiſquam vendant,aut emant aliquid ab eiſdem, neque ipſis biadam molant, coquant panem &c.& reſeruatur Papæ, cap.fin. de imm. Eccleſ. in 6.

8 Excommunicatio eſt contra Dominos temporales, omneſque alios, tam laicos, quam Eccleſiaſticos iuriſdictionem habentes, qui aliquem quomodolibet in loco interdicto cogunt diuina officia celebrare, & reſeruatur Papæ. Clem. II. grauis de ſent. excommun.

9 Hæc cenſura quoad perſonas eſt generalis, comprehendens Dominos temporales nobiles,& alios,qui aliquo modo cogunt &c. quoad vero actiones prohibet primo cogere, ſiue in propriam perſonam, ſiue in coniunctos, aut per ſubtractionum bonorum, vel per alium modum ſimilem directè aut indirectè, modo vera ſit coactio, & non inductio. 2. euocare publice, vel ſecrete tam excommunicatos, & interdictos ad audienda officia diuina in dicto loco interdicto. 3. prohibere, ne publice excommunicati, vel interdicti exeant ab Eccleſijs interdictis, dum in ipſis miſſarum ſollemnia celebrantur,etiam à celebrantibus, monit: per preces, vel per aliam inductionem mere voluntariam; nedum per coactionem.

10 Nominatim denunciatum excommunicatum vel interdictum à iure,vel ab homine incurrere nouam excommunicationem Papæ reſeruatam, qui dum miſſarum ſollemnia celebrantur admonitus ab ipſomet celebrante, vt exeat, & non vult exire, ſed

ibi

ibi vult permanere, & in his omnibus incurritut cenſura poſt ſequutum effectum violationis Interdicti.

Dormiens, ſi occidat quando eſt irregularis. Vide Furioſus.

1 DOrmiens, qui antea potuit, & debuit præuidere, & cauere, & non egit, & probabiliter putauit id mali euenturum eſt irregularis. Sà verb. Ebrietas.

Dubius ne cenſuram incurrat quid facere debeat.

1 DIco primo ſemper eſſe cõſultiſſimum ſub conditione abſolutionem procurare, & interim ſi gerere, vt excommunicatum quantum fieri ſine infamia, & ſcandalo poteſt.

2 A communione abſtinere, ſi inde ſequatur ſcandalum, quod quidem communiter ſequatur, ſi communis ſit perſuaſio, aut rumor de excommunicatione coutracta.

Duellum concedens, duellantes &c. ſunt excommunicati.

1 QVi locum ad monomachiam, ſeu ad duellum in terris ſuis conceſſerint, eo ipſo ſunt excommunicati, & iuriſdictio-

ne,

ne, dominioue loci, quod ab Eccleſia obtinent priuati intelliguntur. Trid. ſeſſ. 25. c. 9. Duellum eſt ſingularis pugna inter duos ad probationem veritatis hac conditione, vt qui vicerit, defeciſſe in probatione putetur. Dicitur duellum quaſi duorum bellum pugnare volentium, ex condicto. Dicitur Monomachia, quaſi vnica, vel ſingularis pugna.

2 Si feudalia ſint, directis dominis ſtatim acquirantur.

3 Si ex condicto permiſerint, aut non prohibuerint, mandantes, negantes, auxiliũ, conſilium, fauorem dantes, equos, arma, pecuniam, commeatum ſcienter miniſtrantes, aut ex compoſito ſpectatores, vel ſocij, iiſdem cenſuris ſubiaceant, quibus duellantes etiam ſi illi impediti pugnam non commiſerint. Gregorius XIII. anno 1582.

4 Qui pugnam commiſerint, & eorum patrini, excommunicationis, bonorum proſcriptionis, & perpetuæ infamiæ pœnas incurrunt, & vt homicidiæ puniantur. Trid. loc. cit.

5 Si in ipſo conflictu deceſſerint, perpetuo careant ſepultura. ibid. Vnde Raym.

Pro mercede pugil iniens cum fure duellum;
Si cadat in pugna, iaceat tellure profana.

6 Qui ex condicto, ſtatuto tempore, & loco conuento Monomachiam commiſerint, etiam ſi nulli patrini, ſotijue ad id vocati ſint, nec loci ſecuritas habita, nullæue litteræ prouocatoriæ, aut denunciationis cartulæ præceſſerint, cenſuris Concilij Tridentini, & pœnis teneantur, ac ſi certamen iniiſſent publico,

blico, & ſolito abuſu Greg. loc. citato.

7 Extenduntur prædicta ad omnem locum. Clem. VIII. an. 1592.

8 Et quomodocunque, & titulo quouis ineatur duellum. ibid.

9 Et qui ſcripta in hanc cauſam dictauerint, ſcripſerint, detulerint, affixerint, impreſſerint, ſubſcripſerint, ſeu verbo denunciauerint. ibid.

10 Qui conſilium dederint, etiam effectu non ſequuto, nec acceſſu, nec actu proximo ad pugnam prædictas cenſuras, & pœnas ſubiaceant. ibid.

11 Excommunicatio Papæ reſeruatur.

12 Pœnæ aliæ priuationis beneficiorum officiorum inhabilitatis ad illa imponuntur ibid.

13 Negatur Eccleſiaſtica ſepultura morientibus in duello, etiam ſi ante obitum dederint pœnitentiæ ſigna. Ritual. Rom. Pauli V. rubrica de exequij. Diana 4. Miſcell. reſol. 142. vide vulneratus.

14 Clerici prouocantes alium ad duellum, vel accipientes, vel acceptantes prouocationem ab alio factam, & in arenam deſcendunt, ſunt ipſo iure ſuſpenſi. Sylu. Tab. Maiol. dicit etiam eſſe irregulares ipſo facto.

15 Irregulares ſunt domini temporales, qui in ſuis dominijs dant locum, quod fiant duella, ſiue ſingularia certamina, in quibus ſit mors, aut mutilatio; cum ſint cauſa propinqua huius effectus. Patrini vero, & qui inſpiciunt, non videntur remanere irregulares, ſi qui prouocati ſunt, erant parati ad il-

lud,

lud, & de facto non fuerunt moti à dictis patrinis, aut aſſiſtentibus, licet eorum præſentia ſumpſerint audaciam.

16 Licitum eſt duellum aliquando: ob ſedandos enim aliquos exercitus contrarios licet pugnam ad duos reducere: ſimiliter cum aliquis cogitur ſub vitæ periculo aggredi duellum. Tolet.l.4.c.9 n.32.

17 Non eſt licitum duellum ad vitandam ignominiam, vel ad repellendam iniuriam, vel ad defendendum proprium honorem; quia honor in prudentia,& fortitudine mentis conſiſtit. Vnde maior honor erit prouocato prouocanti dicere. Ergo nolo ex condicto duellum acceptare, vt omni iure prohibitum, at tibi dico, quod ne me credas te timere, ſi me aggreſſus fueris, me deſcendam, tibi oſtendam qualis eſſe debeat mea defenſio. Direct.Theol.p.2.de homicid.cap.5.

18 Non afficitur excommunicatione qui alium prouocat ad pugnandum nullo ſtatuto loco, & tempore; & hoc etiam procedit in terminis Bullæ Clem, VIII.& ratio eſt, quia hæc actio non habet requiſita conſtituentia duellum, quod eſt prouocatio facta ex condicto, ſtatuto loco, & tempore,

19 Neque qui præmiſſa ob duellum prouocatione contulit ſe ad locum ſtatutum, & altero non comparente diſceſsit Riccius in Prax. tom. 3, reſol. 52. Io. Franc Suarez in Enchirid.caſ. conſ. i.7. ver. duellum. Scortia in Bull. Pontif. epit. 155. Theor. 492, & alij penes ipſum.

20 Neque qui diffidans alterum non animo

animo pugnandi, ſed cauſa honoris proprij defendendi, etiam ſi ad locum conuentum accedant abſque animo vere pugnandi; ſed tantummodo aliquos ictus inferendi, cum morali ſecuritate, quod nullum damnum ſecuturum ſit, ſed pax potius inde concilianda. Diana. Miſcell. reſol. 1. vbi alij.

21 Neque qui ad locum duelli cauſa inſpiciendi acceſſit, dummodo duellum, vel actus ad pugnam proximus ſecurus non ſit. Dian. ibid.

22 Neque ſpectans ex occulto duellum. Dian. ibid.

23 Neque qui tranſit obiter, & aſpicit duellum, cum non ſit ſpectator ex induſtria, & ex propoſito. Scotia cum Reginaldo, Sanchez, & Riccius in prax. tom. 3. reſol. 42. num. 2.

24 Neque qui dicit: Tecum pugnabo prima vice, qua tibi per Vrbem obuiam ero.

25 Nam tota Vrbs non eſt propria loci aſſignatio, quia locus non eſt certus. Nec eſt propria aſſignatio temporis, cum ſeſe obuiam habuerint; nam cum tempus ſit etiam incertum, non poteſt dici aſſignatio temporis, & in definitione Duelli requiruntur neceſſario hæ duæ conditiones, ita, vt altera illarum deficiente non erit duellum, quod eſt duorum bellum pugnare volentium ex cōdicto ſtatuto loco, & tempore. Mancin. in pract. viſit. in fin. pract. 4. n. 16. d. q. contra Bonacc.

26 Germani, alijque ſeptentrionales ſeu ob ignorantiam, ſeu quia conſtitutiones illæ ſecundum hunc ſenſum promulgatæ, & in vſum

vſum deductæ, non ſunt à cenſura excuſari cenſentur.

E

Ebrius quando eſt irregularis occidens.

1 QVi incidit in ebrietatem, aut freneſim ſine eius culpa, aut amiſit vſum rationis per quamcumque aliam viam inculpabilem, occidens tunc, aut deformans aliquem non remanebit irregularis. Communis in c. ſi fur. Si vero propria culpa inebriatus eſt, aut amiſit vſum rationis remanet irregularis, faciens dictum delictum habens ſimul experientiam ſui, quod ebrietas ſolet illum ponere in periculo aggreſſionis, & multo rationabilius remanet irregularis; ſi inebriatus eſt cum animo occidendi.

2 Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus aleæ, atque ebrietati deſeruiens, aut deſinat, aut certe damnaretur: ſubdiaconus autem, aut Lector, aut Cantor ſimilia faciens; aut deſinat, aut communione priuetur, ſimiliter, & laicus. Can. Apoſt.

Vina bibas parcè, monet iſta Loth, & faber Arca.

3 Ebrietas cor mutare, & mentem alienare ſolet. Greg. ſup. 1 reg. Ebrietas excæcat ſenſus. Chryſoſt. ſup. Gen. hom. 29. Ebrietas voluntarius eſt Dæmon. ibid. Ebrioſo aſinus melior. idem ſup. Matth. hom 59.

Vina parant animos Veneri.

In

In vinum confertur plerumque culpa.
Quod ſi loqui poſſet, ſe defenderet.

Eccleſiæ immunitate qui gaudent. Vide Extrahens.

Eccleſiæ libertatem impediens, eſt excommunicatus. Vide Libertas.

Eccleſiam debitis grauans eſt ſuſpenſus.

1 SVſpenſio eſt ab adminiſtratione ſpiritualium, & temporalium contra Prælatos, & alios beneficiatos, qui Eccleſiam ſibi commiſſam præſumunt alienis debitis grauare aut litteras, vel ſigilla alij concedere, quibus poſſit eam obligare, & reſeruatur Epiſcopo præmiſſa Eccleſiæ grauatæ ſatisfactione c. 2. de reſolut.

Eccleſia polluta quando inducit ſuſpenſionem.

1 CElebrans in Eccleſia publicæ polluta eſt ipſo iure ab ingreſſu Eccleſiæ ſuſpenſus. Viuald. Sylu. Angel. afferentes pro ſe c. Epiſcopum de priuil lib. 6. Sed illud cap. loquitur ſolum de eo, qui celebret, aut celebrare facit in loco interdicto, non autem de celebrante in Eccleſia polluta, & violata,

& in

& in feſtis, quibus iure ſuſpenditur interdictum loci, non licet in loco, ſeu Eccleſia violata celebrare arg. eorum, qui traduntur. gloſ. in cap. tuum in verb. ad auxiliatorem de priuil. Henriq. Sayr.

2 Sed ob multorum conſolationem dicendum eſt celebrantem in Eccleſia publice violata, quamuis peccet mortaliter, niſi vrgente neceſſitate id fiat de licentia Epiſcopi, ex S. Tho. 3. p. q. 83. a. 2. irregularem tamen, aut ſuſpenſum non effici, quia pollutio Eccleſiæ non eſt proprie cenſura Interdicti Palud. Tab. Richar. Scot. Sot. Aſt. Philiarch. de Graff. Piſan. Tolet. Tebaſt. Med. Henriq. & alij. Vnde verſus.

Si ſit pollutum coitu, vel ſanguine templum,
Quamuis delinquat grauiter, quicunq; ſciēter,
Tunc in eo celebrat: non eſt tamen irregularis.

3 Polluitur autem Eccleſia in his caſibus. Primus eſt quando intra Eccleſiam humanus ſanguis iniurioſè effunditur, aut cauſa naturalis eius effuſionis, aut mortis datur. Cap. Eccleſijs de cenſur. d. 1. c. propoſita eſt de conſ. Eccleſ.

Secundus quando ſemen humanum illicite effunditur in Eccleſia. C. Eccleſijs d. 68. & c. Eccleſijs de conſ. diſt. 1.

Tertius quando in Eccleſia aliquis excommunicatus ſepelitur tex. in cap, Contuliſti de conſ. Eccleſ.

Quartus quando in Eccleſia illa aliquis infidelis ſepelitur. tex. Eccleſiam 1. & 2. de conſecr. d. 1. Aduerte tamen, quod quamuis excommunicato ibi ſepulto ſufficit reconci-

liatio,

liatio, in hac tamen vltra communem reconciliationem ſunt etiam parietes abradendi. Abb. quem ſequatur Nau. contra Sayr. &c.

Quintus quando Eccleſia fuit conſecrata, aut benedicta per Epiſcopum excommunicatum publicum. arg. d. c. conſuluiſti. Vnde Raym.

Aedes ſi ſacra ſit fuſo polluta cruore.
Vulneris, aut mortis: hominis quoque ſpermate tincta:
Aut ſi banniti fuerint in ea tumulati,
Vel ſi præſul eam nodatus forte ſacrauit.
Interdicatur: donec prius hæc renouetur.

Eccleſia polluta, cenſetur pollutum contiguum Cæmeterium, non è contra Barboſ. de poſ. Epiſc. alleg. 27. n. 29.

Eccleſiæ res rapientes cum effractione ſunt excommunicati. Vide Surripientes.

Eccleſiaſticam iuriſdictionem vſurpans eſt excommunicatus. Vide Vſurpans.

Eccleſiæ ornamenta &c. ſurripiens eſt excommunicatus.

1 Excommunicatio eſt contra eos, qui lapides, ſeu alia ornamenta de Eccleſijs, vel alijs locis ſacris ſurrepta habent aut in ſurripiendo, ſeruando, vel retinendo auxi-

lium,

lium, aut fauorem præſtant, niſi à die habitæ huius excommunicationis notitia cum effectu reſtituant, & reſeruatur Papæ extr. 3. cum prouide Sixt. IV.

Eccleſiæ viſitator quando eſt ſuſpenſus. Vide Viſitator.

Eccleſiaſticam perſonam moleſtans eſt excommunicatus, & locus interdictus.

1 COllegium, ſeu Vniuerſitas Ciuitatis, Caſtri, locique alterius, qui Eccleſias, Eccleſiaſticaſque perſonas pro ſe, rebuſque ſuis portandis, exportandiſque (non tamen negotiandi cauſa) ad ſoluendum quidpiam compellit interdicto ſubiecta eſt, donec acceptum totum reſtituerit, ac pro delicto huiuſmodi ſatisfecerit 8. cap. quemquem de cenſur. in 6.

2 Excommunicatio eſt in Bulla Cœnæ. Primo contra omnes qui interficiunt, mutilant, vulnerant, percutiunt, capiunt, incarcerant, detinent, vel hoſtiliter inſequuntur S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Sediſque Apoſtolicæ Legatos, vel Nuncios.

Secundo contra eos, qui aliquem ex numeratis è ſuis territorijs, terris, ſeu dominijs eijciunt.

Tertio contra talia mandantes, rata habentes,

bentes, & præſtantes eis auxilium, conſilium, & fauorem, circa quem.

Nota primo ad incurrendam hanc cenſuram ſatis eſſe ex dictis actionibus vnam ex ſuo genere mortalem, ſed non quodcunque mortale peccatum ſufficit, ſed quando ſciens, & cognoſcens eum eſſe Cardinalem, Vel Patriarcham &c. eundem percutit, vulnerat &c. ſecus ſi eum non cognoſcit, vel offendit &c. ad defenſionem propriæ vitæ, aut Epiſcopus offenſus non ſit adhuc conſecratus.

Nota ſecundo per datum auxilium &c. non incurri hanc Cenſuram, niſi ſequatur effectus offenſionis. cap. fælicis de pœnit. in 6. Neque per impedimentum datum, ne adeant ſuam Diœceſim, terras, &c. ſed aliam excommunicationem extra ſuper gentes Io. 22. quia impedire non eſt eijcere, vt ex verbis Bullæ patet.

3 Eijcientes Epiſcopos, & alios maiores Prælatos ab eorum Diœceſibus, & terris, ſiue in eis temporalem, ſiue ſpiritualem iuriſdictionem habeant, incidunt in excommunicationem hanc Bullæ Cœnæ; non tamen, ſi ab eorum terris patrimonialibus. Leon Durand. in comm. Bullæ Cœnæ. l. 2. c. 11. q. 9. n. 6. & 8. vbi n. 9. docet ad incurrendam huiuſmodi excommunicationem non eſſe neceſſariam expulſionem, quæ facto fit, ſed ſatis eſſe verbalem, inijciendo metum.

4 Cardinalis ſe ipſum percutiens non eſt excommunicatus ex Bull. Cœnæ. Bonac. t. 3 d. 1. q. 12. p. 3. n. 3.

Eccle-

Eccleſiæ bona vſurpans eſt excommunicatus. Vide Bona Eccleſiæ.

Eccleſiæ Cathedralis bona occupans vel alienans eſt ſuſpenſus, vel interdictus. Vide Bona Eccleſiæ.

Eiecti è Religione ſunt ſuſpenſi.

1 Electi è Religione extra illam degentes ſunt perpetuo ſuſpenſi ab exercitio ordinum, ſublata ordinarijs locorum facultate dictam ſuſpenſionem relaxandi, ac moderandi. S. Cong. Card. ſub die 21. Septembris 1624. relata à Diana tract. 2. de irreg. reſol. 66.

2 Eiectus dicitur qui à ſuo ſuperiore fuit eiectus à Monaſterio culpa ſua forte exigente. Armill. Religioſo §. 16.

3 Religioſi eiecti audiant Auguſtinum Epiſt. 137. ad plebem Hipp. Ex quo Deo ſeruire cepi, quomodo difficile ſum expertus meliores, quam qui in Monaſterijs profecerunt, ita non ſum expertus peiores, quam qui in Monaſterijs ceciderunt. Quare aptari illis poteſt viſio Hierem. c. 24. qua vidit ficus bonas, bonas valde, & malas, malas valde. Idem refert Caſſian. collat. 4. c. 19. ſcilicet Religioſos malos peiores eſſe ſæcularibus. Corruptio optimi peſſima.

Ele-

Electioni Monialium qui interſunt quando ſunt excommunicati. Vide Prælatus quando eſt excommunicatus.

Epiſcopus quando ſuſpenditur. Vide Bigamus num. 3.

1 SVſpenſio à Pontificalibus eſt contra Epiſcopum, quo nomine excepto Papa, maiores intellige, qui ſcienter conſecratur ab Epiſcopo hæretico, ſchiſmatico, excommunicato, interdicto non toleratis, aut à ſimoniaco per ſententiam declarato; hos enim ſolos etiam in ſacris tenemur vitare, & toleratorum actus in gratiam, & vtilitatem aliorum validi ſunt CoinK diſp.15.dub.5. de ſuſpen.n.31. Quia nemo dat, quod nõ habet. Vnde hæc non eſt pœna: ſed eſt defectus poteſtatis in dante, & reſeruatur Papæ, cui immediatè ſubijcitur; in caſu vero ignorantiæ ſi habet Patriarcham, vel alium Primatem, quem vt ſuperiorem recognoſcit; quo ad extenſionem ordinis, ei hæc cenſura reſeruatur. Suar.diſp.31.ſect.1. n 65.

2 Suſpenſio à Pontificalibus eſt contra Epiſcopum etiam cuiuſuis priuilegij prætextu Pontificalia exercentem in alterius Diœceſi, ſine Ordinarij loci expreſſa licentia, aut Capituli Sede Epiſcopali vacante, vel cum dicta licentia in non ſuos, aut in perſonas ei-

I dem

dem Ordinario non ſubiectas, & reſeruatur Papæ. Conc.Trid.ſeſſ.6. cap.5. de refor. & ibi longe Card. Hanc licentiam dare non poſſunt Vicarij generales, niſi ad hoc ſpeciale mandatum habeant. cap. nullus de temp. ord. in 6.

3 Epiſcopi in aliena Diœceſi celebrare minime poſſunt cum Baculo, & Mitria, quia Baculus, & Mitra ſunt ſigna Iuriſdictionis, & ſuperioritatis. vt notat Gratian.com.3.c.467. n.6. vbi Baculum æquiperat Vexillo crucis, quo vtitur Archiepiſcopus; & apparet in verſibus, quos addunt Gloſſa in cap. vnic. ff. finali.

In baculi forma, Praſul, datur hæc tibi norma,
Attrahe per primũ, medio rege, punge per imum.
Attrahe peccantem, rege iuſtos, punge vagãtes.
Attrahe, ſuſtẽta, ſtimula; vaga, morbida, lenta.

Ergo nullo modo licitus eſt eius vſus in aliena Diœceſi ſine licentia Ordinarij.

4 Si ordinauerit etiam in propria Diœceſi non ſibi ſubditum ſine Ordinarij ſui dimiſſorijs, morumque teſtimonio à collatione ordinum per annum eſt ſuſpenſus. Trid. ſeſſ. 23. de refor. c.8.

5 Si ordinauerit Sacerdotem indignum ſuſpenditur à collatione ordinis Sacerdotalis. c. ſi qui Epiſcopi 1. q. 1.

6 Audiant Epiſcopi ordinantes indignũ Sacerdotum quid dixit B. Petrus Apoſtolus, D. Leoni primo Pontifici Maximo, qui (vt inquit Sofronius Prat. ſpirit. cap. 149. tom.6. ann. 461.) æqualis Angelis quadraginta dies perſeuerauit ad ſepulchrum Apoſtoli Petri vigilijs,

gilijs, & orationibus inſiſtens petenſque ab Apoſtolo, vt pro ſe apud Deum intercederet, vt dimitterentur peccata ſua: Impletis diebus quadraginta apparuit ei Apoſtolus Petrus, dicens ei. Oraui pro te, & dimiſſa ſunt tibi omnia peccata tua præterquam impoſitionis manuum. Hoc ſolum abs te requiretur, ſiue bene, ſiue forcaſſe male egeris. Quæ vltima verba, vt obſeruat Baronius loc. cit. non poſſunt intelligi de culpa, cuius remiſſio non poteſt dimidiari iuxta illud.

Larga Dei pietas veniam non dimidiabit,
Aut nihil, aut totum te lacrymante dabit.

Sed intelligitur de pœna, quam daturus fuiſſet S. Leo pro peccatis illorum, qui à ſe indigne promoti fuiſſent ad ſacros ordines, & gradus Eccleſiaſticos communicans ita peccatis illorum, vt admonet S. Paul. ad Timotheum dicens. Manus cito, nemini impoſueris, neque communicaueris peccatis alienis.

7 Si ad beneficium præſertim curatum admittat, à beneficiorum collatione eſt ſuſpenſus c. graue nimis de præbend. Trid. c. 3. ſeſſ. 7. de refor.

8 Si ordinauerit aliquem accepta ab eo promiſſione de non petendo ab ipſo prouiſionem ſuam, ſuſpenditur per triennium à collatione ordinum. c. ſi quis de ſimon.

9 Si ordinauerit vno die aliquem ad duos ſacros ordines, vel die ſabbathi ad vnũ, ſequenti vero dominica ad alterum, licet continuato ieiunio, ſuſpenditur à collatione eorumdem ordinum quouſque diſpenſatur à

Papa. Clem. littera de temp. ordin.

10 Si accedat ad propriam Eccleſiam ſine litteris Apoſtolicis. extr. 1. de elect. Suar. in d. ſect. 5. n. 23.

11 Si inuito, aut reclamanti primam tonſuram conferre præſumpſerit, per annum à celebratione miſſæ ipſo iure eſt ſuſpenſus, cap. Epiſcopus, qui inuitum diſt. 74.

12 Si tutelaris Epiſcopus alienum ſubditum ſine Prælati proprij expreſſo conſenſu ſub aliquo prætextu, ſeu familiaritatis continuæ tonſurare præſumpſerint, eſt per annum à Pontificalibus ſuſpenſus. Trid. ſeſſ. 18. de refor. c. 2.

13 Si abutens officio Inquiſitorum in cauſis fidei, ſuſpenſus eſt ab officio per triennum. Clem. 1. § verſum de hæret. Nau. c. 27. ſum. n. 100. & Sayr. de cenſ l. 4. c. 12. n. 50. vbi docent, qui in hac parte dicantur eiuſmodi officio abuti. Trid. ſeſſ. 25. c. 14. de refor.

14 Si ferat Cenſuras non ſeruata forma c. 1. de ſent. excom.

15 Si percipiat fructus primi, vel ſecundi anni beneficij alicuius defuncti ita, vt non relinquat portionem in extr. ſeq. ſtatutam ſucceſſori, eſt à Pontificalibus ſuſpenſus, & ab ingreſſu Eccleſiæ, & durat donec reſtituat. extr. 2. incip. ſuſcepti regiminis: de elect. Nau. 22.

16 Si conferat primam tonſuram illitterato, qui ſaltem requiſita à Trid. ſeſſ. 23. c. 4. de refor. non habeat, vel infanti infra ſeptennium, ſuſpenditur per annum à collatione primæ tonſuræ, cap. fin. de temp. ord. in 6.

Suar.

Suar. de cenſ diſp.31.ſect.5.n.1. & ſeq. Tonſura eſt gradus primæuus, quæ ſolet iuuenibus conferri, de quibus ſpes eſt, vt ſtudeant, & doctiores fiant c. fin.de temp.or.d 6.

17 Si eſt Concubinarius, & à Synodo Prouinciali monitus non ſe emendat. Prælatus peccans, tot mortibus dignus eſt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmittit. Vnde tanto cautius debet ſe à peccato cuſtodire, quanto peccando non ſolus tantum moritur, ſed omnium animarum, quas prauis exemplis deſtruit, reus eſt. Gr. Paſt. p. 3. adm. 5. Et Chryſoſt. hom.1.in Epiſt. ad Hebr. Nullus autem, qui carnalibus cupiditatibus, & voluptatibus eſt alligatus dignus eſt ad te accedere, vel miniſtrare, Rex Gloriæ, tibi enim miniſtrare magnum eſt, & ipſis cæleſtibus poteſtatibus terribile.

18 Si non diligenter examinauerit perſonam electi ad regimen animarum; & formam, ſeu proceſſum electionis, eſt ſuſpenſus à poteſtate confirmandi primum ſucceſſorem, & à beneficio; & ſuſpenſio reſeruatur Papæ c.44.nihil de elect.

19 Audiant Epiſcopi negligentes Chryſoſtomnm hom. 3. in act. dicentem. Non arbitror inter Epiſcopos multos eſſe, qui ſalui fiant, ſed multos, qui pereant, qui ſæpe non damnantur proprijs peccatis, ſed alienis, quæ non curauerunt. Indignum eſt dare Deo, quod dedignatur homo, & cœcum animal offert, qui ordinat indoctum in loco docti, magiſtrumque facit, qui vix diſcipulus eſſe poterat. cap. fin. 49. diſt. longa debet vitam

ſuām probatione monſtrare, cui gubernacula committuntur Eccleſiæ c. in Sacerdotibus. 61. diſt. Nihil magis officit Eccleſiæ, quam quod indigni admittantur in Eccleſia. c. nihil de elect. & Leo in cap. miramur 61. diſt. Sic miramur tantum apud vos per occaſionem temporis impacati, vt ambientium præſumptionem, aut tumultum valuiſſe popularem, vt indignis quibuslibet, & longe extra Sacerdotale meritum conſtitutis paſtorale faſtigium, & gubernatio Eccleſiæ crederetur; non enim hoc eſt conſulere populo, ſed nocere, nec præſtare regimen, ſed augere diſcrimen, integritas enim præſidentium ſalus eſt ſubditorum, alioquin iudicium æternum eos manet.

20 In eligendis ad animarum curam cōſideretur vitæ probitas ſcientia, induſtria, & prudentia in rebus agendis. Bannes 2.2, q. 63. a. 2. col. 11 Scientiæ probitas præfertur interdum comparatiuè induſtria, & prudentia anteferri debet; ibid.

21 Ad animarum curam ex approbatis, quem magis, conſiderata ętate, moribus, ſcientia, prudentia, idoneum putabit, eligat Epiſcopus. Trid. ſeſſ. 24. c. 18.

Sanctius eſt paucos certa virtute probatos
Quam multos prauos in templis eſſe miniſtros.

Dignum eligere omiſſo digniori, ex genere peccatum mortale eſt. D. Thi 22. q. 185. a. 3. & alij.

22 Ars artium eſt regimen animarum, pollens virtutibus, & coactus accedat ad regimen animarum. Greg. in paſtor. Abbas prius

prius probandus, quam eligendus, ibid.
23 Paſtor,& prælatus inutilis,aut negligens non ſolum; non eligendus, ſed remouendus eſt; de offic. iuſt. 1. Non poteſt eſſe Paſtoris excuſatio, ſi rapax lupus oues comederit, & paſtor neſciuerit. Vt cap. Quamuis extr. de reg. iur. Vnde Raym.
Paſtor, cuius ouis pradone rapace voratur;
Non excuſatur, neceſſe licet fateatur.
Inuigilent curis animarum nocte, dieque,
Si ſit opus proprias dent pro Chriſti lege vitas;
Sicut dedit ille de quo legitur.
Hic procumbo ſolo. ſceleri dum peccare nolo.
Vulnera facta dolo dant habitare polo.
24 Talis debet eſſe Rector, quod proponat verbum doctrinæ ignorantibus, & menſam ſuam indigentibus. Aug. Quia facultas Eccleſiæ quadripartienda eſt,& vna cedat Pontifici, altera Clero, Tertia templo, Quarta pauperibus. Sylu. Papa in Conc. Nicen. cap. 5. Vide D. Bernardum contra Clericos clamantem in Epiſt. 2. ad Fulc. Quicquid præter neceſſarium victum, & ſimplicem veſtitum de altari retines, tuum non eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt, & quod vni dico, omnibus dico, & Aug. ſerm. 7. ad erem. Mementote, quod pauperẽ vitam Sacerdos gerere debet, quod ſupereſt præter victum, & veſtitum pauperibus dare non differat; quia omnia, quæ habet, pauperum ſunt. Ignominia Sacerdotis eſt proprijs ſtudere diuitijs Aurum habet Eccleſia non, vt ſeruet ſed vt eroget,& ſubueniat in neceſſitatibus. Ambroſ. Quæ autem ordinandus habere debeat ſunt quinque, quæ in

hoc diſticon continentur.

Sacra parans Domino ſit prudens Sãctus, & ipſi
Charus coniunctus Religione ſciens.

25 Vrbanus VIII. die 12. Decembris 1634, Sancta Synodus. Omnes, & ſingulos Patriarchas, Metropolitanos, Archiepiſcopos, etiam S.R.E. Cardinales à ſuis Eccleſijs abſentes in virtute Sanctæ obedientiæ, & ſuper Interdicti ingreſſus Eccleſiæ &c. eo ipſo abſque alia declaratione incurrenda monuit, vt ad Eccleſias, ſeu ad Diœceſes ſuas, & ſe perſonaliter conferre, ac ibidem, vt tenentur reſidere debeant.

26 Non reſidente Epiſcopo magna incommoda ſequuntur, ſcilicet, ſæculares de facili bona Eccleſiæ diſperdunt, & dilapidant, ac eius iuriſdictionem, & libertatem infrigere tentant. Et Clerici, & cæteri Religioſi, quaſi oues non habentes paſtorem extra caulas præceptorum, ac obſeruantiarum Eccleſiaſticarum vagantur, ſine aliquo timore pœnæ, & cum magno præcipitio doctrinæ, & deperdimento morum Eccleſiaſticorum, & magno ſcandalo ſæcularium. Hinc bonæ diſciplinæ pereunt. Conciones non frequentantur, lectiones omittuntur, Seminaria non cuſtodiuntur, loca ſacra polluuntur, & ſacra officia male peraguntur, & denique omnia confuſione plena videntur. Vlterius pauperes patiuntur, moniales non bene gubernantur, hoſpitalia non bene regulantur, & officia pietatis contemnuntur. Conc. Trid. de reſid.

27 Epiſcopus abſens à ſua Diœceſi poteſt

teſt ſubditos excommunicare in notorijs, in quibus non requiritur cauſæ cognitio. Lupus in c.1.n.4.de priuil.in 6.Nau.c.27.Summ.n.6.

28 Reſidentia dicitur aſſiduitas commorationis in loco beneficij cauſa ſeruitij Eccleſiaſtici perſonaliter præſtandi.

29 Cauſa à reſidentia excuſantes ſunt Chriſtiana charitas, vrgens neceſſitas, debita obedientia, & euidens Eccleſiæ, aut Reip. vtilitas. Omnes.

30 Epiſcopis in Trid. Concil. permittitur, vt in anno duorum, vel trium menſium ſpatio ab Eccleſijs abeſſe poſſint ſine gregis commiſſi detrimento. Occupatus in ſeruitio Papæ; quia ſeruit Eccleſiæ vniuerſali habetur pro reſidente in beneficio Eccleſiæ particularis.

31 Leo IV. Pontifex maximus Cardinalatus honore. Anaſtaſium tituli Sancti Marcelli priuauit; quia cōtra Canones quinquennium à Parrochia ſua abfuerat. In eius vita.

32 Epiſcopus nō ſeruans ea, quæ ſtatuta ſunt à Ioanne XXII. in Extr. 2. de elect. quoad perceptionem fructuum Epiſcopatus anni primi, & ſecundi non relicta portione ſtatuta ſucceſſori ibidem ſuſpenditur à Pontificalibus, & ingreſſu Eccleſiæ. Barboſ. alleg. 114, n 32.

33 Ingreſſus Eccleſiæ prohibitus facit ne in Eccleſia poſſit celebrare diuina, & durāte Interdicto non poteſt Epiſcopus ſepeliri in Eccleſia neque in Cœmeterio, niſi pœnitentiam egerit, & fit irregularis ſi in Eccleſia celebrat. ibid. nu. 33.

34. In Curia Regum, & aliorum ſæcularium Principum fungentes munere, & officio Regij Præſidis, vel Confeſarij, vel Conciliarij, aut Proregis, nõ eximuntur à reſidentia ſuorum Epiſcopatuum, niſi ſit ea hominum penuria, vt alij ſatis idonei minime reperiantur, qui hæc pręſtant obſequia, nec in hoc caſu Cæſaris facultas, de qua in Auth. quom. oportet Epiſ.coll. 1. & in Auth. de ſent. Epiſc. coll. 9. aliquem vim habet. Barboſ. de pot. Epiſcopi p. 3. alleg. 52. n. 17.

37 Vnde Io. Sancius Hiſpani in ſuis collectis diſp. 47. n. 26. ſic ait. Proh dolor, arbitrantur aliqui ſe Chriſti Vicarium agere poſſe, & Cæſaris. Nimis diſtans eſſe paſtorum ouium, & ſedere Iudicem cauſarum ciuilium, nullus ignorat. Neminem poſſe duobus dominis ſeruire Chriſtus eſt teſtatus. Emitte Deus lucem Cæſari, vt velit excludere à ſuis Aulis Prætorijs, & tribunalibus Eccleſiaſticos, & tractent fabrilia fabri.

Epiſcopus incurrit irregularitatem & excommunicationem quæ fertur in aliquo iure generali.

1 NVllo iure excipiuntur Epiſcopi ab incurrendo irregularitatem, quæ fertur aliquo iure generali, imo nec ab incurrendo excommunicationem quamuis iure cap. Quia periculoſum. 4. de ſent. excom. in 6. excipiuntur ab incurrendo ſuſpenſionem, & interdictum, quæ iure generali feruntur;

rantur; quæ ſunt diſtincta ab irregularitate, & ab excommunicatione. Turrian. de cenſ. l. 8. diſp. 59. dub. 1. Hurtado diſp. 1. de irreg. diff. 7. n. 26. contra Maiolum. Sed quia iſte Doctor erat Epiſcopus, agebat cauſam ſuam & ſine fundamento loquitur, vt ait Diana tract. 2. de irreg. reſol. 53.

Epiſcopo excommunicato non eſt obediendum.

1 EPiſcopo excommunicato, vel hæretico non tenentur Sacerdotes, nec vaſſalli præſtare obedientiam. Gloſſ. in can. Sacerdotes 2. q. 7. Auil. de cenſ. 2. p. c. 6. diſp. 11. dub. 9. concl. 2. Idemque dicendum, ſi Epiſcopus præcipiat contra Canones. Felin. in c. ſi quando de reſcrip. in principio.

Epiſcopus quandò interdicitur

1 INterdicitur Epiſcopis ingreſſus Eccleſiæ primo ſi excommunicent ſine monitione canonica, & præſentibus teſtibus. cap. ſacro de excom.

2 Si Epiſcopus de manu laicæ perſonæ cum effectu ſuſcipit Epiſcopatum, vt in can. Si quis deinceps 10. q. 7.

3 Si gloſſas, annotationes &c. abſque auctoritate Papæ ſuper decretis Cōcilij Trid. edere audeant, vt cauetur in con. 73. incipiens Benedictus Deus Pij V. editæ 1664. regiſtr. in Bull. vlt. edit. tom. 2. pag. 104.

4 Si præſumant bona Eccleſiarum &c. præterquam in caſibus à iure in præmiſſis alienare, vt in extr. ambitioſæ de rel. Eccl. non alien.

5 Si occaſione Viſitationis accipiunt procuratione in pecunia,& nō in victualibus vt in c.exigit de conſil·in 6. Vide Viſitatores.

6 Si ſibi vſurpant ſine iuſto titulo bona Eccleſiarum vacantium, vt in cap. præſenti, de offic. ord· in 6. & in extr. vnica. Ne Sede vacante.

7 Si præſumant in confidentiam beneficia Eccleſiaſtica recipere, vt in extr. 109. Pij IV.

8 Si Epiſcopi doctorandi facultatem habentes, aliquem promoueri patiantur non præmiſſa fidei profeſſione, vt in extr.Pij IV.

9 Si extra caſus neceſſarios ingrediantur monialium Monaſteria, vt in extr. Gregorij XIII. incip. Dubijs, quæ emergunt.

10 Si Metropolitani non denunciant Summo Pontifici abſentiam ſuorum ſuffraganeorum, & ſuffraganei antiquiores abſentiam ſuorum Metropolitanorum, vt decreuit Trid, ſeſſ. 6.c·1·§.creſcente reformatione.

Epiſcopus quando eſt excommunicatus.

1 EPiſcopus conferens ordines per ſimoniam realem eſt ipſo facto excommunicatus excommunicatione reſeruata Papæ, extr.cum deteſtabile de ſim.

2 Item

2 Item eſt ſuſpenſus à collatione cuiuſuis ordinis, etiam primæ tonſuræ, ab exequutione omnium munerum pontificalium, & à conſecratione templorum, calicum &c.

3 Eidem eſt interdictus ingreſſus Eccleſiæ, & ſi contra ſuſpenſionem,& interdictum illud fecerit, eſt ſuſpenſus ab adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ, & à perceptione fructuum omnium ſuorum beneficiorum, ex. 91. ſanctorum, & ſalutare. Sixti V. editæ ann. 1588. & in male promou. & promotos. Sufficit autem ad incurrendam eiuſmodi ſimoniam realem, vt impleatur ab vtraque parte ſaltem quoad aliquam partem præmiſſorum. Nau. c. 23. ſum. 105.

4 Excommunicatio eſt contra Epiſcopum, qui in aliena Ciuitate, vel Diœceſi diuerſarum linguarum ſuſcipit gubernationem eorum, qui ſunt ſuæ priuſquam ſuſcipiatur à proprio Epiſcopo in coadiutorem, & Vicarium ſuum, & nemini reſeruatur, c. 14. quando de off. ord.

Epiſcopus quando eſt irregularis.

1 EPiſcopus, vel alius Eccleſiaſticus excommunicatus, ſuſpenſus, vel interdictus, qui facit coram ſe celebrare, præſtans authoritatem celebrationi, manet irregularis. Mau. c. 27. ſum. 244. Auila de conſ. p. 7. diſp. 9. ſect. 2. dub. 6.

2 Epiſcopus conferens ordines, etiam minores tempore generalis Interdicti à iure, vel ab homine, ſiue ab ipſomet lati, fit irregularis.

gularis. Couar. in cap. alma mater: p. 2. §. 1. n. 4.

3 Epiſcopus, & quiuis alius, qui iuſtè, vel iniuſtè voluntarie concurrit ad deformationem alicuius in particulari; & practicè dato conſilio, opere &c. directè, vel indirectè ſequuto effectu, manet irregularis. extr. titulo de homicid.

4 Epiſcopus habens iuriſdictionem temporalem in aliquo loco, debet conſtituere iudicem laicum, qui in cauſa præcipuè criminali faciat iuſtitiam; nec incurrit irregularitatem, dum delegat in aliquo malefico, ſequuta pœna ſanguinis, ſi nec directè, vel indirectè illam iudici indicet, ſed ſolum dicat, quod faciat iuſtitiam, & quod conſulat peritos: cap. ex litteris, de exceſſ. prael. Armill. ver Epiſcopus n. 24.

5 Irregularitas eſt contra Epiſcopum, & quemlibet alium Prælatum, qui prætextu iniuſtæ excommunicationis Imperatorem, vel Principem adierit, & reſeruatur Papæ, ex cap. ſi quis Epiſcopus: in Concil. 11. q. 5. vbi Auila dicit circa irregularitatem nunc attendendam eſſe conſuetudine M. Auila. p. 7. diſp. 9. ſect. 1. dub. 1. can. 3.

6 Irregularitas eſt contra Epiſcopum, qui conſecratus per ſaltum prætermiſſo Diaconatu vel alio ordine inferiori, confert alicui illum ordinem, quem habet, niſi fuerit per ſaltum conſecratus, prætermiſſo ordine Sacerdotali, quia tunc conferens quemcunque ordinem, quem habet, vel quem non habet, vel quemuis pontificalis ordinis actum exercens, fit irregularis, illa enim conſecratio

fit

ſit nulla,& nullum inducit effectū: ex D. Th. n. 4. d. 25. q. 1. Couar. diſp. 42. ſect. 4. n. 9.

7 Irregularitas eſt contra Epiſcopum ſuſpenſum ab officio pontificali exercentem aliquem actum per ſe ſpectantem ad officiū epiſcopale reſpectu conſecrationis epiſcopalis, ſiue cum miſſa ordinarie conſecrando, ſiue ſine miſſa, criſmate in fronte ſignando Sylu. interdictum 4. n. 4. §. 3. ſi ſic ſuſpenſus exerceat actum Sacerdotalem, celebrando cum veſtibus pontificalibus; quia tales veſtes non pertinent ad ſubſtantias alicuius ordinis Eccleſiaſtici Lonan. in cap. ſi furioſus p. 1. §. 1. ver. 2.

8 Irregularitas eſt contra Epiſcopum abſolutè ſuſpenſum ab officio ſine vlla modificatione exercentem actum pertinentem ad officium Clericale, vel Pontificale, ſiue ſit actus ordinis, ſiue iuriſdictionis. Auil. 3. p. diſp. 2. dub. 1. Concil. 1. §. ex his.

Epiſcopum offendens eſt excommunicatus, & interdicta Ciuitas.

1 INterdictum eſt contra Ciuitatem, cuius Communitas ſuum Epiſcopum corporeli etiam iniuria afficit, & durat donec ſatisfecerit: Clem. 1. de pœnit. & Suar. loc. cit. n. 10 Magna eſt excellentia, & ſublimitas Epiſcoporum, inquit S. Ambr. in Paſt. & ideo eis debetur reuerentia; ſunt enim Paſtores ouium, & Rectores Eccleſiæ, quam Chriſtus Dominus acquiſiuit ſanguine ſuo. Sunt aſtra

cæli,

cæli. Greg. ſunt oculi Dei c. oues 6. q. 1.

2 Offendens Epiſcopum conſecratum, qui renunciauit Epiſcopatui, excommunicationem Bullæ Cœnæ contrahit, etiam ſi Epiſcopus loco, & dignitati, ſeu ordini renunciauerit, nam eiuſmodi renunciatione non dicitur ranunciaſſe quoad poteſtatem, & habitum, ſed ſolum quoad executionem, & exercitium. Leon Durand. in comment. ad Bullam Cœnæ l. 2. can. 11. q 8. n. 5. & 6.

3 Si Ciuitas occideret Epiſcopum electum, & confirmatum nondum tamen conſecratum, non incurrit pœnam, quam incurreret occidendo Epiſcopum, nam electus, & confirmatus non dicitur Epiſcopus. Felin. in cap. meminimus de accuſat. in princ. Anton. de Rube conſ. 19. n. 3.

4 Epiſcopum occidens ad ſui defenſionem cum moderamine inculpatæ tutelæ, non eſt excommunicatus Leon. Durand. in Bull. Cœnæ l. 1. c. 2. q. 2. conſil. 2. n. 14.

Epiſcopi, & beneficiati elector quando eſt ſuſpenſus.

1 SVſpenſio eſt per triennium ab Eccleſiaſticis beneficijs contra eligentes ad Epiſcopatum, vel alia inferiora beneficia, quæ curam animarum habent annexam, eum qui conditiones poſitas in iure non habet, & priuantur etiam pro ea vice dicti Clerici Epiſcopo inferiores poteſtate eligendi cap. Cum in cunctis §. Clerici de elect.

2 Con-

2 Conditiones requiſitæ in Epiſcopo eligendo continentur his verbis.

Anni triginta, ſacer ordo, pura voluntas,
Et morum grauitas, ſapientia, ſponſa parentis,
Concurrens fama, decus, hæc dant Pontificatũ.

Vt in cap. cunctis de elect. Graff. de temp. ord.

3 Conditiones vero in electione inferioris dignitatis, vel alterius curam animarum habentis annexam ſunt prima vt eligendus 25. annum attingat: ſecunda vt ſcientia, & moribus ſit commendatus. Vnde qui contra has conditiones aliquem eligunt, hanc ſuſpenſionem incurrunt; quia vt talis eſt indignus: Suar. loc. cit. n. 10.

4 Similis pœna fertur contra compromiſſarium, qui Epiſcopum, aut aliam dignitatem indignum eo modo, quo ſupra eligit: 2. contra eos, qui in perſonam electi ad perſonarum &c. aliquid objiciunt quod probare non poſſunt, cap. ſi compromiſſarius de elect. in 6. 3. contra poſtulantes ad Cathedralem Eccleſiam eum qui 32. ætatis annum non attingit, vel qui religioſum mendicantem ad inferiorem Cathedrali Eccleſiam poſtulant, incurrunt etiam ſuſpenſionem per triennium à beneficijs, quæ in illa Eccleſia habent, & ea vice à poteſtate poſtulandi, & eligendi. extr. vn. inter com. de poſtol. prælati.

Eremitæ quando gaudent priuilegio Canonis.

1 Dubitari non poteſt de ijs Eremitis, qui vere religioſi ſunt, vt videre eſt apud

Rodriq.

Rodriq. tom. 2. reg. quæſt. 49. a. 4. De alijs vero, qui religioſi non ſunt, eſt diſtinguendum. Vtrum edito voto paupertatis, vel alia ſuſcepta obligatione apud Prælatum Eccleſiaſticum ordini, vel Eccleſiæ alicui ſpeciatim addicti ſint; an verò nullam talem obligationem profeſſi. Illi enim priores inter Eccleſiaſticas perſonas numerari earũque priuilegijs gaudere debent l. Poſteriores non item. Sicuti reſoluit Rodriq. tom. 2. reg. 9. Sylu. Nau. Molin. & alij.

Eunuchus, vel caſtratus eſt irregularis. Vide mutilator.

1 IRregularitas eſt contra eum, qui ſibi virilia, partemque illorum abſciderit, vel alius ſecundus iuſſu tamen proprio, ſi hoc factum fuerit culpabiliter: tex. in cap. Siquis abſciderit, de quo loquitur 21. con. SS. Apoſt. dicens. Qui ſibi virilia amputauerit Clericus non efficitur, ſui enim ipſius Homicida eſt, & inimicus creationi Dei, non quidem, quod tunc homicida factus eſt ſed propter homicidij periculum, quod ſequi poterat ſectionem & qualiter deponendus, ſi eſſet Clericus: Vide can. 22. Tales igitur grauiter reprehenduntur à Doctoribus, peccant enim contra legem naturalem, & diuinam: Vnde meritò prohibentur promoueri, & promoti deijciuntur. Cuius ratio eſt, quia præſumitur quod in alijs omnem tyrannidẽ, & malũ exerceat, qui in ſe ipſum ſic auſus eſt deſeuire vnde verſus.

Qui ſibi non parcit, tibi, vel mihi quomodo parcet?

2 Item, quia, vt inquit Bald. in l. reos. ff 9. C. de accuſat. membra generationis ſunt membra, quæ habent proprias, & diſtinctas operationes, imo dicuntur eſſe membra nobilia, & per quæ ſaluatur ſpecies humana.

3 Contra ſe ipſos caſtrantes inquit Chriſoſtomus. Maledictioni obnoxius eſt qui abſcindit membrum; abſcindere enim memb ũ demoniacæ actionis eſt; & diabolicarum inſidiarum à principio opus fuit, vt Dei operibus detrahant; vt homini noceant vt naturæ imputetur vitium, non electioni, vt dupliciter noceant, & membra abſcindantur, & naturalia putant peccata. Si mens ſobria fuerit, naturalium motuum nocumentum nullum erit.

4 Nec obſtat Matthæi locus cap. 19. Beatos eſſe dicens, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum, &c. & hi ſumme laudantur. Nam de his accipiendus non eſt, qui verenda ſibi ipſis amputant, maledictum enim hoc, ſed de his, qui continentes ſunt ob amorem Chriſti de quibus loquitur Iſaias c. 56. Hæc dicit (inquit Dominus) Eunuchis, id eſt continentibus, qui cuſtodierint Sabbatha mea, & tenuerunt fœdus meum, dabo eis locum in domo mea. Sicut eleganter Euangelij locum explicat. D. Aug cum de Sancta Virgin. c. 32. & in quo deceptus fuit Origenes, qui illud diuinum teſtimonium, vt narrat Nicephorus Caliſtus l. 3. Hiſt. Ecc. cap. 8. ad litteram intellexit, & ſe caſtrauit.

5 Irre-

5 Irregularitas eſt etiam contra eum, cui danti etiam operam rei illicitæ, virilia, vel eorum pars abſcinduntur: c. præſtitur c. continebitur de hom. Idem eſt iudicium de illo, qui ob vocis conſeruationem caſtrauit ſe per ſe, aut per alios, & etiam qui caſtitatis cauſa hoc facit.

Eucharistiam indigne ſumens in Paſchate non eſt excommunicatus.

1 SVmens indigne Euchariſtiam in Paſchate non incurrit in excommunicationẽ latam ab Ordinario contra tranſgreſſores præcepti Communionis: Dian. addit. ſecund. reſol. 14. vbi alij docentes ſumentem indigne Euchariſtiam in Paſchate ſatisfacere, præcepto Eccleſiæ. Nam alia præcepta impleri poſſunt per actum continentem in ſe peccatum lethale, vt ille, qui die ieiunij nimis replet ſtomachum cibis in eo vnico prandio, quod licitum eſt ieiunantibus, poſſet quidem peccare læthaliter, & tamen ſine dubio ſatisfaceret præcepto ieiunij. Item is, qui in peccato mortali ſuſciperet ſacramentum Baptiſmi, ſatisfaceret præcepto diuino ſuſcipiẽdi Baptiſmũ. Item iuxta D. Thom. 1. 2. q. 100. art. 8. quia lex, quæ præcipit actum aliquem, præcipit ſubſtantiam eius, non vero modum, niſi modus ſit de eſſentia ſecundum ſe, vel prout cadit ſub lege, quia ratione attentio eſt de eſſentia orationis. At vero ſuſcipere Euchariſtiam cum diſpoſitione debita, non eſt

modus

modus eſſentialis Sacramenti Communionis, nam ſi quis indigni communicat, ſacramentaliter communicat.

Eucharistiam non ſumens in Paſchate eſt interdictus. Vide Sacramentum, Meretrix, & Viaticum.

1 IN Paſchate omnis fidelis vtriuſque ſexus poſt vſum rationis tenetur ſemel in anno Euchariſtiam ſumere à proprio Parocho, alioquin viuens ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & moriens Eccleſiaſtica careat ſepultura. Cap. Omnis vtriuſque ſexus de pœnit. & remiſſ.

2 Hoc autem tempus, quod declaratum fuit ab Eugenio IV. vt refert Sylu. ver. Euchariſtia 3. §. 15. incipit à die Iouis, vel etiam à die Palmarum, & extenditur ad octauam diem poſt Paſcha. In quibuſdam locis, vt refert Nau. conſuetudo iam præſcripta habet, vt huic præcepto ſatisfaciat communicando in quocunque die Quadrageſimæ. Cæterum, vt lex ipſa Eccleſiaſtica docet proprius Sacerdos ob aliquam rationabilem cauſam, communionem protrahere poteſt.

3 Inter mala quæ incurrunt non communicantes ſuo tempore, vices Deo non rependunt. Aug. Verecundum eſt illi hoſpitium denegare, qui ſolet omnem pulſantem admittere.

4 Satisfacit Sacerdos in Paſcha celebrando in quouis loco. Sà ver. Euchariſtia n. 11.

5 Ob

5 Ob ſolam omiſſionem Paſchalis Communionis, & Confeſſionis poteſt Epiſcopus procedere etiam ad excommunicationem, & ſi velit ad pœnas, etiam pecuniarias; non autem expedit, vt ſibi reſeruet hunc caſum. Cong. Concil. 30. Ianuar. 1587. vt refert Gauant. in Man. Epiſ. ver. Euchariſtia n. 31.

6 Putrefactis hoſtijs (quod abſit) in pixide; cuſtos earum triginta diebus pœniteat Sylu. Euchariſtia 2. q.

7 Qui incaute eam dimiſerit, licet nihil nefandum acciderit, tribus menſibus ab officio ſuſpendatur. ibid.

8 Euchariſtiam miniſtrans Religioſus quando eſt excommunicatus, vide Sacramentis abutentes.

9 Iniuſtè excommunicato poteſt dari Communio, ſi abſit ſcandalum. Sà ver. Euchariſtia: num. 18.

10 In Paſchate poteſt quis accipere Sacramenta in Parrochia, vbi tunc repetitur: imo quouis tempore poteſt Parochus miniſtrare Peregrinis: Sylu. ver. Sacerdos n. 3.

11 In articulo mortis abſente presbytero, prohibente, vel nolente probabile eſt ex Papæ rati habitione, quod poteſt Religioſus alioquin iure prohibitus, etiam tunc dare Cõmunionem, Extremam Vnctionem, & Baptiſmum. Sot. diſt. 13. q. 1. a. 2. Valent. tom. 4. d. 6. q. 10. p. 1.

12 An dari poſſit mulieribus prægnantibus Euchariſtia tempore Interdicti. Hug. Tabi. 5. c. 7. §. 6. n. 2. Sic diſtingunt in hac re, ſiquidem inſpici debet natura, & conditio

præ-

prægnantis,& examinanda res eſt iudicio peritorum in ea re. Sunt enim aliquæ mulieres ita conſtitutæ, vt in partu ſubeant probabiliſſimum mortis periculum. Aliæ vero è contra vix ſubeunt aliquod periculum, vnde prioribus dari poteſt Euchariſtia, poſterioribus autem non poteſt.

13 Audi chriſticola, qui digne vis ſumere Euchariſtiam, quid dicant hæc Raimundi carmina non ſine concentu, & leonina conſonantia.

Tam ſanctum pignus nemo ſumat, niſi dignus.
Qui capit indigne, diro cruciabitur igne
Eſca ſalutaris, quæ ſacris ponitur aris,
Si male ſumatur: ſumenti pœna paratur.
Aegris, & ſanis prodeſt ſubſtantia panis:
Sed Chriſti panis non eſt ſanus, niſi ſanis.
Quiſque volens Chriſti condigne corpore veſci,
Sit bene deuotus, ſit corpore, menteque lotus.

14 Qui poſſit digne, & idoneè ſuſcipere Euchariſtiam docet Petr. Aureol. in 4. d. 9. q. 11. vbi docet, quod idoneus ſuſceptor eſt homo viator, adultus, fidelis, mente præditus, ieiunus, deuotus, apparitione miraculoſa non prohibitus, ſine cōſcientia peccati mortalis, legitime confeſſus, in conuerſatione crimine non notatus, corpore mundus, à miniſtro idoneo, tempore debito, recta intentione ſumptus.

15 Alij octo conditiones ponunt in his verſibus contentas.

Sit baptizatus, diſcretus, ſanus, & aptus.
Mundus, confeſſus, ieiunus, rite paratus.

Exa-

Examinatores ſynodales quando ſunt Simoniaci & excommunicati. Vide Simoniaci.

1 CAueant examinatores Synodales, ne quidquam prorſus occaſione examinis Parochi Eccleſiarum, nec ante, nec poſt accipiant alioquin ſimoniæ vitium tam ipſi, quam dantes incurrunt. Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 18.

2 Nec abſolui queant, niſi dimiſſis beneficijs, quæ quomodocunque obtinebant, & ad alia in poſterum inhabiles reddantur. ibid.

3 Examinator promouendorum ad beneficia, qui vt amico roganti gratificaretur, promouendum in actu examinis alacriorem reddendo; iuuit (ſi adiutorium non fuit notabile) in pœna Trid. ſeſſ. 24. c. 18. non incidit, etiam ſi poſtea munuſcula gratis oblata bona fide recipit. Nau. conſ. 52. de ſimon. n 3. p. 2. l. 5. 2. edit.

Excommunicans quando eſt interdictus, aut irregularis.

1 FErens excommunicationem abſque præmiſſa monitione, interdicitur per menſem ab ingreſſu Eccleſiæ, & participatione diuinorum officiorum, ita, vt exercens actum aliquem Ordinis intra talem menſem, ſi irregularis à ſolo Papa diſpenſabilis: cap.

cum

cum med. de ſent. excommun. in 6.

2 Quæ pœnæ non ligant Epiſcopos, aut ſuperiores Prælatos; quia in ijs non fit eorum expreſſa mentio: C. Quia periculoſum: de ſent. excom. in 6.

3 Nec item ſuperiores Religionum. Ita Lupus alleg. 76. Felin. C. Sacro n. 7. Nam in iſtis Prælatis non ſeruatur iuris Ordo, ſicut in ſæcularibus. Durum enim eſſet Prælato Regulari, qui ſæpius in die monet, increpat, & præcipit ſubditis, habere pennam, & papyrum, & ante ſcribere, quam ſub pœna excommunicationis mandare.

Excommunicatio.

1 EXcommunicatio maior omnibus cæteris Cenſuris grauior eſt. Tum quia maxima pœna eſt inter homines eſſe, & hominum carere conſortio. Tum quia per eam quis Sathanæ traditur in interitum carnis. 1. Cor 5, & D. Aug de verb. de Apoſtoli ſer. 68. Omnis Chriſtianus, qui à Sacerdotibus excommunicatur Sathanæ traditur quomodo? quia ſcilicet extra Eccleſiam Diabolus eſt: ſicut in Eccleſia Chriſtus, ac per hoc quaſi Diabolo traditur, qui ab eccleſiaſtica Communione remouetur: & idem Aug. l. 1. contra legis prophet. c. 17. ait Grauius eſt hominem excommunicari, quam ſi gladio feriretur, flammis exureretur, feris ſubijceretur. Ideo ab Hugolino excommunicatio mors appellatur, quia ſicut mortuus vitæ huius fructibus caret; ita excommunicatus ſpiritualis

vitæ fructibus priuatur, & S. Bernardus. Viderint in quanto periculo ſint excommunicati pro quibus Eccleſia palam orare non audeat, quæ fidenter etiam pro Iudæis, & Hæreticis, & pro Gentilibus orat. Cum enim in Paraſceue nominatim oretur pro quibuslibet malis, nulla tamen mentio fit de excommunicatis. S. Hier. vt refertur in cap nihil 6. item Quorum remiſeritis peccata, ideſt quibus Eccleſiam interdixeritis, niſi reconciliati per ſatisfactionem fuerint, ipſis ianua regni cæleſtis clauſa erit, & D. Chryſoſt. 11. q. 3. cap. nemo inquit. Nemo contemnat vincula Eccleſiaſtica; quia non eſt homo, qui ligat, ſed Chriſtus, & Clem l. 1. conſtit. apoſt. c. 21. dicit: Ad excommunicatum continuo accedunt truculenti lupi, id eſt, Dæmones. Ideo ad ferendam ſententiam excommunicationis non debet feſtinare iudex, ſed mature procedere, nec pro quolibet delicto debet eam ferre iuxta illud poeticum.

Si quoties peccant homines ſua fulmina mittat
Iuppiter, exiguo tempore inermis erit.

2 Excommunicationis figura fuit in ſtatu legis naturæ eiectio Adam à Paradiſo terreſtri. Geneſ. 3. Vnde vt excommunicatus vocatur in cap. ad menſem, verſ. hæc ſententia 11. q. 3. Quæ eiectio non fuit excommunicatio, quia non fuit ſeparatio ab Eccleſiaſtica Communione.

3 Apud Gentiles veſtigium huius fuit maxime apud Romanos, cum videlicet aliquis ob perpetratum nefandum aliquod facinus Diri deuouebatur, ſiue Diris, dictæ enim

erant

erant Diræ furiæ infernales, & talis poterat à quocunque impune occidi.

4 Similiter fuit excommunicationis figura leproſi eiectio extra caſtra,& eiectio Hebræi extra ſinagogam. Si enim ad cauendam corporis contagionem illi tunc è caſtris ſunt eiecti, multo æquius ad cauendam ſpiritualem labem hæretici, & alij rebelles ex Eccleſia, eijciuntur. Quæ eiectiones non fuerunt excommunicationes, quia excommunicatio eſt actus clauium iuriſdictionis quæ non eſt data Sinagogæ, ſed Eccleſiæ. Sot. in 4. ſent. d. 22. q. 1. ar. 1. verb. ad hæc.

5 Excommunicatio autem figurata per eiectiones eſt ſeparatio à Communione Eccleſiæ, vt enim nomen ipſum præſefert, excommunicatio eſt extra communionem Eccleſiaſticam ſeparatio c. nihil 11. q. 3.

6 Excommunicatio dicitur, quaſi à communi bono ſeparatio. Et diuiditur in maiorē, & minorem. Excommunicatio maior eſt Cenſura à Canone, vel Iudice Eccleſiaſtico prolata priuans Communione hominum, & Sacramentorum, Panormit. Excommunicatio minor eſt Cenſura à Canone prolata priuans Communione Sacramentorum. lexi. Theol. excommunicatio maior priuat Communione Sacramentorum actiuè, & paſſiuè, & minor tantummodo paſſiuè.

7 Nec obſtat, quod peccatum mortale priuat paſſiua Sacramentorum participatione, & tamen non eſt excommunicatio minor; quia peccatum mortale excluditur à genere definitionis excommunicationis mino-

 ris;

Google

ris; peccatum enim mortale eſt culpa, excomunicatio vero minor eſt pœna.

8 Excommunicatio eſt triplex, videlicet, iuſta, iniuſta valida, & iniuſta inualida; ideſt nulla.

9 Ad iuſtam excommunicationem multa requiruntur. Primo trina monitio, vel vna pro omnibus. 2. debet ſubeſſe cauſa iuſta. 3. bonus animus iudicis. 4. verba congrua. 5. quod proferatur in ſcriptis. 6. quod exemplum ſcripturæ, ſi requiratur, detur infra menſem. Aug. & Caiet.

10 Excommunicatio iniuſta valida eſt, quando deficiunt hæc, quod ſi contra ius ſcriptum, & de iſta intelligitur illud Gregorij q. 3. Can. ſententia: ſententia Paſtoris, ſiue iuſta, ſiue iniuſta fuerit, timenda eſt, quia ligat. de ſent. excom. cum per tuas, & Raymundus.

Quando cenſuram Prælatus fulminat vllam
Siue ſit iniuſta, ſeu iuſta, timenda videtur.

11 Excommunicatio inualida, ideſt, quæ nulla eſt, multis modis dicitur.

Primo ex parte iudicantis; quando nempe non eſt proprius iudex. Vnde Raym.

Quando non ſuus eſt iudex ſententia nulla eſt.

Vel quia eſt excommunicatus publice: 2. ex parte excommunicati quando eſt contra tenorem ſui priuilegij: 3. ex parte excommunicationis, & eſt quando excommunicatio continet errorem intolerabilem, vt peccatum mortale: 4. quando prætermittitur ordo iuris neceſſarius, puta. Iudex excommunicat eos, qui participauerunt cum excòmunicato

municato ab eo antequam de hac monuerit eos, tunc non ligat de ſent.excom.in 6, c. Conſtitutionem: 5. quando Iudex præcipit debitori, vt ſoluat centum creditori ſub pœna excommunicationis ipſo facto hinc ad Paſcha, & creditor prorogat terminum. In his igitur, & ſimilibus excommunicatio eſt nulla, & per conſequens non timenda: Angl. rubr. excom.c.3.

12 Excommunicatio licet ſit iniuſta ex ordine, vel cauſa, tamen ligat.11.q.3. c.1. de offic. legat. cum contingat de ſent. excom. Eum per tuas &c.ſecret. vbi de hoc.

13 Sed dices. Nonne iudicium Eccleſiæ debet ſe conformare iudicio Dei? 11.quæſt.3. tunc vera 2. q. 1. Deus omnipotens de ſent. excom. à nobis. Sed Deus nullum ligat iniuſtè de pœnit.diſt.4.ſi ex bone. Ergo Eccleſia nullum debet ligare iniuſtè.

14 Item deficiente cauſa, propter quam aliquid debet fieri, iuſtè deficit, & effectus 61.diſt.his omnibus: de bigamus debitum de appellat. Cum ceſſante. Sed cauſa excommunicationis debet eſſe peccatum mortale 11.q.3.Nemo Epiſcoporum. Hoc autem ceſſat in excommunicatione iniuſta: ergo non debet ligare.

15 Dicendum eſt ad hoc, quod nullus debet excommunicari iniuſtè, tamen ſi excommunicetur,tenet excommunicatio apud Eccleſiam militantem,licet non apud Deum, & hoc fit,vt Eccleſiaſtica Cenſura eo plus timeatur, & vt homo creſcat per obedientiæ meritum, iniuſtæ ſententiæ parens. Vnde di-

cit gloſ. 11. q 3. nihil quod licet iniuſta ſententia timenda ſit, & tenenda quantum ad militantis Eccleſiæ iuſtitiam (nec mirum quod apud Deum non tenet. qui non fallitur, ſed apud Eccleſiam tenet, quæ fallitur, & quæ fallit, de ſent. excom. à nobis) non eſt tamen intentio Eccleſiæ aliquem iniuſtè excommunicare; imo punit acriter iniuſtè excommunicantes, vt patet 11. q. 3. iſtud, & de ſent. excom c. 1. cum medicinalis l. 6. Quando ergo dicitur, quod excommunicatio eſt æternæ mortis damnatio, intelligitur, ſi contemnatur, alias non, & ita ſolus contemptus inducit damnationem 24. q 3. Notandum in gloſ. Nemo Epiſcop. 10. q. 3.

16 Excommunicatio quædam eſt lata à iure, altera ab homine. Illa dicitur à iure, quæ in aliquo Canone, vel Eccleſiaſtica lege ſtatuitur, vt in Decretalibus, Sexto, Clementinis, & Concilijs. Ab homine nuncupatur illa, quæ à iudice Eccleſiæ fertur. cap. 2. de conſt. 6. Clem. 2. de hæretic Excommunicatio ab homine expirat cum latore, vel quando mouetur ab officio. Vnde mandata Epiſcopi expirant, & cum Epiſcopo, vel quando mouetur ab Epiſcopatu. Qui tamen incurſerat excommunicationem antequam periret Epiſcopus, excommunicatus manet, donec abſoluatur. Excommunicatio autem à iure perpetuo durat quouſque ius illud reuocetur, vel antiquetur. Nau. c. 27. n. 2.

17 Ab excommunicatione maiori, quæ eſt à iure poteſt abſoluere aliquando ſolus Papa, aliquando ſolus Epiſcopus. Si vero nulli

præ-

prædictorum, nec alicui alteri ſit reſeruata, ſecundum Doctores, quilibet Sacerdos habens poteſtatem audiendi Confeſſionem, poteſt abſoluere. Illam vero, quæ eſt ab homine, ſolus ille, qui tulit, vel ipſe ſuperior poteſt abſoluere. Communis opinio.

18 Ab excommunicatione minori poteſt abſoluere quicunque Sacerdos habens poteſtatem audiendi Confeſsiones.

19 Quicunque eſt in peccato mortali, non eſt excommunicatus excommunicatione minori; & ratio eſt; quia excommunicatio minor tollitur per abſolutionem ſacramẽtalem, & non indiget contritione: at vero ad remiſſionem mortalis vtrumque deſideratur. Ioſeph in florib.l.4.

20 Duplex eſt abſolutio. Vna, quæ pertinet ad forum pœnitentiale, & hæc ſolum ad Sacerdotem pertinet. Alia eſt, quæ mere pertinet ad forum contentioſum: & hæc poteſt committi Diacono, & inferioribus Clericis; ita tamen, quod abſolutus à talibus, oportet, vt poſtea abſoluatur iterum à Sacerdote ratione mortalis peccati, propter quod fuit excommunicatus. Oſualdus 3 Roſ.Theol.

21 Non incurritur in maiori excommunicatione à iure generaliter, vel à iudice, niſi propter peccatum mortale, ſed in minori, & plurimum pro veniali.

22 Non ſolum requiritur peccatum mortale ad excommunicationem maiorem incurrendam, & ferendam ſed etiam inobedientia. & contumacia. Hinc colligitur nullum poſſe pro peccato præterito excommu-

 nicari,

nicari, cum nulla præceſſerit admonitio. Vnde, vt excommunicatio à Iudice ſit valida, neceſſe eſt, vt præcedat aliqua monitio, alias non erit contumacia: quæ eſt voluntaria tranſgreſſio præcepti Superioris.

23 Excommunicatio lata à iure non indiget monitione, quia ipſa lex, & Canon eſt admonitio, communis omnium c. penul. de ſent. excom. Sed tantum lata ab homine, alias eſt nulla. Abb. in cap. peruenit num. 5. de appell.

24 Ad excommunicandum requiritur citatio perſonalis. Excipiuntur caſus ſequentes, videlicet quando excommunicandus dolo latet, vel ſubterfugit citationem, vel cum quis fuit ſemel citatus de perſona, vel quando monitio ad domum facta peruenit ad ipſius excommunicandi notitiam, vel quando quis fuit male abſolutus ab excommunicatione, & tractatur de reducendo eum in primam excommunicationem his enim caſibus ſatis eſt domi citare. Felin. in c. cum ſit Romana de appell. n. 13. & ſeq. Couar. in cap. alma mater p. 1. § n. 4.

25 Epiſcopo legitime viſitanti, ſi viſitati reſiſtant, poterit Epiſcopus ad defenſionem ſui iuris illos de facto excommunicare nulla monitione præcedente. Felin. in cap. ſacro n. 6 verſ. 4. limita de ſent. excom. Genuenſ. in Praxi Archiep. Neap. c. 18. ed. 1.

26 Excommunicatio ſecundum ſe non eſt nociua excommunicato licet ſit grauiſſima pœna, quam Eccleſia poteſt inferre, vt dicitur 24. q. 3. Corripiantur. Nec Eccleſia damnificat,

nificat, excommunicando, ſed ille qui peccat, & contumax eſt, ſe ipſum damnificat, & Eccleſia oſtendit hominem damnificatum. Nec Eccleſia priuat hominem gratia Dei, vt dixit magiſter ſent. in 4. d. 18. Sed ſolum oſtẽdit hominem iam fuiſſe priuatum per peccatum mortale S. Bonau in 4. diſt. 18.

27 Non licet communicare cum excommunicato denunciato, vel manifeſto percuſſore Clerici in his, quæ ſequuntur.

Os, orare, vale, communio, menſa negatur,
Si pro delicto anathema quis efficiatur.

Negatur, os, ideſt colloquutio quouis modo verbo, ſigno, ſcripta prolata.

Negatur, orare, ideſt, ſimul cum alijs diuinis inter eſſe, ſacro audiendo, orando, recitando, cantando in choro, ſacramenta ſuſcipere.

Negatur, vale, ideſt, ſalutatio, honoris exhibito, aperiendo caput, donorum miſſio, & ſimile quid.

Negatur communio, ideſt, humanus, & ciuilis contractus.

Negatur, menſa, ideſt, ſimul in vna menſa veſci, & in vno lecto dormire.

28 Excuſantur autem aliqui communicantes excommunicato denunciato, qui comprehenduntur in illo verſu.

Vtile lex, humile, res ignorata, neceſſe.
Hac anathema quidem faciunt ne poſſit obeſſe.

Vtile, ideſt meæ, vel ſuæ vtilitatis cauſa.

Lex, ideſt matrimonij: nam vxor poteſt participare cum marito excommunicato.

Eique præſtare obſequia debita, & ob viri

pertinaciam poteſt Iudex excommunicans interdicere vxori participationem cum ipſo quoad humanum conuictum. v.g. ne cum illo loquatur, nec menſæ adſit; non tamen quoad debitum coniugale. Sanchez l. 9. de matr. diſp. 14 n. 7. & 13.

Humile, ideſt ſubditi cum ſuperioribus, vel filius cum patre, ſeruus cum domino.

Res ignorata, ideſt ignorantia facti, Vide verb. ignorantia.

Ignorantia excuſat ab excommunicatione ſiue lata ſit à Conſtitutione Epiſcopali, ſiue Pontificia, quamuis actus ſit iure naturali, vel diuino prohibitus. Sylu. verb. ignorantia n. 16. Nau. c. 27. ſum. n. 16. D. Anton. & cæteri, quos refert, & ſequitur Tolet. l. 1. ſum. c. 8. n. 6. quorum ſententiam probabiliorem eſſe affirmat. Vide Ignorantia.

Neceſſe, ideſt, meæ, vel ſuæ neceſſitatis cauſa.

29 Communicare cum excommunicato ferè eſt veniale, niſi in diuinis communicetur illicitè. Sot. d. 22. q. 1. a. 4.

30 Pro quocunque excommunicato communi Eccleſiæ oratione orare peccatum mortale eſt. Sot. loc. cit.

31 Non tantum, qui non ſunt excommunicati tenentur vitare excommunicatos, ſed etiam excommunicati tenentur vitare excommunicatos. Angelus, quia alias excommunicati eſſent melioris conditionis, vt ſic, quam non excommunicati, qui quidem priuantur illa conuerſatione. Item quia adhuc ſunt membra Eccleſiæ per fidem, &

excom-

excommunicati ob hoc ſolum,quod ſunt excommunicati non ſunt exempti à legibus, & præceptis ſuorum Prælatorum,& Papæ. Quia non ſunt omnino extra Eccleſiã, ſicut Ethnici; nec ſunt totaliter abſciſſi, & ideo tenentur ſuperioribus parere, & ſecus facientes, peccant, & incurrunt alias excommunicationes, & pœnas.

31 Contrahitur excommunicatio minor propter peccaminoſam participationem cum excommunicato maiori excommunicatione vt in cap. Nuper de ſent. excom. dummodo excommunicatus maiori excommunicatione ſit, vel per cedulones denunciatus, vel notorius Clerici percuſſor, vt in decreto ad euitanda, de quo Suar. tom. 5. diſput. 9. ſect. 2.

33 Notorius percuſſor dicitur, qui viſus ſit à ſex perſonis ſaltem. Nau. c. 25. n. 73.

34 Effectus maioris excommunicationis ſunt multi, videlicet, priuatio actiuæ, & paſſiuæ participationis ſacramentorum, bonorum, quæ fiunt in Eccleſia, & orationum, regni cæleſtis & hoc, ſi excommunicatio eſt iuſta, vel etiam iniuſta,& male contemnitur. Excluſio ab actu cuiuſcunque ordinis, alioquin exercendo, ſit irregularis. Vnde verſus.

In banno, ſi ſit, nullo caſu celebrabit:
Prasbyter: hunc etiam ſacris prohibemus ineſſe.
Ni. ex officio faciat, totus laicus ſit.

Priuatio actiuæ, & paſſiuæ collationis dignitatum, etiam laicarum, nec non beneficiorum. Excluſio ab ingreſſu Religionis, niſi prius abſoluatur, priuatio executionis quorum-

rumcunque officiorum. Vti non poteſt iuriſdictione, quam habet; priuatur ſpirituali poteſtate, ſuſpenditur ab omni actu legali, vt aduocare, procurare, iudicare, inſtrumenta facere, & ſimilia. Poſſunt tantum ei dari illa, ſine quibus viuere non poſſet, vt alimenta, veſtes, & hoſpitium; ſed non alia, vt vtenſilia, & alia inſtrumenta, ſine quibus viuere non poſſumus, iuxta illa carmina.

Ergo libidinibus, & habendi plurima votis
Pone modum ſatis eſt cellula, veſtis, olus.

35 Poſtremo caret Eccleſiaſtica ſepultura, quia cui non communicamus viuo, nec mortuo communicare debemus c. ſacris de ſepult. & ſiquis per annum perſeueraret, non curando de abſolutione, poſſet procedi contra eum, ſicut contra ſuſpectum de hæreſi. Trident. ſeſſ. 24. c. 3.

36 Excommunicatio maior ſimpliciter, & abſolute dicitur excommunicatio, non ſic excommunicatio minor. Vnde quotieſcunque præciſè ponitur iſta vox, excommunicatio, intelligitur ſemper de maiori; nunquam autem de minori, niſi addatur hæc vox, minor, quia excommunicatio eſt analogum ad excommunicationem maiorem, & minorem; ſicut ens ad ſubſtantiam, & accidens; analogum autem intelligitur de primo analogato; & propterea excommunicatio intelligitur de maiori, Sayr. l. 1. c. 4. n. 19.

37 Excommunicari non poteſt Vniuerſitas, Ciuitas, Collegium, & Congregatio; ne innocentes puniantur cum nocentibus, vt dicitur in cap. Romana de ſent. excom. in 6. & ra-

& ratio eſt, quia melius eſt nocentes relinqui, quam innocentes puniri d. l. abſentem de poenit. & rem. Et rem, quæ culpa caret in damnum moueri non conuenit. cap. cognoſcentes. de conſt. in antiq. Et peccata ſuos auctores tenere debent, nec debet vnus pro alio puniri, aut alterius odio prægrauari. cap. non debet de re iudic. in 6. vnde Raym.

Cenſura tali nunquam vincire licebit
Prælato turbam; Conuentum, Collegiumue.
Ne ſint inſontes cum ſontibus illaqueati.
Rem, quæ labe caret, non eſt in damna vocare.
Cuncta ſuos debent auctores probra tenere.

38 Tum quia requiritur, vt perſona excommunicanda ſit certa, & determinata; non autem incerta, & indeterminata. Poteſt vero excommunicari Collegium, & Communitas, ſi ſciantur omnes deliquiſſe, aut dicatur ſic. Omnes, & ſinguli Collegij, qui tale quid fecerint, ſint excommunicati.

39 Interdici tamen poſſunt innocentes cum nocentibus. de ſponſal. non eſt, & hoc ideo, quia ibi non eſt tantum periculum animæ, ſicut in excommunicatione quæ eſt æternæ mortis damnatio; per quam quis traditur Sathanæ, vt ſupra diximus.

40 Neque poteſt excommunicari non compos mentis; quia non eſt capax contumaciæ, nec reſipiſcentiæ, nec correctionis fraternæ, cum non habeat rationis vſum.

41 Nec obſtat cap. primum, & cap. vlt. de ſent. excommunicationis, in quibus impubes excommunicatur; quia verum eſt de

impu-

impubere doli capace, ſecus autem de impubere non doli capace.

42 Nec mortui pro criminibus in vita commiſſis; quia iam ſunt extra Eccleſiam, & non ſunt homines; quamuis declarari poſſint excommunicati ſeu in excommunicationem incidiſſe cap. ſiquis de hæret. Qui ſi ſint in Eccleſiaſtica ſepultura ſepulti, debent eijci,& in aſinorum ſepultura poni in d.cap. Siquis.

43 Neque infidelis, Iudæus, vel Ethnicus, qui non ſunt baptizati, etiam ſi ſint Cathecumeni, hoc eſt, conuerſi nondum baptizati, poſſunt tamen indirectè excommunicari; prohibendo fideles, ne cum infidelibus habeant commercium cap. poſt miſerabilem. de vſur. cap. poſtulaſti de iud.

44 Neque reſuſcitatus de nouo non moriturus, quia non eſt mortalis.

45 Neque Rex, vel Imperator, niſi pro notorijs: facit tex. in d. cap Duo ſunt diſt. 96. Reges à ſolo Papa excommunicantur,& cenſuris ligantur. Sà verbo excom, num. 15. De iure nouo, & priuilegio à Summo Pontifice obtento Reges, & Imperatores non poſſunt ab Epiſcopis excommunicari. Dian. de immun. Eccleſ. reſol. 9.

46 Neque Papa, quia nulli homini, nec legi humanæ, qua ſola fertur excommunicatio quo ad pœnam ſubijcitur. c. propoſuit de iura præl. c. cuncta per mundum 9. q. 3. Nam neque per hæreſim incidit in excommunicationem humanam, de qua loquimur, ſed diuinam. Nau. c. 27. n. 13.

47 Ne-

47 Neque Diabolus, neque anima ſeparata à corpore. cap. in quadam de celeb. miſſ. nec creatura irrationalis, quia non ſunt homines.

48 Neque aliquis poteſt à ſe ipſo excommunicari, aut aliqua Cenſura aſtringi. Quia excommunicare eſt actus iuriſdictionis, in quo exercendo neceſſe eſt, vt vnus Superior ſit, alter vero inferior, & ſubditus, requiritur omnino, vt alius ſit, qui excommunicet, alius, qui excommunicatur, ideoque, cum ſibi ipſi quis inferior, & ſuperior eſſe nequeat, nec quiſquam in ſe ipſum vllam Cenſuram ferre valet.

49 Neque par, à pari Cenſura excommunicationis, aut aliqua alia Cenſura aſtringi poteſt. Quia excommunicatio eſt actus Iuriſdictionis, at vero par in parem Iuriſdictionem non habet cap. innotuit §. quamuis.

50 Neque ſuperior ab inferiori excommunicari, aut alia Cenſura obligari, & hoc ex defectu iuriſdictionis.

51 Neque non ſubditus, ita quantum ad territorium ſuæ Diœceſis, & Iuriſdictionis, vt non poſſet ſubditus in loco non ſubdito, puta exempto, vel extra territorium excommunicari. Omnes. Itaque, vt excommunicatio liget, & valeat fieri debet à proprio Prælato contra exiſtentem in ſuo territorio. Vnde ſi Epiſcopus ferat excommunicationem contra omnes ſubditos furtum, aut aliquid committentes, non comprehenduntur ſubditi extra territorium delinquentes, ibique manentes.

52 Igitur

52 Igitur homo, baptizatus, mortalis habens ſuperiorem poteſt excommunicari.

53 Quare ſuperſtitionis eſt credere, quod poſſint excommunicari locuſtæ, Brucus, aut aliud genus vermium, aut animalium irrationalium; quamquam religioſe vti poſſumus contra eos aqua benedicta, præcibus, & adiurationibus ſanctis. Nau. c. 27. n. 13.

54 Nec obſtet quod legitur in hiſtoria S. Bernardi. de geſtibus Illuſt. Ord. Vbi tempore, quo fideles intererant ſacris, eo loci tanta erat muſcarum quantitas, quod celebrari non poterat. Vnde D. Bernardus eos excommunicauit, vnde ſtatim mortuæ ſunt. Similiter legitur fer. 2. B. Vincentijs fer. 3. poſt 2. dom. Quadr. Quod quidam Monacus reliquit Breuiarium in quadam arbore per obliuionem; & excommunicauit illud habentem, & ſtatim arbor exſiccata eſt. Et de S. Benedicto, quod dum quidam Abbas amiſiſſet eius annulum, nec qui illum rapuiſſet inueniretur, lata fuit excommunicatio contra quemcunque annulum habentem. Vnde fuit poſtea inuentus coruus ægrotare, quem in eius domuncula monaci inuenerunt. Nam dicimus illas fuiſſe maledictiones; permiſitq; Deus hæc fieri, vt homines deterreantur, & excõmunicationis gladius maxime timeatur.

55 Excommunicatio per abſolutionem ſublata redditin duobus caſibus. Primus eſt in abſolutio in articulo mortis; qui conualeſcens, nec ſe præſentans ſuperiori, qui eum abſoluere poterat ſanum, reincidit in eandem excommunicationem.

Secun-

Secundus eſt in abſoluto à Sum. Pontifice, vel Delegato iniuncto ei hoc præcepto, vt præſentet ſe Ordinario, vel alteri ad ſuſcipiendum ab eo pœnitentiam, quod ſi facere renuerit, in eandem reincidet cenſuram. cap. eos, qui de ſent. excom. in 6.

56 Licet curatus teneatur credere pœnitẽti pro ſe, & contra ſe, tamen nõ credet quãdo pœnitens erat publicè excõmunicatus, ſi dicat, ſe abſolutum, niſi de abſolutione doceat. Sylu. Confeſſ. 1. q. 17. Armill. Confeſſ. §. 36.

57 Forma abſoluendi ab excommunicatione hæc eſt. Ergo auctoritate Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, vel Reuerendiſſimi Epiſcopi N. vel talis Superioris mihi commiſſa, abſoluo te à vinculo excommunicationis, in quam incurriſti (vel incurriſſe declaratus es) propter tale factum, vel cauſam &c. & reſtituo te communioni, & vnitati fidelium, & ſanctis Sacramentis Eccleſiæ. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

58 Abſolutio à peccatis data ante abſolutionem excommunicationis non valet, ſi excommunicatus ſciat impedimentum, quia eſt impœnitens peccando ſi excommunicatus impedimentum ignoret, vel ſi per eum non ſtat, vt abſoluatur ab excommunicatione, imo eſt vere pœnitens. Negant aliqui, quorum ratio eſt, quia excommunicatus eſt incapax paſſiuæ Sacramentorum participationis cap. ſi celebret. de cler. excom. miniſt. Sed appoſitum eſt dicendum, cum adeſt bona fides in ſuſcipiente abſolutionem ſacramentalem. Ita Riuan. in 4. d. 18. a. 10. q. 4.

Angl.

Angl.confuſio 5.§.10.& confuſ.1,§.20, Caiet. verb. abſolutionis impedimentum, & verb. confuſ. iteratio. Nau.c.9 Couar. c.Alma mater p.1.§.6. Petr.Sot.inſtruct.Suar. ſect.4. de excom. Comit. c. 6. q. 26. Ratio, ſumitur ex æquitate,& clementia matris Eccleſiæ. Inſuper quia, vt notat Caiet. nullibi ita fieri prohibitum eſt ab Eccleſia. Ita etiam aſſeruerunt ſupplementum confeſſ.1.§.4. Nedin. in ſum.l.1.c.11.§.3.Ratio eorum eſt. Quia ſi excommunicatus alia ſacramenta recipiat, vera ſacramenta recipit. Si confirmetur, & ordinetur c. 1. de eo,qui furtiue ordines ſuſcepit. Si conſecret c. de homine de celebr. miſſ. Si vngatur iuxta Doctores in 4. d. 24. negantes eſſe iterandam vnctionem, quam in eadem infirmitate excommunicatus ſuſcipit. Si nubat. c. ſignificaſti de eo, qui dux in matri, quam pollu, per aduſt. ergo idem dicendum videtur de ſuſceptione ſacramenti Pœnitentiæ, ac proinde ex eo tantum dicitur incapax Sacramentorum receptionis, quia ſi illa contumax contra Eccleſiæ præceptum, & inobediens recipiat, obicem habet, hoc eſt graue peccatum mortale, Medull. p.4.c.7.§.3.

59 Ad excommunicationem ferendam in excommunicatore requiritur primo Ordo ſaltem Clericalis, & ideo Clericus eſſe debet, qui eam ferre debet c. 1. §. maximus Epiſcopus d. 96. etiam ſi Sacerdos non ſit, dummodo tamen non excommunicet, aut abſoluat cum ſollemnitate, precibus, & alijs ceremunijs adhibitis, tunc enim Sacerdos eſſe debet cap.cum aliquis d.11. q.2. Vnde infer-

tur

tur Clericum habentem primam tonſuram, poſſe excommunicare, dummodo habeat iuriſdictionem Eccleſiaſticam. Nau. man. c. 27. num. 5. Quia excommunicatio non eſt actus Ordinis ſacri, ſed iuriſdictionis. Vnde laicus ſtando in iure humano, excommunicare non poteſt, neque fœmina, quæ eſt incapax ordinis: Neque non baptizatus, cum talis Clericus eſſe non poſſit.

60 Epiſcopus poteſt abſoluere ab excommunicatione reſeruata Papæ occulta, dummodo non ſit lata in Bulla Cœnæ Domini, aut modo ſimili reſeruatur. Tolet. l. 1. c. 41. & ita declarauit S. Congregatio, & ſeruat conſuetudo, eſtque de ſe clarum, ſi legatur tenor ipſius Bullæ, qualis iam ab aliquot annis edi conſueuit. Sà ver. Epiſcopus n. 27.

61 Excommunicationes vulgo ignotæ, ideoque vſu non receptæ, non ligant. Sà excom. num. 16.

62 Excommunicatio per Epiſcopum lata contra eos, qui res certæ perſonæ abſtulerunt, non ligat eum, qui acum ſartori furatur, quamuis ſartor ob id paſſus ſit notabile damnum. Aliud enim eſt furtum inſtrumenti, & aliud damnum, quod eius oblatione fit. Nau. c. 17. Sum n. 4.

63 Excommunicatus denunciatus ob debitum non poteſt abſolui à Iudice, nec à ſucceſſore, nec à Superiore, nec ab ipſo Papa id fieri ſolet, niſi præmiſſa ſatisfactione, vel parte conſentiente. Nau. conſ. 53. de ſent. exem. n. 3. p. 2. l. 5. edit. 2.

64 Si Clericus non habeat, vnde ſatisfaciat

ciat ſuis creditoribus, non debet excommunicari, nec aliter moleſtari, aut in carcerem mitti. Præſtabit tamen cautionem ſaltem iuratoriam de ſoluendo, cum venerit ad pinguiorem fortunam. C. Odoardus de ſolut.

Excommiſſas ſeu ſponſiones facientes quando ſunt excommunicati. Vide Cardinalis.

Exigens tallias ab Eccleſiaſticis. Vniuerſitas eſt interdicta. Vide imponens, vel recipiens.

1 Interdictum eſt primo contra Vniuerſitatem exigentem, ſeu extorquentem ab Eccleſijs, & eccleſiaſticis perſonis tallias, ſeu collectas, aut quaſcunque exactiones ſine auctoritate Sedis Apoſtolicæ. 2. contra Dantes ad id auxilium, conſilium, vel fauorem, & reſeruatur Papæ extr. can. de immun. Eccleſ.

Expoſitus an ſit irregularis. Vide illegitimus.

Extremam vnctionem miniſtrans quando eſt excommunicatus. Vide Sacramentis abutentes.

Ex-

Extrahens ad Eccleſiam confugientem eſt excommunicatus.

1 EXcõmunicatio eſt contra omnes quacunque dignitate, & auctoritate præditos, qui præter, vel contra formam conſtitutionis Gregorij XIV. attentare præſumant eos per vim extrahere ab Eccleſijs, Monaſterijs, domibus, ſacellis regularibus, & ſæcularibus, lociſue ſacris, qui ad ea confugerunt ob delicta excepta in dicta conſtitutione. extr. hac perpetua, & extr. cum alias Gregorij XIV. & reſeruatur Papæ. extr. etſi dominici de pœnit. & remiſſ. Farin. de immu. n.315, Praxis Neapol. montis Marani c. 22.

2 Laici ex vi huius Conſtitutionis confugientes ad aliquem ex præfatis locis, gaudent Eccleſiaſtica immunitate, & nulla ex cauſa, & prætextu ex illis extrahi poſſunt niſi ſint. 1. publici latrones. Vide latrones, qui itinera frequentata obſidentes, viatores ex inſidijs aggrediantur, 2. agrorum depopulatores. Vide depopulatores. 3. homicida, & membrorum mutilationes in Eacleſijs, earum ve cæmiterijs committentes. Vide delinquentes. 4. proditorie proximum occidentes, Vide proditores. 5. aſſaſſini. Vide aſſaſſini. 6. rei læſæ maieſtatis in perſonam ipſiuſmet Principis. Neque tunc à Curia ſæculari hi ex dictis locis extrahi poſſunt in aliquo ex caſibus ſupradictis ſine expreſſa licentia Epiſcopi, eiuſque officialis, & cum interuentu perſonæ

Eccle

Eccleſiaſticæ ab eo auctoritatem habentis cognitio primum per ipſum Epiſcopum, ſiue ab eo deputatum, vel eo abſente per Epiſcopum viciniorem, an ipſi vera crimina ſuperius expreſſa commiſerint, & tunc de mandato Epiſcopi per Iudicem Eccleſiaſticum omni appellatione remota Curiæ ſæculari conſignari debent.

3 Clericos etiam hac immunitate gaudere declarauit S. Congregatio Epiſcoporum 24. Ianuarij 1627. vt Gauantes Enchirien. verb. immunitas.

4 Gaudent Eccleſiæ immunitate Paganus, Saracenus, & quilibet infideles; quia tale priuilegium non conceditur à Summis Pontificibus intuitu perſonarum, ſed loci. Sed priuilegia locis cõceſſa ad quaslibet perſonas ibi ſtantes extenduntur, vt notat Bart. in leg. fin. c. de teſtam. & in l. cunctos populos & Bald. in l. ſi non ſpeciali c. de teſtam. ergo dum infideles tali priuilegio frui volunt non eſt illis denegandum. vide Dian. de immun. reſol. 22.

5 Apoſtata à Religione gaudet immunitate, non autem in Eccleſijs, & Monaſterijs eiuſdem Religionis, à qua apoſtatauit; ſed in alijs Dian. reſol. 23.

6 Confugiens ad Corpus Chriſti, dum portatur ad infirmos, gaudet etiam, quia hoc digniſſimum ſacramentum potiſſima cauſa eſt, vt Eccleſijs hæc immunitas conceſſa ſit: ergo multo magis debet ipſum eandem habere immunitatem. Sed non gaudet reus confugiens ad Reliquias Sanctorum, vel ad eorum

eorum Imagines; quæ per plateas proceſſionaliter circumferuntur, vel ſi apprehendet Sacerdotem ambulantem. Nam Iura loquuntur tantum de Eccleſijs, & Doctores tantum de Sacerdote Euchariſtiam deferente. Contra. Corream de immu. Eccleſ.p.2 n.25.apud Dianam tract.1. de immu. Eccl. reſol.48.

7 Gaudet etiam confugiens, etiam ſi nō tangat Sacerdotem geſtantem, ſed ſolum intrando in cubiculum, vbi Sacerdos extabat pro communica ndo infirmo. Idem ibid.

8 Gaudet etiam quando confugiens fugiens à ſatellitibus, ſe immiſſet inter illas perſonas,quæ aſſociant venerabile Sacramentum Euchariſtiæ,etiam ſi non tangat Sacerdotem, vel haſtam Baldacchini. Dian. ibid. reſol.38.

9 Hæreticus in criminibus non exceptis gaudet immunitate Eccl. Idem.

10 Mercator, qui fraudulenter decoxit; Idem reſol. 32.

11 Damnatus ad triremes, ſi confugit ad Eccleſiam, gaudet. Idem reſol. 40.

12 Excommunicatus occidens Clericum reſol. 34. idem.

13 Inferentes sfrigia in Eccleſijs. Cong. Epiſcopi 16. Nouembr. 1618. relata à Gauant. Man. Epiſc. verb.Immunitas n.12.

14 Committens crimen læſæ Maieſtatis in perſonam Principis ſuperiorem recognoſcentis. Farinac.de imm.Eccleſ.c.13. nu 287. & alij, apud Dianam tract. de immunit. reſol.6.& ratio eſt, quia dato, quod crimen læſæ maieſtatis committeret, illum offendendo, gauderet tamen Eccleſiæ immunitate; quia

quia præſens Bulla Gregoriana intelligitur de offendentibus perſonam ſupremi Principis, nam cum verſemur in materia odioſa,& pœnali, ita nomen Principis in Bulla accipiendum eſt.

15 Rebellis, vel qui offendit ſtatuas, vel imagines Principi dicatas. Quia licet multis modis committatur crimen læſæ maieſtatis, hodie tamen per dictam Conſtitutionem Gregorij XIV. ſtatutum eſt reum de crimine læſæ maieſtatis, tunc non gaudere immunitate Eccleſiæ ſi in perſonam Principis aliquid machinatus fuerit: ergo ſecus ſi non in perſonam Principis. Et ideo Peregr. de immun. c. 10. n. 9. probat gaudere hac immunitate Eccleſiæ, offendentes, vt diximus ſtatuas, vel imagines Principum, cudentes falſam monetam, offendens eum, qui haberet ſaluum conductum, tractando de faciendo Rege ipſo viuente, expoliantes nuncios Regis, vel alterius Principis, vt arcana Regni ſciant, at ſimilia Perpetrantes; nam licet hi omnes in his delictis committant crimen læſæ Maieſtatis, non tamen perſonam Principis offendunt. Farinac. loc. cit. n. 190. con. Rolan. & Peregrin.

16 Offendens S. R. E. Cardinalem. Vide verb. Cardinalis.

17 Committens crimen læſæ Maieſtatis in perſonam Principis, ſi non eſt ei ſubditus ratione originis, ſeu domicilij, quia talis non dicitur committere crimen læſæ Maieſtatis, & eſt communis opinio teſte Roland. l. 1. cõſ. 4. n. 5. Farinac. vbi ſupra n. 191.

18 Qui

18 Qui cum ipſo ſatellite per vim intrat in Eccleſiam. Dian. tract. 1. de immunit. reſol.36.

19 Qui aliquem occidit in atrio, in ſcalis ſuper tectum, vel oſtium in cæmeterijs extra Eccleſiam, ſi poſt delictum in aliqua Eccleſia ſe abſcondat, quia ſic aliquem occidens non occidit in Eccleſia, ſed in locis extra Eccleſiam. Dian.ibid.reſol.39.

20 Palatium Epiſcopi, quamuis longe ab Eccleſia diſtet, gaudet immunitate, quia hæc immunitas conceſſa eſt ratione dignitatis perſonæ epiſcopalis propter ſanctitatem muneris, & dignitatis ſicut tota familia Epiſcopi, licet laica, gaudet intuitu eius priuilegio fori. Dian.16. reſol. 28.

21 Item palatia Cardinalium, in locis tamen extra Vrbem, quia tale priuilegium non fuit illis ſimpliciter ſublatum à Gregorio XIII. & Sixto V. ſed tantum pro Vrbe Roma.

22 Eccleſia etiam non conſecrata auctoritate Epiſcopi fundata gaudet immunitate. Sylu. v. immunitas q. 1. etiam interdicta. Etiam cœmeterium ibid.

23 Item Hoſpitale, & priuata Oratoria (non tamen intra domos laicorum) auctoritate Epiſcopi fundata. ibid.

24 Item Monaſteria cum toto clauſtro, & viridario. idem ibid.

25 Si Eccleſia diruta ſit ſine ſpe reædificationis, amittit priuilegia loco ſacro conceſſa: etſi in alium locum ſub eodem patrono

auctoritate Epiſcopi transferatur, vna etiam indulgentiæ eius, & priuilegia omnia tranſferantur. gloſ. ad reg. 7. de reg. iur. in 6. Suar. l. 8. de legibus cap. 5. in fine.

26 Exiſtens in Eccleſia occidens iaculo, ſagitta, ſeu &c. exiſtentem extra Eccleſiam non gaudet immunitate. Abb. Couar. & alij apud Bonac. tract. 2. de legib. diſp. 3. q. 7. §. 4. num. 8

27 Extrahens contra Eccleſiæ immunitatem per vim hominem, & ſtatim ſine interruptione ad eandem Eccleſiam tendat, & extrahit alium, incurrit duas cenſuras; quia ſunt duæ transgreſſiones, & quia vis vni facta non componit vnam actionem cum vi facta alteri. Candidus de cenſ. tom. 1. diſp. 22. dub. 6.

28 Quod ſi extrahens ſimul duos homines duabus manibus tenens extraheret ab Eccleſia, vnicam cenſuram incurreret; quia licet hæc actio virtualiter æquiualet multis, reuera tamen vna eſt, & vnicum ſacrilegium cum vni, & idem Eccleſiæ fiat iniuria contra eius immunitatem agendo. idem ibid.

29 Extrahere attentans per vim reum ab Eccleſia, & re vera non extrahit eſt excommunicatus.

30 Ita docent Marius Itala de immunitate Eccleſ. l. 1. n. 4. cap 6. §. 2. n. 60. & Peregrin. de immun. c. 14. n. 7. & patet ex verbis Bullæ ibi. Quicquam præter, aut contra huius noſtræ Conſtitutionis tenoré attentare prę́ſumpſerit declaramus etiam. Farinacius in tract. de immun. Eccleſ. c. 20. n. 322. docet ex

autho-

authoritate l. 2. cod. de his, qui ad Eccleſiam confugiunt in illis verbis. Si quiſquam contra hanc legem venire tentauerit, ex quibus apparet, quod ſola attentatio punitur. Nec ſufficit ſola cogitatio extrahendi; ſed requiritur quod fuerit deuentum ad aliquem actum exteriorem, vt notant Farinac, & Peregrinus.

31 Nomine Eccleſiæ in hac materia non ſolum venit interius Eccleſiæ corpus, ſed etiam tota Eccleſiæ fabrica, & tectum, partes parietum exteriores, campanile, Sacriſtia Eccleſiæ coniuncta &c. Bonac tract. de legib. diſp. 3. q. 7. n. 5.

32 Nota quoad perſonas extrahentes in hanc cenſuram comprehendere iudices, Capitaneos, ſatellites, cæteroſque miniſtros, ſeu officiales Curiæ ſæcularis, & alios quoſcunque.

33 Quoad actiones vero prohibere. 1. capere. 2. extrahere. 3. incarcerare. 4. extractos, ſeu captos à dictis locis, ſine præfatis conditionibus, non reſtituere Epiſcopo, vel reponere ad carceres Curiæ Eccleſiaſticæ. 5. non procurare eorum reſtitutionem. 6. impedire cognitionem criminis non ſit de exceptis in Bulla.

34 Nota etiam in formam ſupradictam ſeruari debere, vt etiam ſi notorie conſtet confugientem ad Eccleſiam commiſiſſe delictum exceptum in Bulla, nihilominus Epiſcopus debet prius cognoſcere, an ille commiſit delictum exceptuatum, & poſtea conſignare Curiæ ſæculari; quia forma hæc omnino ſeruanda eſt. Vide dictam Praxim

Montis Marani, in quo docte declaratur dicta Conſtit. Gregorij.

35 Si captus à Birruarijs ducatur ad carceres per ciuitatem, vel per Eccleſiam, ſi recuſat exire, numquid extrahi poterit, vel potius erit tutus in ea? Archid in cap. ſicut antiquitus. 17. q 4. quem ſequuntur alij, dicit quod non ſit tutus. Qia Eccleſia non recipit eum liberum, ſed captum, & Eccleſia tuetur confugientem ad eam; ſed iſte non fugit, ſed ductus eſt. Farin. d q 28. n 69.

36 Secus vero erit, ſi carceratus effra ctis carceribus, ad Eccleſiam confugerit, in ea tutus erit. Ambroſin. de immun. c. 10 n. 12.

37 Et hac idem erit, ſi carceratus blanditijs, & pollicitationibus etiam iuratis de redeundo, fuerit emiſſus; nam ſi ad Eccleſiam confugerit tutus, erit. Ambr. ibid. n. 12.

38 Et etiam ſi captus à familia ſe exemerit e manibus eius, & aufugerit in Eccleſiam erit tutus. Idem ibid. n. 13.

39 Condemnatus dum ducetur ad ſupplitium ſi aufugeret de manibus Guſtodum, & in Eccleſiam confugeret, eſſet, & ipſo tutus ſecundum communem opinionem, de qua Ambr. ibid. c. 10. n. 13.

40 Solus Papa poteſt iubere, vt in omnibus caſibus confugiens ad Eccleſiam extrahatur, vt probat tex. ſecundum vnum intellectum in capitulo vxor. Fælicis 17. quæſt. 4. Quia Papa eſt ſupra ius. capitulo Propoſuit. de conceſſ. pro ord. & expreſſe tenet Dian. c. 27. l. 6.

41 Nullus prorſus laicus, etiam ſi Imperator

rator eſſet, vel Rex poteſt confugientem ad Eccleſiam extrahere.

42 Et ideo Bonifatius Rex à D. Aug. excommunicatus fuit, quia delinquentem ab Eccleſia extraxit. c. miror 17. q 4.

43 Sanciuit Honorius Imperator nemini licere ad ſacroſanctas Eccleſias confugientes abducere, & ſi quiſquam contra dictam legem venire tractauerit, læſæ maiaſtatis criminis reum eſſe voluit. l. 2. c. de ijs, qui ad Eccleſiam confugerent.

Extrahens à ſtatu Eccleſiaſtico bona quando eſt excommunicatus.

1 EXcommunicatio eſt contra omnes extrahentes frumenta, blada, & animalia extra ſtatum Eccleſiaſticum, & nemini reſeruata fuit à Gregorio XIII. extr. 53. voluntas. Quæ ſublata à Clemente VIII. fuit poſtea reuocata à Paulo V. contra extrahentes frumenta, blada, legumina, & oleum à locis im mediatè ſubiectis Sedi Apoſtolicæ ad loca mediate ſubiecta, vel à locis mediate ſubiectis ad loca extra ſtatum Eccleſiaſticum.

Circa quæ nota primo in hac cenſura quoad perſonas comprehendi omnes cuiuſcunque ſtatus, conditionis, & dignitatis ſupradicta ſic contrahentes, exceptis hijs, quibus conceditur licentia (vulgo dicta la tratta) chirografo manu Summi Pontificis ſignata talia extrahendi titulo oneroſo congruæ ſolutionis, & exburſationis pecuniarum,

aut ratione appaltuum, & locationum, introituum, iuriumque, & bonorum Sedis, & Cameræ Apoſtolicæ.

Quoad actiones vero hic prohiberi primo aſportare. 2. conducere. 3. exportari, ſeu conduci facere per ſe, vel per alium quouis prætextu, & quocunque tempore, etiam nundinarum. extrau. 12. inter grauiſſimas. Pauli V.

Nota 2 ſupradictas perſonas ſic extrahentes tam ſupradicta, quam animalia, etiam in carnibus, agnis, ouibus, vel alia id genus annonam, & graſſiam concernentia, ligari cæteris pœnis in d. extr. poſitis, amittendi ſcilicet bona, & ſoluendi quinque ſcuta pro qualibet eorum ſalma, & duo ſcuta pro quolibet capite animalium Cameræ Apoſtolicæ applicanda.

Nunc verò Sanctiſſimus D. N. Vrb. VIII. in Bulla, quæ incipit Superni edita an. 1624. 22. Kal. Nouembr. confirmauit, & innouauit prædictas Conſt. Greg. XIII. Clem. VIII. & Pauli V, excepta excommunicatione, & alijs cenſuris, quas incurri ſolum intendit ab ijs, qui prædicta extrahunt cauſa mercaturæ extra ſtatum Eccleſiaſticum, vel ad loca Principum, Comitum, Baronum, & aliorum, quorum dominia exiſtunt in confinibus ſtatus Eccleſiæ, vt patet ex Bulla præfati Sum. Pont. Vrban. VIII. vbi, in quibuslibet eorum (videlicet Conſtitutionum Pij V. Greg XIII. Clem. VIII. Paul. V. & aliorum, quorum ibi mentionem facit) demptis tamen ex illis pœna excommunicationis, & alijs cenſuris Eccle-

ſiaſti-

ſiaſticis præterquam in caſibus, in quibus extra ſtatum Eccleſiaſticum, vel ad alia loca Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum, & aliorum, quorum dominia in confinibus dicti ſtatus noſtri Eccleſiaſtici exiſtunt extractio mercimonij cauſa fiet motu, ſcientia, & poteſtate paribus ſimiliter perpetuo approbamus, confirmamus, & innouamus. Bonac. de excom. in com, diſp. 2. q. 3. p. 42. Hæc cenſura ex conſuetudine habetur pro reſeruata.

Ex dictis colligitur 1. transferentem farinam extra ſtatum Eccleſiaſticum, vel ad loca mediatè ſubiecta ſubijci excommunicationi. Ratio eſt, tum quia farina nihil aliud eſt, quam triticum, nec molitura rationem, naturam, qualitates, & accidentia tritici tollit, licet non eodem nomine ſemper vocetur, & demonſtretur. Tum quia hæc videtur intentio Summi Pontificis, qui ſummo ſtudio inopiam, & charitatem è ſtatu Eccleſiaſtico auertere conatur. Tum quia ſi nomine frumenti, atque bladorum non comprehenderetur farina, lex facile eludi poſſet, redacto in farinam tritico; vbicunque autem diſpoſitio, etiam pœnalis, facile illudi poſſet, non facta extentione, facienda eſt extentio. cap. quam, in fine de reg. Iur. in 6. Tum quia qui ſolis verbis legis contentus, eius mentem offendit, ſubijcitur pœnis illius. l. non dubium c. de legibus l. fraus. Ita Bonac de excom. in par. diſp. 11. p. 3. q. 42.

Obijcies, extrahens panem nõ incurrit excõmunicationem: ergo neq. extrahens farinã.

Reſpondeo 1. negando conſequentiam. Ratio diſparitatis eſt: Tum quia panis ſpecie differt à tritico, conſequenter ſub prohibitione tritici comprehendi non poteſt. Tum quia extractio panis non ſolet annonæ charitatem inducere, cum difficile ſit panem in magna quantitate extrahere, nec panis diu durare poſſit, ſicut farina, & frumentum. Tum quia in materia pœnali non eſt facienda extentio; ſed benignior interpretatio accipienda eſt. Tum quia nomine materiæ non venit materiatum, id eſt confectum ex materia l. quæ filius §. illud ff. de leg. 3. ergo ſub nomine frumenti contineri non poteſt panis qui ex tritico conficitur, & tritici ſpeciem, & naturam exuit Bonac. ibidem.

Sed vtrum nomine, olei intelligãtur etiam oleæ, ideſt, baccæ, ex quibus oleum conficitur, conſequenter vtrum prohibitio extractionis olei extendatur ad extractionem olearum. Alij putant extendi, ſi oleæ extrahantur ad faciendum oleum, non vero ſi extrahantur ad comedendum, vel ſale condiendum, vt poſtea comedantur. Alij diſtinguunt ita. Vel oleæ ſunt maturæ, & iam aptæ ad faciendum oleum vel ſunt acerbæ, & minus aptæ ad oleum, ſi ſunt maturæ, & aptæ faciẽdum ad oleum, aiunt cadere ſub prohibitionem extractionis olei: ſi vero non ſunt maturæ, vel aptæ ad faciendum oleum, non ſubijci huic excommunicationi. Ratio eſt quia in materia pœnali non eſt facienda extentio. Bonac. ibidem.

Colligitur 2. conſulentem prædicta aſportari

tari non incurrere excommunicationem, quia textus loquitur de aſportantibus, ſeu facientibus aſportare; excommunicatio autem lata in facientes non extenditur ad conſulentes, cum aliud ſit facere, aliud conſuleri. Secus die de mandante aſportari, ſeu conduci, hic enim dicitur facere aſportari, ſeu conduci, & licet per ſe ipſum non faciat, facit tamen per alium. Hoc tamen intelligitur ſecuta aſportatione, & conductione. Bonac. ibid.

Sed vtrum aſportans frumentum incidet in excommunicationem antequam perueniat ad locum, ad quem deferri prohibetur. Reſpondeo non affici donec ad eum locum perueniat, ad quem triticum deferri prohibetur. Ratio eſt, quia cenſura non incurritur, non ſecuto effectu ſub cenſura prohibito; effectus autem ſub cenſura prohibitus eſt extractio frumenti extra ſtatum Eccleſiaſticum. Bonac. ibid.

Qui centū frumenti rubia à territorio Eccleſiæ eodem tempore, & centum currus onuſtos vnum immediate poſt alterum exportaret ſine morali interruptione ſemel tantum in excommunicationem incideret. Quia cenſetur vnus tantum actus moraliter, vna exportatio, vnum delictum: ergo vna tantum excommun. incurritur. Tum quia ſic agens vnam habere cenſetur intentionem de vno delicto prohibito ſub pœna excommunicationis committendo. Sayr. de cenſ. l. 1. c. 10. n. 9. Nau. tom. 1. conſ. l. 5. de pænit. & ven.

Et quia paruitas materiæ excuſat ab hac cenſura, ſicut declarauit Clemente VIII. an. 1596. in Bulla, Paſtoralis. Eſt difficultas quænam dicenda ſit parua materia, vel grauis, & ſufficiens ad excommunicationem incurrendam.

Reſpondet Filiuccius eam videri modicam, quæ ſolum ſufficit ad ſuſtentandam familiam per vnum, vel duos dies. Alij cenſent materiam cenſeri paruam, quæ non excedit quartam partem rubli. ideſt, tria ſtadia. Bonaccina vero cenſet paruitatem, & magnitudinem iudicio prudentis viri metiendam eſſe; cum enim Summus Pontifex eam non definierit, prudentis viri iudicio definiendam reliquit, ſpectata non ſolum rei quantitate ſecundum ſe, verum etiam damno comuni, ad quod præcauendum Summi Pontifices tot Conſtitutiones ediderunt. Quamobrem vnum rublum vix materiam ſufficientem exiſtimat. ibid.

Extrahens Reliquias Sanctorum quando eſt excommunicatus.

1. EXcommunicatio eſt contra extrahentes reliquias Sanctorum ex Cœmiteterijs, Cryptis, vel Catacumbis intra, vel extra Vrbem exiſtentibus reſeruata Papæ edita ab Eminentiſſimo Millino de mandato Pauli V. 24. Auguſti 1613.

2. Hæc excommunicatio non euanuit extincto Paulo V. de cuius mãdato edita fuit,

aut

aut ſaltem ceſſauit poſt mortem Eminentiſſimi Millini, qui eam edidit ex ordinatione Sanctiſſimi. Quia hoc Edictum eſt per modum legis, & ſtatuti, vt patet ex ipſomet Edicto, in quo Eminentiſſimus Vicarius conqueritur conſimilia ſuorum prædeceſſorum Edicta vſu abrogata fuiſſe, ideoque illa confirmat, & innouat, vt in futurum inuiolabiliter obſeruetur. Bonac.

3 Reliquiarum nomine intelliguntur Sanctorum corpora, & quælibet eorum particulæ, ſiue oſſium, ſiue carnium, capilli, vngues, dentes, cineres, aut pulueres, in quæ conuerſa ſunt, & alia, quibus ipſi vſi ſunt, dum viuerent, & itidem vela, panni, & cætera; quæ ad eorum oſſa, aut corpora admouentur. Bonac. tom. 2. de legib. diſp. 3. q. 1. p. 4. Sanchez in decal. tom. 1. l. 2. c. 43. n. 2. & alij. Secus de vermibus, qui ex ipſis corporibus Sanctorum fiunt. Bonac. loc. cit.

4 Catecumbæ, ſeu Catetumbæ dicuntur; ex græca enim, & latina lingua cõpoſitum eſt nomen, à, lata, iuxta, & tumbas, vt ſit locus ille, qui ad fores eſt Cæmeterij Caliſtis diceretur Catacumbæ, hoc eſt iuxta tumbas eiuſdem Cæmiterij, vbi eſt vetus, & nobilis memoria S. Sebaſtiani martyris, & vna ex ſeptem Eccleſijs non tantum Vrbi, ſed etiam Orbi christiano notiſſima. Vide Cymiterium.

F

Faciei defectus quando inducit irregularitatem.

1 DEfectus faciei, in qua præcipue cernitur claritas perſonæ, ſi talis ſit defectus, qui nimium turpem, & deformem reddit, irregularem efficit. Sylu. ver. homicidium 3. q. 3. Maiol. l. 1. de irreg. n. 148.

2 Quod ſi habeat os diſtortum, vel cicatrices in facie, id relinquitur arbitrio Epiſcopi, vt iudicet an notabilem pariat deformitatem. Color autem fuſcus, aut niger in vultu, & color eorum, qui regio morbo laborant, qui morbus croceo colore totum corpus, ſed præcipue faciem ſuffundit, non facit irregularem. Viuald. n. 148. Maiol. cit. n. 2.

3 Mentagræ vero morbus, qui & lichen dicitur, qui totam faciem fædo furfure occupat, & ſolo oſculo inficit, & fædus, & horridus eſt, & morbus incurabilis, & apparens irregularem facit. Maiol. l. 1. de irreg. n. 148. Henriq. l. 14. c. 8. §. 8.

Falſarius litterarum Apoſtolicarum eſt excommunicatus.

FErtur excommunicatio in Bulla Cænæ. primo contra omnes falſarios litterarum Apoſtolicarum in forma Breuis. 2. contra falſarios in forma ſupplicationum gratiam, vel iuſti-

iuſtitiam concernentium per Romanum Pō-tificem, aut per Vicecancellarium, aut per eorum locagerentes, vel de mandato Summi Pontificis ſignatarum. 3. contra falſo fabricantes ſupplicationes huiuſmodi ſub nomine alicuius ex ſupradictis. 4. contra eos etiam omnes, qui aliquid in illis addunt, immutant vel radunt, quo immutatur ſenſus à Summo Pontifice intentus, etiam ſi per vnius puncti, aut apicis mutationem fieret mutatio. Vnde hic prohinetur mutatio formalis quoad ſenſum, & non materialis, quæ in melius fit; tamen cauendum omnino eſt a ſimilibus emendationibus.

Hic nota primo hic non comprehendi falſificantes litteras legatorum Summorum Pœnitentiariorum, Nunciorum, & aliorum. Palud. in 4. quæſt. 3. art. 2. Secundo nec qui per ſubreptionem ſuppreſſa veritate, vel ſugeſta falſitate obtinent litteras Apoſtolicas. Tertio neque qui ſub nomine alieno veras impetrant litteras, eiſque vtuntur. Quarto nec qui mandant, aut conſulunt eiuſmodi litteras falſificati, quam uis iſti incurrant aliam excommunicationem nemini reſeruatam. ex cap. falſariorum de crim. falſ.

Fautores, receptatores, defenſores, &c. hæreticorum incurrunt irregularitatem.

ITa communiter Doctores, quos citat, & ſequitur Auila p. 7. diſp. 4. d. 2. con. 2. Amiciſſimus

ciſſimus Santarellus. Tolet. Suar. Valent. probantes ex cap. 2 §. hæretici, de hæret. in 6. vbi iſti dicuntur eſſe inhabiles ad omne beneficium, & officium publicum, & ſub nomine officij publici comprehenduntur non ſolum officia temporalia, ſed Eccleſiaſtica, & conſequenter etiam ordines, qui pertinent ad officium publicum. Alij limitant hanc ſententiam, vt intelligatur, ſi ſupradicti foueant hæreticos formaliter, ſeu vt tales, ita vt per hoc foueantur in hæreſi ſecus autem ſi ob amicitiam, parentelam, &c.

Febris quando facit irregularem.

1 QVi patiuntur febres continuas, & tam vehementes, quæ mentis alienationẽ inducunt, durantibus febribus iure naturali impediti ſunt ad ordines ſumendos, vel exercendos: ceſſantibus autem huiuſmodi morbis, cum nullum ſit impedimentum, nulla eſt irregularitas. Sayr. l 6. c. 9. n. 4. In febribus autem leuibus, aut etiam quartanis, quæ ſua habent quietis interualla, nihil obſtat, quominus quis promoueri poſſit, ſi liberum vſum corporis permittant, & præſertim hora, aut die, qua vacat febris. Idem ibidem.

Feſtis diebus laborans quando eſt excommunicatus.

1 FEſtis diebus aliquid neceſſitate compulſus faciens, excommunicationem maiorem

maiorem non incurrit; etiam ſi illud facere ſub pœna maioris excommunicationis prohibeatur, Quia præceptum Iudicis iuridice interpretandum eſt, nempe quod nemo efficiat opus niſi lege conceſſum, & cuilibet conceditur opus vitæ neceſſarium, arg. c. diſcipulos, de conſ. diſt. 5. Et ſi in excommunicatione iuberetur, quod neque neceſſitatis cauſa, neque pietatis laboraretur, contineret intolerabilem errorem. Sayr. l. 1. de cenſ. cap. 9. num. 6.

2 Hæretico domino iubenti, vt eius hæreticalibus feſtis claudantur officinæ, poſſunt, & ratione ſcandali vitandi tenentur parere ſubditi Catholici; modo per hanc, & alias ſimiles actiones, quæ de ſe non ſunt malæ, non intendant fauere eiuſdem hæretici errori. Nau. conſ. 12. de hæret. n. 12. p. 2. lib. 5. edit. 2.

Fæmina ingrediens Monaſteria virorum eſt excommunicata.

1 EXcommunicatio eſt contra omnes fæminas, quæ ingrediuntur Monaſteria Carthuſienſiumr & aliorum virorum regularem vitam agentium, ſiue prætextu quarumcunque licentiarum à Sede Apoſtolica quomodocunque conceſſarum, quas Pius V. omnino reuocat. extr. 22. regularium, ſiue ſine dicto prætextu, vt de hac re conſultus dictus Summus Pontifex declarauit, & reſeruatur Papæ. Nau. in d. c. ſtatuimus num. 62.

2 Nota hic ad incurrendam hanc cenſuram

ram requiri, vt habeatur quoad reſeruationem licentiarum notitia huius extr. & vt præſumatur ingredi aliquo ex dictis modis, vnde quæ per obliuionem illius, aut incogitantiam, aut animi ſimplicitatem illę ingrediantur, non incurrunt cenſuram, quia lex imponens pœnam præſumenti facere aliquid non includit facientem per obliuionem. Card. in Clem. 1. q. 39. de priuil.

3 Non poſſunt ingredi mulieres niſi in ea clauſtra, in quibus miſſæ officia, & proceſſiones fieri ſolent. Pius V. ann. 1566. & Regularibus admittentibus fæminas imponitur pœna ſuſpenſionis à diuinis ipſo facto, priuationis officiorum inhabilitatiſque ad illa. ibidem.

Fæmina ingrediens Monaſteria monialium eſt excommunicata.

1 EXcommunicatio alia ſimilis eſt contra fæminas cuiuſcunque conditionis, ſtatus, dignitatis, & præheminentiæ, quæ ingrediuntur Monaſteria monialium, & virorum prætextu quarumcuuque licentiarum, quas omnino Gregorius XIII. & Paulus V. reuocant in ſuis Conſtitutionibus, & reſeruatur Papæ, extr. 23. vbi gratiæ Greg. XIII. & extr. 24. monialium Pauli V.

2 Hæc cenſura extéditur primo ad quoſcunque viros, qui ingrediuntur dicta monialium monaſteria cuiuſcunque licentiæ prætextu. 2. contra religionum ſuperiores vtriuſ-

que

que ſexus, vel alias earum perſonas ſæculares, & regulares aliquem ex dictis admittens. 3. contra quoſcunque illa ingredientes prætextu licentiarum ab Epiſcopis, vel Prælatis eorum conceſſarum, quas dare poſſunt dicti Prælati per Concil. Trid. ſeſſ. 23. c. 5. de regul. neceſſitate dumtaxat vrgente, qua ceſſante ſub dicta cenſura omnino prohibetur vſus talium licentiarum tam ex parte ingredietium, quam ex parte monialium admittentium ipſos. 4. contra moniales non impedientes talium ingreſſum, ſi id facere tenentur ex officio, ſecus ſi ad id non tenentur, niſi eos ingredi inuitarent, & cum effectu ingrediuntur, quia tunc directe admittunt, & per conſequens non excuſantur à tali cenſura. Vide d. conſt. Suar. d. 22. ſect. 6. n. 19 & ſeq.

Fæmina non poteſt ferre cenſuras. Vide mulier.

1 QVia ſpiritualis iuriſdictio, quæ requiritur ad ferendas cenſuras ſaltem de facto, & de iure communi ordinem Clericalem ſupponit. Sayr. l. 5. de cenſ. c. 10. n. 22 Sed fæmina non eſt capax ordinis Clericalis, imo iure diuino eſt incapax, ſexus enim virilis in Sacramento ordinis nedum eſt de neceſſitate præcepti; ſed etiam de neceſſitate Sacramenti ordinis. Et quamuis in Can. Diaconiſſam. 27. quæſt. 1. inhibeantur Diaconiſſæ ante anum quadrageſimum ordinari. Reſpondetur cum Sanctus Thom. 3. parte in addit.

q. 39.

q. 39.a.1. Diaconiſſas non fuiſſe, nec potuiſſe vere ordine Diaconatus initiari, ſed fuiſſe deſtinatas ad quædam obſequia diuina in inſtruendis mulieribus cathecumenis ad baptiſmum; Vel quia in actu aliquo Diaconi participabant; quia ſcilicet legebant homiliam in choro.

3 Ex commiſſione tamen Papæ fæmina poteſt ferre cenſuras; quia hoc non pendet ex ordine clericali iure diuino; ſed tantum iure poſitiuo communi, vt patet cap. Decernimus. de iudicijs.

Feudatarius eſt irregularis.

1 IRregularitas eſt contra Feudatarium, eſt autem Feudatarius ille, qui alterius rem immobilem inſtrumento confecto, & iuramento præſtito de ſeruitio perſonali domino reddendo, accipit. Hic igitur ab ordinibus ſuſcipiendis merito repellitur, eo quod homagium, ſeu iuramentum fidelitatis de ſeruitio perſonali domino præſtando, impedit Eccleſiæ miniſterium, vnde vel Feudum relinquere debet, quando ipſi relinquendi facultas, eſt vel quando ea res pendet ex domini directi voluntate, licentia eius accedere debet, vt ad ordines promoueri poſſit, Feudatarius enim, & Clericus, ſimul eſſe non poteſt ob repugnantiam. quæ naſcitur, vt tam Feudo, quam Eccleſiæ deſeruiat, duobus videlicet contrarijs dominis. Sayr.l.6.c.14. n. 12.

Fidei

Fidei diſputatio quando inducit excommunicationem.

1 SVb pœna excommunicationis interdicta eſt laico diſputatio de fide cum hæreticis, vt patet ex cap. Quicunque de hæret. in 6. Sed hæc excommunicatio non eſt latæ ſententiæ, ſed ferendæ, vel quod idem eſt, non incurritur ipſo facto, ſed eſt comminatoria. Quod recte colligunt authores ex ipſo loquendi modo, quo Pontifex vſus eſt, non enim dixit, excommunicationis laqueo innodetur, ſit excommunicatus vel eo ipſo, vel ipſo iure, vel ſimili, ſed innodetur. Ratio inhibitionis eſt, quia laici, vt plurimum ſunt indocti, ac proinde in iure præſumuntur, tanquam minus idonei, & inſufficientes ad diſputandum de myſterijs fidei. Sed ſi contingat aliquem laicum eſſe doctum, non comprehenditur ſub illa inhibitione. Bann. q. 10. a.7. in commun. & confirmat exemplo Alberti Pygij Comitis, & Henrici VIII. Regis Angliæ: qui cum fuerint laici, & tamen cum literatis diſputauerunt de fide. Alij contra ſentiunt omnes omnino laicos comprehendi in illa inhibitione, quia leges, quæ fuerunt pro communitate; non ſolent ſpectare quid aliquando fieri poſſit in hoc, vel illo caſu, particulari, ſed quod fiat vt plurimum. At laici, vt plurimum ſunt indocti, licet aliquando contingat hunc, vel illum eſſe doctum. Ergo omnes tenentur leges inhibitionis ſeruare.

nare. Ita Nau. & alij citati à Sanchio. nu. 5. quæ ſententia probabilior eſt. Poteſt autem contingere caſus magnæ alicuius neceſſitatis aut vtilitatis, in quo non habet locum illa inhibitio, vt ſi eſſet aliquis hæreticus qui peruerteret fideles, & nullus Eccleſiaſticus, vel Religioſus adeſſet, qui poſſet illi reſiſtere. Tunc laico, ſi alioquin ſufficienter eſſet doctus, id liceret, & ex obligatione charitatis incumberet. Valent. Sanchio.

Fidem ficte negans ab ea apoſtatando, ſiue ſponte, ſiue timore ductus ſit irregularis.

1 ITa docet Santarellus meus amiciſsimus tract. de hæret. c. 25. dub. 1. n. 4. Farinaccius dominus, & amantiſsimus meus, de hæreſi q. 92. nu. 73. quod probat Sanchez. Suar. Maiol. ex cap. presbyteros diſt. 50. qui textus de fictis apoſtatis videtur aperte loqui.

Fidei profeſſionis omiſſio inducit excommunicationem, & interdictum.

1 EXcommunicatio eſt contra Rectores ſtudiorum, & alios Epiſcopis inferiores doctorandi facultatem habentes, qui aliquem ad gradum doctoratus promoueri, vel cathedram, aut lectiones retinere, vel conſequi

qui patiatur prius quam fidei profeſsionem emittant, & alia non ſeruant, quæ ſeruare tenentur iuxta formam traditam à Pio IV. & nemini reſeruatur. extr. 112. in ſacroſancta Pij IV.

2 Interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ eſt contra Epiſcopos, & alios maiores, etiam Cardinales, qui doctorandi facultatem habentes, aliquem promoueri patiuntur, non præmiſſa fidei profeſsione, &c. iuxta formam Pij IV. extr. 112.

Filij Saracenorum, Paganorum, & Iudæorum quando ſunt irregulares.

1 SI dicti filij baptizati ſunt ab infantia, nullam incurrunt irregularitatem, quia non ſunt filij hæreticorum, contra quos lata eſt in iure irregularitas. Ita Doctores, quos citat, & ſequitur Bonac. de cenſ. diſp. 7. q. 3. p. 7 n. 11. Si autem conuerſi ſunt, & baptizati in adulta ætate, dicuntur Neophyti, & ſunt irregulares, vt communiter tradunt Doctores. Quanto autem tempore ſit iudicandus aliquis Neophytus. Vide verb. Neophytus.

Filij illegitimi ſunt irregulares. Vide Illegitimi.

1 SI Clerici ex concubina filios habuerint, ad maiorem gradum, & dignitatem

tem tranſire non poſſunt, ſed in ſtatu, gradu, & dignitate, in qua ſunt permanere perpetuo debent. Ita definitum fuit à Sanctiſsimo D. N. Pio V. peculiari motu proprio. Vt refert Roias in Epit. ſucceſsionum c.47.n.19.

Fractor, & ſpoliator loci pij à quo abſoluatur.

1 FRactor ſimul, & ſpoliator loci pij, auctoritate Epiſcopi ædificati, poſtquam fuerit nominatim denunciatus eſt excommunicatus à Papa abſoluendus cap. Conqueſtio de ſent. excom. tit. non frangit autem qui claue aperit.

Fratres minores quando ſunt excommunicati.

1 EXcommunicatio eſt contra fratres minores admittentes tempore Interdicti in ſuis Eccleſijs ad audienda diuina officia fratres, & ſorores ſui tertij Ordinis, etiam ſi ad hoc priuilegium habeant, & reſeruatur Papæ, ſed ſatisfactione præmiſſa Epiſcopis locorum. Clem. L. Cum ex eo de ſent. excom.

Fratres Prædicatores quando ſunt ſuſpenſi.

1 SVſpenſio à Pontificalibus eſt contra Fratres Ordinis Prædicatorum promotus

motus, ad Epiſcopatus, vel alias Prælaturas, qui antequam munus conſecrationis recipiant non reſignant Ordini libros, & alia, quæ habent tempore promotionis, & reſeruatur Papæ. Anton. 3. p. tit. 27. cap.4.ſol.5. Quæ cenſura extenditur contra Mendicantes vigore communicationis priuilegiorum idem faciente. Sayr. tom. 1. l. 4. c.12. n.6.

2 Suſpenſio eſt ab exequutione ſacrorum Ordinum contra Fratres Prædicatores, ſi perturbare præſumunt officium Inquiſitionis contra hæreticos,per Fratres Minores adminiſtratum, vel è contra Fratres Minores idem facientes contra Prædicatores, & reſeruatur Papæ 3.p-tit.27. c 4.fratres.

Fratres Prædicatores moleſtans quando eſt excommunicatus.

1 EX Pio V. & ex Greg XIII. & Clement. VIII. Quo ad ſeſsiones, & Congregationes Concilij, & quo ad locum tenendum in actibus publicis, vt in diſputationibus, & in priuatis, vt in Congregationibus, & in conſultationibus Fratres Ord. Prædicatorum (ſiue in eo loco habeant Conuentum, vel non prius ædificatum, vel non) nobiliorem, & primum locum habent. Quod ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ eis præcipitur, qui auderent ſupradictos fratres, in quibuſcunque locis, & actionibus, ſuper hoc moleſtare, vel inquietare, & quomodolibet impe-

impedire. Zanard. Direct. Theol. p 2. c. 23. de præced Regul.

Fratres Ordinum Mendicantium quando ſunt excommunicati. Vide Religioſus.

1 EXcommunicatio eſt contra Fratres Ordinum Mendicantium ſine ſpeciali facultate Papæ migrantes ad non mendicantes, excepto Ordine Carthuſianorum, & etiam admittentes eos. 22. de Reg. in extr. Martini V. cum reſeruatione. Hæc facit ad iſtud Io. Maioris in 4. d. 38. q. 21. Carthuſia. Religionum optima. De vita Carthuſiana.

Pallentem nuper rigidi Brunonis alumnum
Sic adiit, Mundum linquere certus Odo:
Ede, Pater, quæ Carthuſiæ ſit regula vitæ,
Quæ nox, quæq. dies: quod fugiunt, quod agũt
Ede quibus ſtudiis hic viuitur. Ille, tacendo,
Fugit, & ingemuit: Non potuit melius.

Frater Minor equitando, ſi occidat quando eſt irregularis.

1 NOn eſt irregularis Frater Franciſcanus qui equitando, caſu inopinato puerum occidit: Etſi enim peccat contra regulam ſuam, equitando non eſt tamen res periculoſa, vel ordinata ad mortem, dummodo diligentiam debitam adhibeat. Nau. Man. c. 27. num. 238.

Faria.

Furioſus non eſt irregularis occidens.

1 FVrioſus occidens aliquem, non eſt irregularis, cum hic careat vſu rationis, & ideo actio illa eſt ei inuoluntaria, & ſine conſenſu, & immunis à culpa, cum voluntas dari non poſſit ſine intellectu, & cognitione, furioſus autem intellectu caret. Vnde Bald. in l. furioſum cap. qui teſtam. fac. poſſunt, ait, quod qui ante furorem crimen commiſerit, & proceſſus legitime factus eſt antequam in furorem inciderit, ſi ante iudicij, & ſententiæ executionem, in furorem incidat, in furore puniri non poteſt, quia ratio pœnæ potiſſima eſt, vt ipſum puniendum afflictione afficiat. Quæ ratio deficit in furioſo.

Fur non tenetur ſe ipſum prodere, ſi Prælatus præcipiat reuelationem furti ſub pœna excommunicationis.

1 QVia occultus auctor non tenetur ſe prodere. Tum quia naturalis ratio dictat, quod occulta ſcientiæ publicæ non ſubeunt iudicio publico. Caiet. 2. 2. quæſt. 6. art. 1.

Furantes in Eccleſia res alienas, quos Tagliaborſi vocamus, imo furantes res ſacras, etiam in templo gaudent immunitate.

1 NEgat Decian. tom. 2. l. 6. c. 26. n. 7. Bobabilla in Polit. tom. 1. l. 2. c. 14. n. 8. & alij apud Farinac. quos ipſe merito tract. de immun. c. 16. n. 215. reprobat, & refellit. Et ratio potiſſima eſt, quia tale delictum non eſt per conſtitutionem Gregorij XIV. exceptum.

G

Gabellas exigens quando eſt excommunicatus. Vide Imponens.

1 GAbellas ab Eccleſiaſticis exigentes quocunque prætextu, etiam iuſſu dominorum ſunt excommunicati niſi ex cõceſſione Papæ fiat, vel ignorantia inuincibili excuſentur. Nau. conſ. 1. de conſtit. n 55. & ſeq. p. 1. lib. 1. & edit. 2.

2 Gabellam minutatim exigens ab Eccleſiaſticis iniuſtè tum demum incidit in excommunicationem, & obligationem reſtituendi, ſi animo (ſaltem virtualiter) per minimam partem illam intendebant deuenire; & deuenerit ad quantitatem notabilem. Nau. conſ. 6. de cenſ. num. 6. & 8. par. 1. lib. 3. ed. 2.

Gab-

Gabbella imponi non poteſt ſuper bona Nouitiorum.

1 RAtio eſt, quia Nouitij verè ſunt de familia Monaſterij,& pars communitatis Religionis, quæ exempta eſt. Deinde receptiſsimus vſus habet, vt tributum mere perſonale Nouitius non ſoluat,quia vere perſona eius habetur Eccleſiaſtica. Itaq. merito, qui agnoſcitur pro Eccleſiaſtico, etiam in patrimonialibus bonis inſtar reliquorum Eccleſiaſticorum exceptus habendus erit. Vide Dianam de immun.reſol.37. vbi alij.

2 Nec valet dicere, quod Nouitius non ſit vere Religioſus, & tranſire poſsit ad ſæculum; quia etiam Acolytus ad ſæculum relicto officio Eccleſiaſtico tranſire poteſt, & tamen gaudet exemptione gabellarum.

Gabbella ſuper bona patrimonialia Clericorum non poſſunt imponi à Principibus ſæcularibus.

1 PRobatur ex c. 1. de immun. Eccl. cap. quamquam de cenſ. in 6. & præciſe ex can. Bullæ Cœnæ in illis verbis, imponentes decimas,&c. perſonis Eccleſiaſticis,ac eorum, ac Eccleſiarum bona, vbi dictio illa eorum contradiſtinguitur contra alteram dictionem ſequentem,Eccleſiarum,& ideo non

niſi de bonis patrimonialibus, & proprijs Clericorum, & alijs, quæ ad Eccleſiam non pertinent, intelligi poteſt contra Bobadillam, & alios neotericos Iuriſconſultos, quorum ſententia communi calculo Theologorum merito exploſa eſt.

Gabbella à Principe ſæculari imponi non poteſt ſuper bona Clericorum, ex aliqua cauſa, vt peſtis &c. ſine conſenſu Cleri.

1 ITa Diana de immun. Eccleſ. reſolut. 4. & alij pœnes ipſum aſſerentes, quod quando neceſsitas publica concernit directe, & principaliter æque vtilitatem Eccleſiaſticorum, & laicorum, tunc debent Eccleſiaſtici contribuere: non tamen ad deliberationem ſolius populi; ſed oportet, quod Clerus, & populus ſimul conueniant, & deliberent, quia quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari. Et ſi in tali caſu clerus, ſine legitima cauſa nollet conſentire, poſſent laici implorare auxilium Superioris Eccleſiaſtici vt compellet Clericos. Quia obligat gabbella iuſte impoſita in conſcientia de rigore iuſtitiæ; Vnde D. Paul. ad Rom. 13. Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, nectigal.

Reddite (Chriſtus ait) ea, quæ ſunt Cæſaris illi,
Reddat quiſque Deo, quæ legit eſſe Dei.

Gal-

Gallico morbo laborans quando eſt irregularis.

1 QVi morbo Gallico laborat ſi ita vehemens ſit, vt cauſet vlcera, deformitatem notabilem, vel ſcandalum, vel horrorem, eſt irregularis. Sayr, l.6 cap.8. n.5.

Generales Religionum, & alij Prælati quos interdicere poſſunt.

1 GEneralis Religionis interdicere poteſt ſubditos ſibi, ſic etiam Priores, & Guardiani, & Superiores Monaſteriorum ſubditos ſuos interdicere poſſunt ab audiendis diuinis, aut confeſsionibus, locum tamen, aut perſonam ſimpliciter interdicere nequeunt. Henriq.l.13.c.24.§.& c.51.§.1.

Generale Concilium poteſt interdicere.

1 GEnerale Conciliũ, vel Prouinciale interdicti ſententiã valide ferre poteſt. Henriq.& communis DD. ſententia teſtatur.

Gloſſantes Clementinam ſunt excommunicati.

1 EXcommunicatio eſt contra gloſſantes, ſeu exponentes, aut commentantes Cle-

Clementinam. Exiui de Paradiſo. de verb. ſignif. vbi exponitur Regula Sancti Franciſci, & nemini reſeruatur. Ant. 3. p. tit. 24. cap. 69.

Gratiæ, vel iuſtitiæ cauſa promittens quando eſt excommunicatus. Vide Promittens.

Græcus ſi ordinetur à Latino, vel Latinus à Græco non eſt irregularis.

1 Affirmat Maiolus l. 4. de irreg. cap. 32. quod probat ex cap. cum ſecundum & ex cap. ex parte de temp. ordin. Negat Turrianus, Filliuccius, & alij apud Dianam tract. 2. de irreg. reſol. 54. Quia in priori cap. cum ſecundum verum eſt, quod id prohibeatur, ſed pœna irregularitatis non imponitur. In cap. vero ex parte non eſt ſermo de hac materia.

Græci, & Latini Clerici quando ſunt ſuſpenſi.

1 Ne Græci Latino more miſſas, & diuina officia celebrent, nec Latini e contra ſub pœna ſuſpenſionis perpetuæ à diuinis Pius V. Anno 1566. prohibuit.

Gib-

Gibboſi quando ſunt irregulares.

1 Gibboſi, & alij habentes alios huiuſmodi defectus ſunt irregulares, quando talis defectus parit deformitatem, vt ridiculo ſint. Relinquitur autem arbitrio Epiſcopi, vt videat, ſi talis ſit deformitas, vt repellantur ab ordinibus ſuſcipiendis. Maiol. de irreg. l. 1. c. 13. n. 9.

Gigantes, vel Pigmei quando ſunt irregulares.

1 IRregulares ſunt ob defectum, vel exceſſum debitæ ſtaturæ Gigantes, vel Pigmei, quando ſi talis erit defectus, vel exceſſus, qui pariat deformitatem, ita, vt ridiculo ſint, alias admitti poſſunt. Maiol. loc. cit. n. 9.

Graſſatores viarum non gaudent Eccleſiaſtica immunitate.

1 GRaſſatores viarum ſunt, qui vias obſident, vt ſpolient, & renitentes occidunt, & hoc nomen deriuatur à verbo (gradior, graderis) quaſi quod cum impetu gradiuntur. Ambroſ. c. 3. de immun. n. 2. Alij Graſſatores, ideſt ad malum nitentes. Vnde graſſator, ideſt, nitor ad malum, & proprie graſſatores appellantur, qui viarum in Vrbe vicorumque obſeſſor eſt, qui obuios iniuriæ

Clementinam. Exiui de Paradiſo. de verb. ſignif. vbi exponitur Regula Sancti Franciſci, & nemini reſeruatur. Ant. 3. p. tit. 24. cap. 69.

Gratiæ, vel iuſtitiæ cauſa promittens quando eſt excommunicatus: Vide Promittens.

Græcus ſi ordinetur à Latino, vel Latinus à Græco non eſt irregularis.

1 Affirmat Maiolus l. 4. de irreg. cap. 31. quod probat ex cap. cum ſecundum & ex cap. ex parte de temp. ordin. Negat Turrianus, Filliuccius, & alij apud Dianam tract. 1. de irreg. reſol. 54. Quia in priori cap. cum ſecundum verum eſt, quod id prohibeatur, ſed pœna irregularitatis non imponitur. In cap. vero ex parte non eſt ſermo de hac materia.

Græci, & Latini Clerici quando ſunt ſuſpenſi.

1 Ne Græci Latino more miſſas, & diuina officia celebrent, nec Latini è contra ſub pœna ſuſpenſionis perpetuæ à diuinis Pius V. Anno 1566. prohibuit.

Gib-

Gibboſi quando ſunt irregulares.

1 Gibboſi, & alij habentes alios huiuſmodi defectus ſunt irregulares, quando talis defectus parit deformitatem, vt ridiculo ſint. Relinquitur autem arbitrio Epiſcopi, vt videat, ſi talis ſit deformitas, vt repellantur ab ordinibus ſuſcipiendis. Maiol. de irreg. l. 1. c. 13. n. 9.

Gigantes, vel Pigmei quando ſunt irregulares.

1 Irregulares ſunt ob defectum, vel exceſſum debitæ ſtaturæ Gigantes, vel Pigmei, quando ſi talis erit defectus, vel exceſſus, qui pariat deformitatem, ita, vt ridiculo ſint, alias admitti poſſunt. Maiol. loc. cit. n. 9.

Graſſatores viarum non gaudent Eccleſiaſtica immunitate.

1 Graſſatores viarum ſunt, qui vias obſident, vt ſpolient, & renitentes occidunt, & hoc nomen deriuatur à verbo (gradior, graderis) quaſi quod cum impetu gradiuntur. Ambroſ. c. 3. de immun. n. 2. Alij Graſſatores, ideſt ad malum nitentes. Vnde graſſator, ideſt, nitor ad malum, & proprie graſſatores appellantur, qui viarum in Vrbe vicorumque obſeſſor eſt, qui obuios iniuriæ

oportunos ſpoliat, aut pulſans, aut intentata morte territans. Et ideo graſſari eſt ſupra modum ſæuire ſecundum Nouium. Hoc delinquentium genus eſt exceptum ab Eccleſiaſtica immunitate: iuxta Bull. Greg. XIV.

H

Habitum nouum Religionis accipiens eſt excommunicatus.

1 Excommunicatio eſt contra eos, qui accipiunt nouum habitum Religionis. in c. 1. de relig. domib. l. 6.

Nota, quod non incurritur hæc, eo quod aliquis, vel aliqua recipiat aliquem nouum habitum, vt per ſe ſolitarius degat in ſua domo, vel in alio loco iuxta Gloſſ. ſingularem in eod cap. ver. habitum quam commendat. Panor. conſ. 5. l. 1. modo non inſtituat Ordinem viuendi in ſocietate.

Habitum Religionis dimittens quando eſt excommunicatus.

1 Excommunicatio eſt contra Religioſos profeſſos, qui in ſcholis, vel alibi habitum ſuæ Religionis temere dimittunt, aut ad ſtudia litterarum accedunt ſine licentia ſui Prælati cum conſilio ſui Conuentus, vel maioris partis eius, & nemini reſeruatur c. 2. ne cleric. vel arma in 6. Vnde Raym.

Dimittens habitum temere vir Religioſus,

Qui

Qui tacite fuit, aut expreſſe Religionem
Profeſſus, iuris anathemate ſtringitur inde.

Circa quam nota primo Religioſum ſine dicta legitima facultate ad ſtudium euntem, quamuis habitum non dimittat incurrere hanc cenſuram. Suar. diſp. 23. ſect. 4. n. 17.

Nota etiam hic 2. verbum dimittere, & aduerbium temere; Dimiſsio habitus eſt quādo ſit mutatio in alium habitum ad ſe occultandum, vel ad incedendum hoc modo: ſed temeraria dimiſsio eſt, quando ſit ſine rationabili cauſa, & cum contemptu regulæ, ſeu legis, etiam ad tempus, Caiet. ex D. Tho. 2. 2. q. 53. a. 3. ad 3. Quia dimiſsio perpetua habitus inducit Apoſtaſiam. Vnde temere etiam dicitur dimiſiſſe habitum ille religioſus, primo qui partem illius dimittens, aliam loco illius accipit ſine rationabili cauſa, vel ſaltem apparenti neceſsitate, ita ſe occultat ad liberius vagandum, vt nequeat cognoſci religioſus talis religionis, etiam ſi id fiat ad tempus breue cum contemptu ſuæ regulæ, id eſt cum voluntate dimittendi, quia lex nihil diſtinguit ob breuitatem, & durationem temporis in carentia habitus dimiſsi, vel vſu alterius; ſed ob temerariam dimiſsionem, quæ in puncto, vt aiunt, conſiſtit. 3. qui etiam ſi dimiſſa vna parte habitus, nullum alium induat, ſi in ea, quam retinet, nullum ſignum religioſi manet, & id facit ad incedendum illo modo, quia hic, & nunc in exteriori ſpecie, ſeu forma ille non geſtat habitum religioſum, ideoque tunc incurritur illa ſiue diutius, ſiue breuius poſtea ſic duret. Ex intentione igitur di-

mittentis cognoſcitur, an fuerit ſufficiens temeraria dimiſsio ad inducendam hanc cenſuram. Suar diſt. 23. ſect 4. n. 29 & ſeq.

Nota etiam hic 3. religioſum, qui cauſa infirmitatis, medicinæ, ex timore, & metu latronum dimittit habitum non eſſe apoſtatam, nec peccare. Vnde gloſ. in d. cap ſiquis ex Clericis, & Paludanus docent, quod dum quidam reprehenderetur à Papa ob dimiſſionem habitus, reſpondit his verbis:

Tutius, vt peterem laici ſub imagine Romam
Fas fuit, vt ſinerem luxuriare comam.

Non eſt apoſtata, nec incurrit in dictam excommunicationem religioſus, qui habitum non defert in cubiculo ſuo, vel in loco alio ſecreto, vt melius ſtudeat, quieſcat, dormiat, &c. nec etiam qui ex leuitate quadam habitum dimittit, aut melius currat, ſaltet, ludat &c. Imo nec Religioſus incurrit in dictam excommunicationem ſi habitum dimittat, vt eat ad lupanar. ad fornicandum, vel vt ſecreto furetur, ſtatim habitum iterum ſumpturus, & ſi habitum alium ad ſic occultandum eo breui ſpatio aſſumat. Sanchez in ſum. tom. 1. l. 6. c. 8. n. 57. Ant. Santarell. tract. 2. de apoſt. c 1 n. 5. 6 & 7. Diana tract. 2. de dub. reg. reſol. 1 15. & alij.

Religioſus iniuſte grauatus notabiliter à Prælato, & maius adhuc timens grauamen, nec habens alium remedium, fugit ad Prælatum ſuperiorem longe diſtantem ita, vt in iſta fuga nullo modo peccet, nec venialiter, vt ſuppono (quod fieri poſſe multi dicunt) in hac tamen fuga, & longo itinere certo moraliter

raliter ſcit ſe fore detegendum, & comprehendendum ab inferiore iniuſtè grauante, ſi portet habitum religionis propter cuſtodes. In quo caſu poteſt prædictus cum ſupradictis circumſtantijs habitum dimittere, donec tuto accedit ad Prælatum, ad quem appellat, quia portare habitum religionis eſt præceptũ humanum, & præceptum humanum non obligat cum tanto periculo famæ, carceris, & iniuſti grauaminis ſperati certo moraliter. Portel. in addit. ad dub. regul. verb. habitus num. 3.

Nota 4. eos religioſos incurrere hanc cenſuram, qui eunt ad habitandum extra clauſtra propter ſtudium ſine licentia Prælati cum conſilio, &c.

Hæc cenſura habet locum in ſubditis tantum accedentibus ad ſtudium ſine licentia, non autem in Abbate, vel alio Prelato habente ſupremum Superiorem. Suar. loc. cit. n. 38.

Hæc cenſura extenditur ex eodem textu ad magiſtros, ſeu Doctores legum, vel medicinæ qui præſumunt ſcienter in ſuis ſcholis retinere religioſos, qui habitu dimiſſo, his ſcientijs vacant.

Circa quam nota primo tunc magiſtros DD. incurrere hanc cenſuram, ſi Religioſi, habitu dimiſſo, vacant his ſtudijs prohibitis, ſcilicet legibus, & medicinæ. Vnde ſi religioſi, vel non habitu dimiſſo, illis ſtudent, vel alijs ſcientijs, quam legibus, & medicinæ vacant, etiam dimiſſo habitu, dicti magiſtri, & Doctores excuſantur.

Nota 2. duas actiones hic prohiberi, do-

cere ſcilicet,& retinere, vnde Doctor, ſeu Magiſter has ſcientias Religioſos ſcienter docens quãmuis non retineat, incurrit hanc cenſuram, ſecus ſi adhibuerit ſuam diligentiam, procurando, vt exeant, & nolunt exire. Quod ſi Doctor præſumit huiuſmodi religioſum in ſuis ſcholis retinere, ſiue rogando eos, vt maneant, ſiue conſulendo, ſiue defendendo ſua auctoritate, & fauore vel multo magis aliqua violentia, non excuſatur ab hac cenſura, quamuis illos non doceant medicinam, vel leges. Suar. loc. cit. num. 30. & ſeq.

Solus Papa, & non alius ab eo poteſt diſpenſare cum Religioſis ad relinquendum habitum ex cauſa, Nauar. cap. nullum 18. q. 1. n. 48. & l. 3. conſil. tit. de Reg. conſ. 54.

Hæreticus eſt irregularis.

1 IRregularitas eſt contra quoſcunque hæreticos, etiam occultos, & poſt peractam pœnitentiam, & abſolutionem obtentam; idem dicendum de fautoribus, & receptatoribus hæreticorum: idem de ijs, qui de hæreſi ſuſpecti ſunt, donec ſufficienter ſe purgauerint. Idem etiam de apoſtatis à fide, etiam ſi per vim, & metum apoſtatauerint, forſitan idolatrando, & ore tantum Chriſtum negauerint, cui corde vere credebant, & eum adorabant, & reſeruatur Papæ: ſed cum Clericis ſacris initiatis ante hæreſim poſt dictam emendationem in ſuſceptis poteſt Epiſcopus diſpenſare: idem die de præſtantibus auxilium, conſilium, vel fauorem in hæreſi, vt

de

de ſchiſmaticis; quia vt plurimum non eſt ſchiſma ſine hæreſi. Suar.diſp.43.ſect.1.

Nota hic primo hæreticum,qui publice, vel ſecreto, aut pro quocunque alio modo hæreſim abiurauit per quamcunque gratiam ſibi conceſſam, nunquam intelligi, vt poſſit qui ſic abiurauit, audire ſacramentales confeſſiones ſæcularium perſonarum. Ex Direct. 8.iudic Inquiſ. Pauli IV. Septembr. 1565. & 25. Nouembr. 1565.

Nota 2. non deeſſe Doctores aſſerentes hæreticum occultum non eſſe irregularem. Vide illos apud Dian.tract.2.de irreg. reſ.46. ſed probabilior eſt prima ſententia. Hæreticus eſt, qui falſam opinionem de fide gignit, vel ſequitur. Gignit, vt hæreſiarca, vt v.g. Arrius, Sabellius,& cæteri. Sequitur, vt v. g. omnes, qui hæreticorum, vel hæreſiarcharum opinionem ſequuntur. Hæretici nullatenus ordinari poſſunt dum ſunt in ſuo errore, quia extra Catholicam Eccleſiam ſunt, Spiritum Sanctum non habentes. tex. in cap. didicimus infra. Quod procedit etiam ſi conuerſi fuerint ad Catholicam Fidem, & etiam poſt factam pœnitentiam incapaces ordinum ſunt; atque irregulares. text.in c.didicimus.2. 4.q.1. Imo innocentes filij, & nepotes hæreticorum per lineam maſculinam, & filij tantum per fœmineam ſunt irregulares ob deteſtationem criminis paterni ad ordines officium, vel vllum beneficium admitti non debent. text. in d. §. hæretici. Ratio eſt, quia hæreſi poſt vulnus ſanatum, ideſt, dimiſſionem remanet cicatrix irregularitatis. Vt habetur

betur in cap. Ventum 1. quæſt. 1. Siquis omnes 1. q. 7.

2 Si Prælati non faciunt carceres ad hæreticorum cuſtodiam ex auaritia, vel ſimilia ad eorum officia pertinentia, non dicuntur hæreticorum fautores, quia id in eorum fauorem non faciunt, ſecus ſi propter eos non faciunt Sylu. ver. hæreſis 1. q. 7. verſ. ſi tamen Prælati n. 10.

D. Chryſoſt. in homil. 19. ſuper Matth. comparat hæreticos ſimijs, ſicut enim ſimiæ imitantur homines, ſed tales non ſunt, imo prauæ beſtiæ, ſic hæretici ſimulant eſſe ſanctos, ſed tales non ſunt, imo Lupi rapaces, & Dæmones. *Pelle ſub ouina latitat mens ſæpe lupina.*

Et Damaſc. l. 3. de Fide Cathol. appellat Hydras, quia ſemper pululant veneniſſima capita, & Nanzianzenus orat. 1. contr. Iuli. Chamaleonti aſſimilat: ſicut enim Chamæleons transformat ſe in omnem colorem præterquam in album, ſic hæretici omnem fidem accipiunt præterquam veram, Catholicam, & Romanam.

Hæreticus eſt excommunicatus.

1 PRima excommunicatio Bullæ Cœnæ fulminatur contra hæreticos, eorumdem credentes, & receptatores, fautores, defenſores, ſcienter libros hæreticorum legentes, eoſdemque libros retinentes, imprimentes defendentes quolibet colore publice, vel occulte.

2 Per hæreticos intellige eos, qui poſt ſu-

ſceptum

ſceptum baptiſmum, & ſufficienter de rebus credendis inſtructionem, errorem habent in intellectu contra Fidem cum pertinacia, eandemque expſimunt exterius aliquo ſigno, vt verbo, vel ſcripto, etiam ſi ſint occultiſſimi, dicendi ſunt hæretici, & comprehenſi in hac Bulla. Hæreſis non eſt, niſi ſit error pertinax; eſt autem pertinax, dum homo ſcit aſſertionem eſſe damnatam ab Eccleſia, vel diuinæ Scripturæ repugnantem, vel ignorantia craſſa ignotatam. Sot. d. 22. q 2. a. 3.

3 Vnde in hac excommunicationem nõ comprehenduntur adulti, quærentes veritatem Catholicam, nec habentes aliquem errorem tantum in mente nullo exterius ſigno expreſſum; nec facientes aliquo metu exterius aliquid contra Fidem, modo exterius non aſſentiant; licet in foro exteriori præſumantur hæretici; Vnde Summi Pontificis egerent abſolutione; re vera tamen in foro conſcientiæ non ſunt hæretici, neque excommunicati. Neque errantes contra Fidem ignoranter ignorantia probabili. Illi, qui nullum habent ſcrupulum ſuæ fidei, quia nunquam fuerunt admoniti, non ſunt dicendi hæretici, neque excommunicati in Bulla, modo hi omnes ſint parati corrigi, & obedire Eccleſiæ.

4 Per credentes intellige eos, qui credunt errores hæreticorum, eorum laudando dogmata tanquam bona, vel confuſe credendo veram eſſe doctrinam eorum, quæcumque illa ſit; quamuis ſciant illos aliter credere, quam Catholicorum Eccleſia credat, vel affirmando

firmando poſſe quemlibet Chriſtianum ſaluari in ſecta Luteri, vel alterius hæretici, aut profitendo velle ſe mori in lege, ſeu fide eorum,&c. Palud. in 4.d.13.q.3.orol 2.

5 Per receptatores intellige eos, qui occultant etiam ſemel hæreticos, vt hæreticos, ne in manus iudicis veniant, ſecus ſi id faciant ex aliqua alia cauſa, nam poteſt quis eos recipere, & occultare ob alia crimina, vel ob liberalitatem, amicitiam, conſanguinitatem, non habita ratione ad hæreſim, & non incurrit hanc excommunicationem. Rebuff. de contum.a.67.gloſ.2.p.7.

6 Per fautores intellige eos, qui vel omittunt, vel committunt aliquid in fauorem hæreticorum: fautores ex omiſſione ſunt ij, qui ex officio tenentur, vel in carcerem hæreticos detrudere, vel eoſdem punire, ſiue qui eis fauent ſint Epiſcopi, ſiue alij Prælati, aut Inquiſitores, eorumue miniſtri, idque facere omittunt, vel negligunt, cum poſſint Diœceſim, aut alia loca purgare huiuſmodi hæreſibus.

7 Fautores ex omiſſione ſunt etiam ij, qui obſtrinxerunt ſe iuramento, vel ſtipendio denunciandi hæreticos, & negligunt, aut omittunt hoc facere. Vnde qui iuramento, vel ſtipendio ad hoc non ſe obſtrinxerunt, non incurrunt hanc, ſed aliam cenſuram, quæ quotannis promulgatur ab Inquiſitoribus contra non denunciantes.

8 Filij non tenentur accuſare parentes vi litterarum, ac mandatorum generalium, in quibus Sacræ Fidei cenſores ſub pœna ex-
com-

communicationis præcipiunt accuſare,& reuelare hæreſes, quas nouimus. Quia nemo tenetur accuſare,& teſtificari, cum ex eo ſequitur ſibi magnum damnum ſpirituale, & temporale,aut maximum inde ſcandalum nitur. Sed ex tali accuſatione, & teſtificatione filius magnum detrimentum pateretur, fit enim infamis, ſi pater condamnaretur. Item ob hæreſim patris confiſcarentur bona filij. Item talis accuſatio eſſet cauſa magnæ diſcordiæ inter parentes: ergo non tenentur.

9 Neque non accuſando eum incurrunt excommunicationem quia litteræ,& mandata generalia præcipiendo aliquid ſub pœna excommunicationis ſecundum ius ſunt intelligenda non enim comprehendunt illos, qui iuſtam cauſam habent non accuſandi, & denunciandi, vt inquit Nau.cap. inter verba 11. q.3.conſ.6.coroll.66.n.816.ad finem. Gimanus de inſt.Cath.tit.29.n.30. Abulen.in c.13. Deuter. q.3.

10 Sub hoc nomine fautorum ex omiſſione comprehenduntur miniſtri Curiæ ſæcularis negantes brachium ſæculare contra hæreticos. Iudices,& actuarij contra eos procedere omittentes, teſtes negantes, vel diſſimulantes veritatem, & ſimiles.

11 Fautores vero ex commiſſione ſunt, qui verbis, litteris, aut factis fauent ijs in ordine ad hæreſim, ſi eoſdem docent viam fugiendi, vel falſo ſe defendendi. Si præſtant hæreticis alimoniam extra neceſſitatem in fauorem hæreſis. Nau.conſ.31.& 16. num. 7. de hæret. Si eiſdem miniſtrant ea, quibus

ſe liberare poſſint, & ſimilia.

12 Per defenſores intellige eos, qui opibus, potentia, viribus, aliove modo hæreticis auxilium præſtant, ne in iudicis manus veniant, puniendi, vel qui eos, aut eorum hæreticam doctrinam eodem modo defendunt. Aduocatos, qui in cauſa hæreſis ſcienter, & in Curia hæreticis patrocinantur. Notarios, qui acta componunt in defenſionem hæreticorũ.

13 Hæretici non tenentur ſe ipſos prodere, vel ſocios, ſi ſint conſortes criminis. Nam id naturę valde repugnat. Neque tenetur quis denunciare hæreticos, ſi iſti eſſent ſocij, & cõſortes, criminis, quia non poteſt manifeſtare ſocios, quin etiam ſe ipſum manifeſtet; & nemo tenetur prodere ſe ipſum cap. 87. quis aliquando d. 1. de pœnit.

14 Quando vero iuridice quis interrogatur, vt reus, tenetur ſe, & ſocios manifeſtare, quia hic non ſe prodit, cum de crimine hæreſis ſit iam accuſatus, vel denunciatus, ſed ab alio proditur. D. Th. 2. 2. q. 69. ar. 1. ad. 1. Sanctarell. tract. de hæreſ. c. 9. n. 16. & 28.

15 Per legentes hæreticorum libros, intellige libros continentes eorum errores, vel tractantes de Religione, vt de fide, de Sacra Scriptura, de Theologia ſcholaſtica, atque etiã in aliqua parte alicuius eorum libri, nedum in toto, & ad incurrendam hanc cenſuram non ſufficit legere aliquas lineas, vel etiam eoſdẽ oculis percurrere, aut, memoriter pronunciare, niſi id fiat ex contemptu, vel cum periculo. Graff. l. 4. c. 18. n. 43.

16 Nec excuſantur ij, qui aliquem indu-

cunt

cunt precibus,conſilio,vel auctoritate ad eos legendum . & ipſi audiant,neque legentes ad errores cognoſcendos; & impugnandos, aut ad eruditionem depremendam : neque detinentes domi nomine proprio,vel alieno ſciẽter tales libros, & non combuſſerint, vel eos non præſentauerint Epiſcopis, vel Inquiſitoribus, etiam ſi ſint libri nondum impreſſi.Archid in c.ſent. & c.ſi forte 22.q.4.n.21.

17 Et ratio prohibitionis eſt, quia ſi iure prohibentur colloquia, & ſermones hæreticorum tanquam noxij, & peſtilentes, multo magis eorum libri poſſunt prohiberi, quia libri plus nocent, quam ſermones. Nam, & diuturniores ſunt, & ad plura loca, & ad plurium manus perueniunt.

18 Secundum Bonacc.in hac Bulla excuſantur ab hac excommunicatione qui famulos, vel alios legentes audiunt, quamuis audiens ſit cauſa cur famulus, vel alius ſibi audienti legat. Nam Bulla loquitur de legente, non vere de audiente, vel conſulente, qui non dicitur proprie legere. Sicut nec dicitur legere qui memoriter recitat.

19 Famulus vero, vel alius, qui iuſſu alterius legit dictos libros, non excuſatur à peccato, & ab excommunicatione, niſi hoc faciat ex metu graui, modo metus non ſit incuſſus in contemptum fidei, vel Eccleſiæ.

20 Per imprimentes intellige dominos, & magiſtros impreſſionis, Typographos qui impreſſoribus expenſas ſoluunt, componentes typos, & etiam corrigentes litteras, item eoſdem libros detinentes, defen-

ſendentes, &c. Graff. loc. cit. num. 50.

21 Pœna hæreticorum eſt vltimum ſupplicium, & ſecundum antiquam conſuetudinem, vt rei læſæ Maieſtatis Diuinæ igne cremantur, ſi pertinaces, viui. Si pœnitentes, ſuffocantur. Hæretici inſoleſcentes puniendi.

Turba Lemanna ſacras ſpernit Petri impia claues:
O, gladium Petro da modo, Paule, tuum.

Hermafroditus eſt irregularis.

1 Irregularitas eſt contra Hermafroditum quamuis magis virili ſexu vigeat ex com. Doctorum ſententia, & reſeruatur Papæ; quia ſi magis fæmineo polleat, tunc eſt incapax ordinum omnino. Sylu. ver. Hermafroditus. Neuar. n. 203. Hermafroditus dicitur ille, qui vtrumque genitale membrum virile, & fæmininum habet; quem etiam alio nomine Androginum vocant. Archid. in cap. hæc imago 33. q. 5. circa medium. Angl. armill. Tab. ver. Hermafrodito ſic ait. Abſurdum eſt de eo promouendo ad ordines tractare, quem neſcias, an maſculus, an fæmina ſit, & ad gignendum, an ad concipiendum ſit aptus, cum ſimul, & ſemel, & gignat, & pariat. Vnde inquit ille.

In quo Mercurij facies, Venerisque videtur,
Nec vir, nec virgo eſt: Hermafroditus homo eſt.

Hye-

Hyeroſolimam, & partes tranſmarinas petentes quando ſunt excommunicati.

1 PEregrinantes in Hieruſalem abſque licentia Papæ ſunt excommunicati. Archiep. Florent. 3 p. tit. 25. cap. 30. Nauar. Manual. c. 27. n. 109.

2 Inchoans huiuſmodi peregrinationem, ſed non perficiens, non incidit in hanc excommunicationem; quia textus loquitur de accedente, is autem dicitur ad terminum, accedere; qui peracto itinere, ad illum peruenit. Tum quia excommunicatio regulariter loquendo non incurritur, niſi adeſt effectus completus, & conſumatus. Bonac,

3 Accedens ad Sepulchrum Domini alia de cauſa, quam deuotionis. v. g. mercaturæ, aut cauſa alterius negotij cum aliquo peragendi, huic cenſuræ non ſubijcitur. Quia in materia pœnali non eſt facienda extenſio vltra propriam verborum ſignificationem, verba autem textus loquuntur ſolum de accedente ad Sepulchrum cauſa Religionis ad loca ſancta viſenda. Bonacc.

4 Excommunicatio eſt contra Religioſos, qui ſine licentia Superioris in ſcriptis obtenta transferre ſe præſumunt ad partes tranſmarinas. 2. contra Superiores ipſos, qui talem licentiam concedunt alijs, quam litteratis, prouidis, & expertis Religioſis, & reſeruatur Papæ. extr. ad noſtrum de reg. Io. 22.

5 Supe-

ſendentes, &c. Graff. loc.cit. num. 50.

21 Pœna hæreticorum eſt vltimum ſupplicium, & ſecundum antiquam conſuetudinem, vt rei læſæ Maieſtatis Diuinæ igne cremantur, ſi pertinaces, viui. Si pœnitentes, ſuffocantur. Hæretici inſoleſcentes puniendi.

Turba Lemanna ſacras ſpernit Petri impia claues:
O, gladium Petro da modo, Paule, tuum.

Hermafroditus eſt irregularis.

1 Irregularitas eſt contra Hermafroditum quamuis magis virili ſexu vigeat ex com. Doctorum ſententia, & reſeruatur Papæ, quia ſi magis fæmineo polleat, tunc eſt incapax ordinum omnino. Sylu. ver. Hermafroditus. Neuar. n. 203. Hermafroditus dicitur ille, qui vtrumque genitale membrum virile, & fæmininum habet, quem etiam alio nomine Androginum vocant. Archid. in cap. hæc imago 33. q. 5. circa medium. Angl. armill. Tab. ver. Hermafrodito ſic ait. Abſurdum eſt de eo promouendo ad ordines tractare, quem neſcias, an maſculus, an fæmina ſit, & ad gignendum, an ad concipiendum ſit aptus, cum ſimul, & ſemel, & gignat, & pariat. Vnde inquit ille.

In quo Mercurij facies, Veneriſque videtur,
Nec vir, nec virgo eſt: Hermafroditus homo eſt.

Hye-

Hyeroſolimam, & partes tranſmarinas petentes quando ſunt excommunicati.

1 PEregrinantes in Hieruſalem abſque licentia Papæ ſunt excommunicati. Archiep. Florent. 3 p. tit. 25. cap. 30. Nauar. Manual. c. 27. n. 109.

2 Inchoans huiuſmodi peregrinationem, ſed non perficiens, non incidit in hanc excommunicationem; quia textus loquitur de accedente, is autem dicitur ad terminum, accedere; qui peracto itinere, ad illum peruenit. Tum quia excommunicatio regulariter loquendo non incurritur, niſi adeſt effectus completus, & conſumatus. Bonac.

3 Accedens ad Sepulchrum Domini alia de cauſa, quam deuotionis. v. g. mercaturæ, aut cauſa alterius negotij cum aliquo peragendi, huic cenſuræ non ſubijcitur. Quia in materia pœnali non eſt facienda extenſio vltra propriam verborum ſignificationem, verba autem textus loquuntur ſolum de accedente ad Sepulchrum cauſa Religionis ad loca ſancta viſenda. Bonacc.

4 Excommunicatio eſt contra Religioſos, qui ſine licentia Superioris in ſcriptis obtenta transferre ſe præſumunt ad partes tranſmarinas. 2. contra Superiores ipſos, qui talem licentiam concedunt alijs, quam litteratis, prouidis, & expertis Religioſis, & reſeruatur Papæ. extr. ad noſtrum de reg. 10. 22.

5 Supe-

5 Superior Ordinis accedens ad huiuſmodi loca ſine licentia, non incidit in hanc excommunicationem. Quia textus loquitur de Religioſis ſubditis accedentibus ſine licentia Superioris Ordinis. Nomine autem Superioris Ordinis non intelligitur Guardianus, aut Rector Conuentus; ſed Generalis, vel æqualis in iuriſdictione, vel alicuius ab ipſo delegatus ad hanc facultatem concedendam, hic enim per Antonomaſiam Superior Ordinis nuncupatur. Bonacc.

Homicidia plura commiſſa plures irregularitates neceſſario in diſpenſatione manifeſtandas inducunt.

1 Non caret probabilitate, contracta vna irregularitate ob homicidium, non cõtrahi aliam numero diſtinctam, etiam ſi aliud homicidium committas, quia cum irregularitas ſit inhabilitas per modum habitus, non potes amplius ex eadem cauſa inhabilitari, neque vna cauſa ſuper aliam operari. Et ſic de excommunicato qui pluries in excommunicatione celebrauit. Dian. tract. 2. de irreg. 86. reſol. Confirmatur quia copula ſæpius repetita non inducit nouum impedimentum. Neque eſt neceſſario facienda mentio omnium illorum delictorum ſed ſufficit, ſi vnius tantum mentio fiat, vt docet Sanchez. Azor. Garzia. Item ſiquis teneat in baptiſmo plures filios alicuius, vna tantum eſt

eſt compaternitas, vt tenet Garzia nu. 78. Et tandem ſi quis ter, vel quater contraxit nuptias, non eſt neceſſarium id exprimere quando petat diſpenſationem bigamiæ. Vt docet Vgol. Auil. Garzia, Sanchez. Verum h s non obſtantibus ſtylus Curiæ eſt in contrarium. Ideo hæc opinio non eſt tenenda ſecundum quoſdam.

Homicidium Clerici conſulens quando non eſt excommunicatus, & irregularis.

1 QVi conſuluit homicidium Clerici, & poſtea ſerio tale conſilium reuocauit, ex homicidio ſequuto non incurrit in excommunicationem nec in irregularitatem. Ratio eſt, quia quando conſulens facit, quod potuit, vt prius conſilium auertat, vel oſtendat omnibus conſideratis eſſe iniquum, & non amplectandum, non videtur in tali caſu exequutor ipſius conſilio moueri, ſed potius ſua malitia. Laiman. Auila. Tolet. Sylu. Pet. Nau. Leſſius, apud Dian. tract. 5. Miſcell. reſol. 83.

Homicidas occultans, & receptans, vel defendens quando incurrit irregularitatem ratihabitionis.

1 HOmicidæ duobus modis conſiderantur. Quidam enim ſunt homicidæ, qui

qui in rixa, odio, vel alio caſu proximum interfecerunt, Et tales homicidas offendens, occultans, vel receptans conſanguinitate, amicitia, vel charitate, ne ab alijs occidantur, vel à Miniſtris Iuſtitiæ capiantur, nullam incurrit irregularitatem.

2 Alij ſunt homicidæ, quos aſſaſſinos vocamus, & tales etiam ſi nullum occiderint, quocunque colore, etiam charitatis acceptãtes, occultantes, vel defendentes, incurrunt irregularitatem. Vt ex tex. in cap. pro humani de homicidio l. 6. & ſpet. tit. de diſpenſat. §. iuxta Maiol. l. 5. c. 487. Ratio eſt, quia Aſſaſſini ſunt diffidati, ideo illis omnis pietas eſt interdicta.

Homicida quando eſt irregularis. Vide Bannitus. Deformatio. Rixa. Mors.

1 IRregularitas eſt contra homicidas, & mutilatores iniuſtè occidentes, vel mutilantes, id eſt, qui mortem inferunt, vel membrum amputant contra quintum Eccleſiæ præceptum, dummodo is, qui occidit, aut mutilet id faciat poſt baptiſmum. Communis Doctorum opinio. Exod. 1. Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias ab altari meo euelles eum, & moriatur. Quod etiam apud Gentiles in vſu fuit, qui, vt auctor eſt Seneca l. Declam. c. 1. homicidas à Sacerdotio expellebant, eoſque Concil. Trid. ſeſſ. 24. de refor. cap. 7. ab omni bene-

beneficio, etiam ſimplici,& ab omni ordine, & officio Eccleſiaſtico excludit, & hoc tam in foro interno, quam externo, quamuis tenuiſsimum ſit.

Debet ab ordinibus ſacris homicida repelli.

Nota primo quod homicidium eſt corporis humani animati occiſio. Huius delicti grauitas manifeſtatur in hoc quod eius irregularitas non ſolum homicidam comprehendit, ſed etiam conſulentem, mandantem; auxiliantem, ratum habentem, & etiam hominem iuſte, & meritorie occidentem, vt eſt Iudex, & alij. Ita decernitur 23. q.5. can. Si non licet. Can. ſi placuit, vbi præcipitur, ne fiat oratio pro homine occiſore ſui, tanquam pro homine notorie præſcito.

Geneſi enim 9. homicidij vltor eſt Deus. & Ezechiel. 22. quod homicidia cauſa fuerunt excidij Iudæorum. Item diabolus homicida vocatur. Io. c.8. Item homicida nôn habet vitam in ſe manentem. 1. Io. 3. Item viri ſanguinum non dimidiabant dies ſuos Pſal. 54. Item homicidium, ita eſt graue peccatum, quod ſecundum S.Th 1-2. q.100. a.6. tenet ſecundum locum in pœnis, & inter peccata in proximum, & Angel. verb. homicidium terribile peccatũ appellat in col.6. de for.comp. Homicidium inter grauiora, & horribiliora crimina computatur.

Vnus homo per ſe ipſe poteſt occidere mille.
Vnum hominem poſſunt vix generare duo.

Hæc autem irregularitas ex homicidio iniuſto differt ab ea, quæ dicitur ex defectu lenitatis; quia illa contrahitur ex morte alteri

 illata,

illata, vel mutilatione abſque vlla culpa, vt contrahit Iudex per ſententiam mortis, aut mutilationis, & miles, qui in bello iuſto occidit; hæc vero ſemper contrahitur cum peccato. Illa eſt facilior ad diſpenſandum, hæc vero difficilior multo. Nam in Man.In illa Epiſcopus diſpenſare non poteſt, in hac autem poteſt, ſi homicidium occultum ſit.

Nota 2. quod ſiquis ſe defendendo alium occidat antiquitus, & tempore S. Thomæ erat irregularis, vt ipſe ait. 3.p.q.39. a.4. Sed hoc reuocatum eſt per nouam Clementinam, ſi ſe defendat cum moderamine inculpatę tutelæ, & non erit irregularis, ſed poterit illotis manibus celebrare.

Dicitur moderamen inculpatæ tutelæ, quãdo quis facit illud ſine quo aliter ſe, vel alios, vel res ſuas defendere non poteſt. Quod conſiderari debet ad arbitrium boni viri coſideratis circumſtantijs, ſcilicet, cauſa, vt fiat ad defenſionem, & non ad vindictam; conſiderato etiam modo, qui enim inuaditur ſine armis, non debet cum armis reſiſtere, quod verum eſt regulariter; conſiderato etiam tempore. debet enim incontinenti fieri, id eſt dũ actu impugnatur; quia ſi iniuria facta iam ſit perſonæ non eſt licitum percutere, etiam incontinenti, quia non eſſet defenſio; ſed vindicta, quæ non eſt permiſſa ſingulis, ſed iudici; niſi forte timeretur gemina permiſſio. Vnde non debet inſequi percuſſus ſuum percuſſorem, ex quo non vult amplius percutere. Sayr. de cenſ.l.3.c.28. n.18.

Pro defenſione honoris, caſtitatis, aut alterius

rius virtutis occidere licet, ſi tamen, ſerues moderamen inculpatæ tutelæ, ſed non effugies irregularitatem. Greg. de Valent. tom.3. d.5 q.8. p 2. Rodriq. p. 1. c. 26. Sayr n. 21.

Homicida repellitur ab ordine primo propter horrorem, & ſcandalum; horror enim eſt, ſi ponat manus in ſanguine Chriſti, qui effudit ſanguinem hominis. Item quia ordines diriguntur ad Sacramentum Euchariſtiæ, quod eſt Sacramentum pacis paci autem maxime contrariatur homicidium. 3. quia Clerici ſunt electi ad altaris miniſterium, in quo repræſentatur Paſſio Chriſti, qui cum pateretur, non comminabatur, debent ergo miniſtri ſuum dominum imirari. 4. quia miniſtri nouæ legis debent eſſe miniſtri manſuetudinis, & dilectionis ad alliciendos animos hominum ad bonum. 5. quia miniſtri nouæ legis ſunt miniſtri Sacramenti vnionis, & viuificationis, Sacramentum enim Altaris ſignificat vnionem Eccleſiæ cum Chriſto, & viuificat ſumentes, & participantes. Qui ergo occidit, Sacramentum vnionis, & viuificationis non repreſentat Tolet l. 1. c. 70. n. 5.

2 Irregularitas eſt contra Clericum, qui voluntariè aliquem occidit, aut mutilat membrum principale, vt manum, pedem, oculum, & ſimil, vel ita illud debilitat, vt plane moriatur, & abſcindi debeat. Idem dicendum eſt de hijs, qui mandando, conſulendo, incitando, animando occiſorem, aut ſimili ratione ſunt cauſa homicidij, aut mutilationis, vel abortus poſt animationem fætus. CoinK de irreg diſp. 18. dub 8.

5 Irregularitas eſt contra Clericum, qui pro ſua, ſuorumque defenſione aliquem occidit, aut mutilat, etiam cum moderamine, ſi omnino credit ſe periculum euadere poſſe fugiendo, & non fugit, etiam cum ſuo dedecore, quia talis fuga non eſt Clerico ignominioſa; maxime ſi per adulterium, aliamue grauem iniuriam alteri cauſam dedit ſe inuadendi; tunc enim tenetur fugam arripere, ſi ſine notabili vitæ periculo poſſit, quia ſibi imputare debet, quod fugiendo aliquam ſubeat, ignominiam, cui ſuo ſcelere iuſtam occaſionem dedit. CoinK loc.cit.dub 9.in fine.

4 Irregularitas eſt contra Clericum. primo qui temporalem iuriſdictionem habens, directe influit efficaciter in mortem rei, aſſiſtendo latroni capitalis ſententiæ præbens auctoritatem ſuo Prætori. Vide ver. cauſa mortis.

Sed Clerici, etiam in ſacris, beneficiati & religioſi aſſiſtendo tantum exequutioni ſententiæ mortis, nullam præſtando auctoritatem, non ſunt irregulares, nec peccant neque venialiter; quia canones hoc prohibentes videntur contraria conſuetudine abrogati, & Hugol. de irreg. c. 5. §. 3. n. 3. aſſerit iura id prohibentia intelligenda eſſe de Clericis auxilium ſua præſentia præſtantibus, Dian. tract. 2. de irreg. reſolut. 35. ſecundo qui ſua auctoritate, conſilio, præcepto, aut defenſione eſt cauſa propinqua alicuius deformationis ſequuto effectu: tertio qui indirecte eſt cauſa talis deformationis, vt ſi ſine proteſtatione ſe iudicium ſanguinis non intendere,

cum

cum accuſat, à quo iniuriam paſſus eſt, aut in perſona, & bonis proprijs, aut eorum, qui ſibi commiſsi ſunt, aut ita propinqui, vt eorum iniuriam ad ipſum pertinere cenſeatur; ſecus ſi huiuſmodi proteſtationem faciat, vt ablata recuperet, aut iniuriam imminentem auertat, vel ſe, ſuoſque in poſterum tutos præſtat. Doct. in c.2. de homicid. in 6.

Hinc nota talem accuſationẽ ciuiliter tantum in propria cauſa fieri poſſe pręmiſſa proteſtatione, pro recuperatione damni illati, & cautione in futurum &c. in aliena vero cauſa ad euitandum imminens futurum alicuius innocentis periculum poteſt ex charitate fieri denunciatio cum expreſſa proteſtatione id ab eo fieri ad cautelam, & defenſionem proximi non ad vindictam ſanguinis. Suar. diſp.47. ſect.2.n.10 & ſeq.

5 Irregularitas eſt contra Clericum aliquem occidentem pro defenſione rerum ſuarum, de homicidio. Suſcepis. Vbi dicitur, poſt tunicam relinquendum eſt pallium, & melius eſt rerum iacturam pati, quam pro ſeruandis vilibus rebus, ac tranſitorijs acrius in alios exardeſcere.

6 Irregularitas eſt contra Clericos miniſtros infirmorum, ex quorum negligentia, aut imperitia ex aliqua e rum actione ſequitur mors infirmi. Nau.c.27.n.218.

7 Irregularitas eſt contra Clericos primo qui in bello iniuſto ſunt militum duces, ſequutis in alterutra parte homicidijs, aut mutilationibus, etiam ſi proprijs manibus ſanguinem non fundant, quia ſua auctorita-

te dant auxilium,& opem tali bello. 2. qui in dicto bello ſunt milites, & inuicem hortantur, pugnant, & animant ſequuta ſanguinis effuſione, & reſeruatur Papæ, ſecus ſi ad pugnandum, & occidendum in bello iuſto hortantur in genere, niſi excitent ad occidēdum aliquem in particulari, vel in eo pugnant, & aliquem occidunt, aut mutilant, quia tunc ſequuto effectu, fiunt irregulares.

Nota hic licere Clericis occidere abſque ſcrupulo irregularitatis in bello mere defenſiuo ad gratiæ, aut Reip. defenſionem, quia hic eſt vere defenſio innocentis. Coin de irreg c.18.dub.10.n 97.

8 Irregularitas eſt contra extrahentes dolo, aut negligentia, & non ſecundum regulam artis ſagittam, aut gladium ab homine percuſſo, etiam ſi ſint Medici, aut Chirurgi tabes extrahentes, vnde ſequitur mors: eandem irregularitatem contrahunt omnes cuſtodientes, aut ſeruientes infirmis, qui contra prohibitionem medici dant illis aliquod, ex quo ſequitur mors, aut notabiliter accelleratur, ſecus ſi bona fide, vel cum aliqua culpa, modo ea non ſit lata. Idem dicendum de volente infirmum bona fide, vt commodius cibum ſubminiſtret, licet ei acceleretur mors, niſi id fiat ex culpa lata, vt ſi eum voluit, & reuoluit, vt citius moriatur, etiam pietate motus, ne ille angore mortis fatigetur, ea ſequuta irregularitatem incurrit. Auil. 7. par. diſp. 5. ſect. 3. dub. 8.

9 Irregularitas eſt contra eum, qui ſiue ioco, ſiue ex vindicta aliquem in agro repertum

tum arboris ſtipiti affigit,funibuſque alligat, quem poſtea lupi, aliæuè feræ deuorarunt. Viuald. loc. cit. n. 11.

10 Irregularitas eſt contra percutientem iniuſte, ex cuius percuſsione ſequitur mors, etiam ex culpa medici, vel illius curam gerentium, quia paria ſunt occidere, & iniuſte percutere, ſecus ſi iuſte, vt de percutiente ſuum ſubditū, ſicut de patre, & magiſtro, &c. niſi percutiat ex ebrietate, vel cum odio, rixa &c. & ſequitur deformatio. Viuald. de homicid. ſect. §. 2. n. 5.

11 Irregularitas eſt. 1. contra quoſcunque, qui aliquem ad mortem condemnant ipſa ſequuta. 2. contra omnes efficaciter in mortem rei directe influentes ad ſanguinis ſententiam concurrendo, vel eius exequutionem; vt ſunt accuſatores, teſtes, aduocati in cauſa criminali. Item Notarij ſententiam dictantes, ſcribentes, recitantes, aut eidem ſubſcribentes, ſecus de famulis, qui eius tranſumptum faciunt, & in eam non concurrunt. Item tortores, & lictores, & alij extruentes focum, quo alij comburendi ſunt, & ſimil. ſecus de ijs, qui vendunt ligna, gladios, &c. quibus alios interficiendos ſciunt. Auil. p. 7. diſp. 5. ſect. 2. dub 1.

Homicida Sacerdos, qui occultum homicidium commiſit, operam debet dare, vt quam fieri poteſt citiſsime à Papa diſpenſationem impetret. Interim vero poſt peractam pœnitentiam celebrare poterit, quoties abſoluta neceſsitas poſtulat ad vitandam infamiam, aliudue graue periculum. Layman.

12 Irregularitas eſt contra non impedientes homicidium, quod tenetur ex iuſtitia impedire. Suar. diſt. 45. ſect. 5. n. 1. q. 9. Vide Omiſsio. Vnde Verinus.

Qui prohibere poteſt cauſam tribuiſſe videtur
Peccandi, qui non impedit illicitum.

Horas Canonicas recitans excommunicatus an ſit regularis.

1 EXcommunicatus recitando horas canonicas priuatim, & dicendo, dominus vobiſcum, incurrit irregularitatem. Suar. de cenſ. diſp. 12. ſect. 2. n. 13; Maiol. de irreg. l. 3. c. 21. n. 6. quia, vt aduertit. Nau. lib. de orat. c. 7. n. 6. iuxta vſum Eccleſiæ ille verſiculus à ſolis Sacerdotibus, vel Diaconibus dici poteſt, & præſefert perſonam publicam. Sed Dian. tract. 2. de irreg. reſol. 94. cum Auila, præpoſitum, Hurtado putat excommunicatum dicendo, dominus vobiſcum, non peccare mortaliter, & per conſequens non incurrere irregularitatem, quæ quando ob peccatum incurritur, nón niſi ob mortale incurritur, & quamuis peccaret, dicendo, dominus vobiſcum, non peccaret, niſi venialiter, quia eſt materia leuiſsima, & abſque peccato ſecundum Hurtadum, dicere poteſt. dominus vobiſcum, quia poteſt illud dicere, vt priuata perſona, ſicut etiam poteſt dicere. Venite adoremus, quæ ſententia mihi probabilior videtur.

Horas

Horas canonicas tenetur recitare ſuſpenſus, excommunicatus, & degradatus ab ordine.

1 RAtio eſt, quia non debet eſſe melioris conditionis malus quam bonus. Si ergo bonus tenetur; multo magis malus. Vnde licet iſti amiſerunt honorem non tamen onus, alias ex malitia commodum reportant. Tales tamen in horis non debent dicere. Dominus vobiſcum. Omnes.

Hoſtes confugientes ad Eccleſias non poſſunt licite expoliari.

1 ITa colligitur ex can. Sicut antiquitus 17. q 4. Quia Princeps in bello iuſto nõ habet maiorem poteſtatem in hoſtes, quam habet in ſubditos, ſed proprios ſubditos non poteſt ab Eccleſia extrahere; & in ea expoliare: ergo nec hoſtes; bona enim hoſtium poſita in Eccleſia, hac immunitate gaudent. Sylu. verb. bellum 3. a. 6.

Humana cadauera exenterantes ſunt excommunicati.

1 EXcommunicatio eſt contra exenterantes, & dilacerantes humana cadauera, & reſeruatur Papæ. extr. 1. de ſepult. Vbi nota primo hanc cenſuram eſſe generaliſſi-

main,& quoad corpora defunctorum,& quoad facientes,ſeu mandantes fieri tanquam ex his actionibus, prima exenterare. 2. partiri, vel dilacerare humana corpora. 3. coquere. 4 nudare oſſa, vt alio deferant, Nota 2. hanc cenſuram non habere locum in ijs,qui in locis Catholicorum aliquam actionem ex dictis faciunt, vt in eodem loco fidelium, vbi moritur, ſepeliatur. Neque ſi id fiat in locis infidelium, etiam hæreticorum, vt ad fidelium loca tranſportata ſepeliant. Neque ſi id fiat, etiam in locis fidelium ex alia cauſa, vt ex odio, ex publica iuſtitia, vel cauſa Chirurgiæ, anatomiæ, &c, vnde ad incurrendam hac cenſuram neceſſario requiritur, vt aliqua ex dictis actionibus fiat in locis fidelium ad tranſportandum oſſa fidelis ad alia loca fidelium, vt ex Caiet. Sylu. & alij docet Suar. loc.cit.ſect.5.n.2.& 4.

Hyſtriones quando ſunt irregulares.

1 IRregulares ſunt hyſtriones quãdo exercuerunt artem illam in publico, ex officio, & ex conſuetudine Syl.ver.Ordo 4. n.2. Hyſtrionium ars conſiſtit in dando delectationem alijs in dictis, vel factis. Clerici fabulis non intendant, ac nugis. Vnde Hyer. Nugæ in ore laici nugæ ſunt, in ore autem Sacerdotis blaſphemiæ. Hyſtriones non poſſunt promoueri tamquam infames c. maritus 33. d. 4. q. 1. c. 1.

2 Ludus Hyſtrionum eſt Clericis prohibitus, id eſt exercitium publice recitandi in ſcena,

ſcena, ſi fiat ex lucro vel conſuetudine, ſecus ſi raro,& ſecreto,& de rebus honeſtis, & virtuoſis. Omnes. Homo hiſtrio.

Spes Argumentum vitæ(nam fabula vita eſt)
Mundus ſcena, fides Prologus, Actor Amor.

I

Ieſu ſocietatem impugnantes ſunt excommunicati. Vide Societatem.

Ieſuita quando eſt excommunicatus.

1 EXcommunicatio eſt contra Ieſuitas profeſſos, ſiue per ſimplicia, ſiue per ſollemnia vota præſumentes abſque expreſſa ſui Superioris licentia ad id ab eis ſpecialiter obtenta,etiam quæſito colore ad frugem melioris vitæ, aut ſtrictioris obſeruantiæ ad quemuis alium ordinem mendicantium, vel non mendicantium tranſire,Carthuſienſi excepto; ſecundo contra ſic recipientes nedum receptos, & recedentes, nec non dantes auxilium, conſilium, vel fauorem ſequuto effectu, & reſeruatur Papæ, vel Superiori Societatis huiuſmodi. extrau.æquum reputamus, Pij V. Quis Ieſuita?

Hunc eſſe vere Ieſuitam dixeris.
Quem per rubentem, & Sole, & auro Peruam
Criſpum per Afrum perque memnonias domos,
Et horrendum Arctum, vna mittit littera.

Ieſuitiſſæ, earum fautores, &c. ſunt excommunicati.

1 NVlla eſt, & inualida ab ortũ ſuo Congregatio mulierum Ieſuitiſſarum, & quatenus opus eſt, ſupprimitur, & extinguitur. Vrban. VIII Anno 1630. Habitent extra Collegia, domoſque, vbi habitarunt, neque ſimul degent, neque ſimul conueniant, ad aliquid ſpirituale, vel temporale tractandum habitumque deponant ad eundem amplius non admittantur, neque amplius eum reſumant, nec vlli earum ad hæc auxilium, conſilium, fauorem directè, vel indirectè, aut quomodolibet præſtent, neque pro Religioſis, ſeu profeſſæ Congregationis vllo modo ſe gerant. Sub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ reſeruatæ Summo Pontifici. ibid.

Ignorans, illitteratus, vel idiota quando eſt irregularis.

1 IRregularitas eſt contra ignorantem neceſſaria ad ordines ſuſcipiendos, & reſeruatur Epiſcopo, ſi eſt ſpes addiſcendi requiſita ad ſuum officium, vt interim addiſcat. Cum omnino illitterato nec directe, neque indirecte Epiſcopus diſpenſat, ſed indirecte ſolus Papa ſuper ætate propter ſpem futuræ ſcientiæ ad tale officium. Suar. diſp. 51. ſect.

ſect.1.n 8.& ſeq Auil.p.7.diſp.4.dub.1. Ille dicitur illitteratus, qui penitus eſt litterarum ignorans, & ideo irregularis, nam ad ordines ſcientiam requiri probant; quomodo enim poterit alios docere, qui ignorat?

2 Regulares non bene linguam Latinam callentes poſſunt ab Epiſcopo ordinari, ſi bene cantare, & legere ſciant; quia in regularibus non requiritur tanta litterarum peritia, quanta in Clericis ſæcularibus. Nam Religioſi regulariter loquendo non ordinantur ad curam animarum habendam, ſicut Clerici ſæculares. Dian.tract.2.de vbi reguſ.reſol.88. Barboſ.de pot. Epiſcopi.p.2.alleg.40. nu.14. Ille litteras neſcit, qui ſacras ignorat, nec poteſt Deum cognoſcere ſine ſapientia verbi Dei. Hier. & Gregorius. Non debet fieri ruſticus, qui neſcit arare, nec miles, qui neſcit pugnare, nec nauta, qui neſcit pericula vitare, ſic nec paſtor, qui neſcit oues ſuas paſcere: & alibi. Quia quæ Dei ſunt ſapiunt, à domino ſapiuntur, & qui eas quæ Dei ſunt neſciunt, à domino neſciuntur, ipſo Paulo atteſtante, qui ait; ſi quis ignorat ignorabitur. Et Aug. Quid homo ſine litteris reputatur? numquid non bos? vel aſinus, non equus, non mulus. quibus non eſt intellectus? Quidam dixit. Tantum diſtant docti ab indoctis, quantum homines à beſtijs. Ideo D. Hier. ad Ruſt. Si clericatus titillat deſiderium, diſcas quod poſſis docere, & rationabile Deo offeres hoſtiam, ne ſis miles priuſquam tyro, ne prius magiſter ſis, quam diſcipulus.

3 Litteratura ad ordines neceſſaria eſt.

Pri-

Prima Tonſura non niſi confirmatis, & fidei rudimenta, & legere, ac ſcribere ſcientibus confertur. Trident. ſeſſ. 23. cap. 4. Minores non conferuntur niſi Latinam linguam intelligentibus c. 11. poſt redditum teſtimonium de litteratura, ac moribus per Parochum, & ſcholæ magiſtrum. cap 5 maiores vero ſacri non conferuntur niſi ijs, qui bene verſari ſunt in minoribus, ac de ijs bene inſtructi ſint, quæ exercendo ordini, quem ſuſcipiunt, conueniunt. ibid. c. 13.

4 Presbyteratus autem ei ſoli conceditur, qui docere poſſit populum ea, quæ ad ſalutem neceſſarium eſt ſcire, 16. cap. 14. De ſcientia ad Epiſcopatum. Vide Trid. ſeſſ. 22. c. 2 de Refor.

5 Epiſcopus eligatur legitimus, maturus grauis, doctus Trid. ſeſſ, 7. c. 1. de reform. In in Sacro Ordine conſtitutus per ſex menſes antea, Doctor, vel licentiatus in Theologia, vel iure canonico. c. 2. ſeſſ. 22. de reform. examine approbatus, iuxta. c. 1. ſeſſ. 24. de refor.

6 Non ſunt in Epiſcopos ordinandi ſæcularium negotiorum imperiti Non enim ſolum ſpiritualia; ſed etiam carnalia ſubſidia ſubditis miniſtrare debeant. can. Petrus. 39. diſt.

7 In aſſecutione Epiſcopatus Canoniſta Theologo præfertur, ſi doctus, & prudens ſit, & vbi hæreſes non pululant. Azor. inſt. moral. t. 3. c. 28. q. 20.

8 Ius Canonicum magis abhorret illitteratum quam homicidam, quia collatio facta homicidæ tenet ſecus, ſi fiat illitterato, quia

eſt

eſt ipſo iure nulla. Felin. in cap. ſi quando col. 10. n. 30. de reſer.

9 Aliquando tamen ad conſequendum Sacerdotium tam ardens in homine charitas eſſe poteſt, vt ſcientiæ defectum ſupplere poſſit, ſi non ſit penitus inſcius, & illiteratus. tex. in cap. niſi cum pridem de renunc. ibi. Sciētia inflat, charitas autem ædificat, & ideo imperfectum ſcientiæ poteſt ſupplere perfectio charitatis. Antiquis enim temporibus quandoque permiſſum fuit, vt charitas ſcientiæ præponderaret. Vnde S. Flauianus Epiſcopus Macedonium Anachoretam ad Sacerdotium promouit virum cuiuſuis diſciplinæ expertem in locis agreſtibus, & in verticibus montium educatum, ſimplicem, ſacrarumque litterarum imperitiſſimum; ſed quia in eo ſumma charitas vigebat, ideo eum promouit. Nonne etiam ſacerdotio dignus fuit S. Antonius Ancoreta ob eius incredibilem charitatem? quem fuiſſe indoctum, probat Aug. l. 1. de doct. Chiſti in prologo.

Ignorantia quando excuſat ab excommunicatione.

1 EXcommunicatio ignorata non ligat. Quia ad excommunicationis contractionem requiritur contumacia. Non eſt vero contumacia, vbi eſt ignorantia, Duplex eſt ignorantia: Craſſa, & Inuincibilis. Craſſa dicitur cum ignoro, quod tenebar, & poteram ſcire.

ſcire. Et dicitur craſſa, quia cauſatur ex deſidia, & pigritia laborandi, vt ad ſcientiam perueniat, quæ frequenter craſſis, & pinguibus hominibus ineſt: pingues enim regulariter ſunt ſomnolenti,& deſides. Dicitur etiam ſupina, quia tales quaſi ſupini iacent non volentes ſe erigere ad facti conſiderationem.

Inuincibilis (probabilis Iuriſtæ) cum ignoro, quod neque poteram, neque tenebar ſcire.

Ignorantia craſſa non excuſat. eſt communis.

Ignorantia inuincibilis eſt duplex Iuris, & facti. Iuris cum neſcio aliquid vetitum eſſe. Facti cum ſcio ius, ſed neſcio factum; vt ſcio ius contra percuſſorem Clerici, ſed neſcio illum eſſe Clericum, quem percuſſi, & hæc ignorantia facti excuſat ab excommunicatione. c. ſi de vero. de ſent. excom.

Ignorantia Iuris duplex eſt; aut enim eſt Iuris communis,aut Iuris particularis. Ignorantia Iuris particularis excuſat. cap. vt animarum. de conſt. l.6.

Sed vtrum ignorantia iuris communis excuſet controuertunt Doctores. Negat Sot. Adrian.& alij. Affirmat Toletus, & alij: hinc ſecundum iſtos ignarus inuincibiliter caſus alicuius in Cœna Domini, peccat quidem, quia caſus peccata ſunt, ſed non incurrit excommunicationem.

Qui excommunicati confeſſi ſunt ignorantes probabiliter ſe excommunicatos, ſi bona fide confeſſi ſunt omnia peccata, & non meminerunt ſe vlla excommunicatione teneri,

& ab-

& abſoluti fuerint, non tenentur confeſsionem iterare, ſed ſolum habita notitia excommunicationis, abſolutionem ab ea impetrare. Caiet, in ſum. verb. abſolutio. Nau. in cap. fratres nu. 50. de pœnit. d. 5. verſ. Infertur 2. Hugol. de cenſ. Sayr. de cenſ. l. 2. c. 2. n. 4. Ratio eſt, quia illic eſt debita materia, debita forma, cum debita intentione, & non ponitur obex, taliter enim excõmunicatus non peccat, ex quo aut ignorat probabiliter ſe excommunicatum eſſe, aut inculpabiliter eius oblitus ſit, & proinde vera eſt abſolutio ſacramentalis.

Neque in hoc caſu impedit Interdictum Eccleſiæ, quo prohibetur quis in excommunicatione exiſtens Sacramentum accipere; vt enim docet Palud. 4. diſt. 18. q. 4. iniuſta videntur ſententia Eccleſiæ, ſi vellet, aut innocentem punire, aut ignorantiam inuincibilem condemnare; & à fortiori valeret abſolutio, vbi excommunicatio eſſet iniuſta, & quis ea inuolutus, & ea inſcius, aut oblitus, confiteretur, & abſoluatur.

Illegitimus eſt irregularis. Vide Filij.

1 IRregularitas eſt contra omnes illicito coitu natos, quantumuis occultos, licet extrinſecus habeantur pro legitimis, & quoad Sacros Ordines, ad dignitates, & beneficia curata reſeruatur Papæ; ſed quoad minores, & vnum ſimplex beneficium, vel etiam per pro-

profeſsionem Religionis ad Sacros Ordines reſeruatur Epiſcopo. Nau. cap. 27. n. 101. Qui de facto ad eos promoti ſine diſpenſatione, licet ſint à ſic ſuſceptis ſuſpenſi, non tamen in eis miniſtrantes incurrunt irregularitatem, quemadmodum voluntarie, aut occidentes, aut ſecundum ſuſcipientes baptiſmum; & ſimil. Quia irregularitas poſita ob delictum, contrahitur etiam quoties multiplicatur crimen: ſecus autem ob defectum poſita, qualis eſt illigitimas, &c. Auil. p. 7 d. 3. dub. 11.

Si te progenuit thorus illicitus, caueas ne Indiſpenſato tibi donatur ſacer ordo.

Si Filius ſciat, aut credat ſe illegitimum eſſe, atque ex vna parte grauis cauſa vrgeat, cur Sacros ordines ſuſcipiat; ex altera vero parte, ſi diſpenſationem peteret, grauiter ſe infamaret, ſaltem apud Papam, vel Epiſcopum, tunc ſine diſpenſatione ordinari poteſt exemplum habes: Si primogenitus Regis occulte ſciens ſe legitimum non eſſe, hæreditatem fratri legitimè nato, & ad regnum idoneo, non poſsit aliter relinquere, quam ſi fiat Cardinalis Diaconus, aut Presbyter, non tenetur ſe infamare apud Summum Pontificem. Si nulla neceſsitas cogat Sacrum ordinem ſuſcipere: tunc illegitimus occultus abſtinere cogitur, ſi ſuper impedimento ſuo diſpenſationem petere nolit. Quia iura abſolutè ſignificant illegitimos irregulares eſſe, nihil diſtinguendo inter occultum, & notorium. Vbi autem ius non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus. Layman. de irreg. tract. 5. p. 5 c. 5.

Mater

Mater ſciens occultè filium eſſe illegitimum, non ſolum permittere, ſed etiam ſuadere ipſi poteſt, vt ordines ſuſcipiat, Quia ſuadet filio, quod per ſe. & ſuapte natura malum non eſt; quodque ab ipſo laborante inuincibili impedimenti ignorantia, abſque peccato fieri poteſt. Layman ibid.

Inter illegitimos connumerantur primo concepti ante matrimonium, & nati poſt illud, quod erat inualidum. 2. omnes expoſiti, & etiam non expoſiti, quorum parentes ignorantur, & ſunt illegitimi reputati, vt tenacius aſſerit. Auil. loc. cit. dub. 8. 9. & 10. Sed contrariam ſententiam ſequitur Diana cum multis tract. 2. de irreg. reſol. 58. Nam Greg. XIII. Bulla quadam edita An. 1591. in gratiam confraternitatis pro expoſitis decernit, vt habeatur pro legitimis. Et ratio eſt, quia expoſiti nullo iure decernuntur illegitimi, & quod aliquis exponatur, non eſt ſufficiens ſignum, quod ſit extra matrimonium ſuſceptus, cum parentes ob paupertatem prolem ſuam interdum exponant.

Illegitimi nati diuiduntur in quatuor ſpecies. Alij enim dicuntur naturales, alij nothi; alij ſpurij, alij denique manzares. Naturales dicuntur, qui ex viro ſoluto, & concubina vnica domini retenta naſcuntur. Dicuntur autem naturales, quod ſola natura eos genuit, non honeſtas coniugij.

Nothi vero, qui naſcuntur ex viro coniugato, & quacunque alia concubina, & fæmina ſoluta, ſeu qui ex adulterio nati ſunt; ſic dicti à nota, ideſt, infamia,

quæ

quæ multum infamat hominem.

Spurij dicuntur, qui incertum patrem habent ita. vt patrem oſtendere nequeant quem nominare nefas eſt, vel vt alij volunt, Spurij dicuntur, qui ex coitu damnato naſcuntur. Damnatus vero coitus dicitur quotieſcunque fæmina. punitur aliqua lege humana propter coitum, vt ſunt nati ex ſtupro, ex ſacrilegio, inceſtu, aut ex fæmina coniugata. Dicitur autem Spurius à ſpurcitia incontinentiæ. De Spurio dicitur.

Patris ad altare Spurius non ſeruiat vllus.

Manzeres vero dicuntur, qui ex viro ſoluto, & ſcorto, ſeu meretrice, vel aliqua quacunque fæmina fornicaria naſcuntur. Vnde verſus.

Manzeribus ſcortum, ſed mœcha Not his dedit ortum,
Vt ſeges à ſpica, ſpurius ſic eſt ab amica.
Sunt naturales, qui nobis ſunt ſpeciales.

Iſti tales illegitimi ſine ſua culpa à Sacris Ordinibus repelluntur: primo ob deteſtationem criminis paterni. Nec eſt contra illud. Ezech. 18. Filius non portabit iniquitatem patris.

Non portat natus mala, quæ pater operatus,
Nec genitor nati communicat impietati.

2. Quia tales pluſquam alij, vt in pluribus ſolent eſſe imitatores paternæ incontinentiæ, & male morigerati: eo quod à parentibus non ita ſollicite, ſicut legitime nati inſtruuntur. Italice de illegitimo dicitur.

Se l'è mal, l'è per natura.
Se l'è buon, l'è per ventura.

Sæpe

Sæpe ſolet ſimilis filius eſſe patri,

Quamuis iſti illegitimi ſæpiſſime legitime natos antecellunt. Vnde Statius.

Vidi ego tranſertos alieno in arbore ramos.
Altius ire ſuis.

Et Euripides;

Ex nobis ſpurius naſci:non turpe putãdum eſt:
Fac namque ingenio valeat, fac moribus, ipſũ
Haud vmquam poterit natũ inuertere nomen.

Et plures viros præclaros, qui illegitimi fuerunt connumerat. Sayr.de cenſ. l. 6. c.10. num. 3.

3. Quia dignitas Clericalis huiuſmodi vilibus conferri non debet.

4. Quia ignominioſi ſunt,& omnibus odioſi,quaſi ex turpitudine nati.

5. Quia nullo diſcrimine haberetur matrimonij Sacramentum à fornicatione.

De illegitimis ſcriptum. Deut. 23. non ingredietur manſer (hoc eſt illegitime natus) Eccleſiam Dei vſq.ad quartam generationem.

Non dicitur illegitime natus, qui naſcitur ex matre, quæ alijs præter virum ſui copiam facit. Aug. verb.adulterium. nu. 6. Menoch.de arbi,Iud.caſ. 89. n.20.& ſeq. Nec qui naſcitur decimo menſe à die Conceptionis. Fran.Erem. ſing.126. Socin.in l,Gallus.nu 6. 9 de lib.& poſt,

Imagines nondum à Sede Apoſtolica Canonizatorum, vel Beatorũ proponentium, &c. ſuſpenſio, &c.

1 PRoponentes imagines à Sede Apoſtolica nondum Canonizatorum,vel Beatorum

rum cum radijs, ſplendoribus, & laureolis, vel tabellas, & luminaria ad eorum ſepulcrũ, & cum atteſtatione deſuper præponendis, recipienda, & aſſeruanda, ſiue eorum miracula in imponendis libris enarranda: ſi ſint Clerici ſæculares, imponantur eis pœnæ arbitrio Ordinarij etiam priuationis officiorum, & ſuſpenſionis ordinum.

2 Regularibus autem priuationis officiorum vocis actiuæ, & paſſiuæ, & ſuſpenſionis à diuinis.

3 Impreſſores librorum, pictores, imaginum, ſeu ſcultores, alijque artifices pœnis pecuniarijs, & alijs arbitrio Ordinarij, ſeu Inquiſitoris puniantur Vrban. VIII. feria 5. die 13. Martij Ann. 1625.

Immunitate Eccleſiæ qui gaudent. Vide extrahens.

Imponentes noua pedagia, ſeu gabellas ſunt excommunicati.

1 FErtur excommunicatio in Bulla Cœnæ contra eos, qui in terris ſuis noua pedagia, ſeu gabellas præterquam ſibi à iure, ſeu priuilegio ſpeciali Sedis Apoſtolicæ permiſſa imponunt, augent, aut prohibita exigunt.

Pedagium, vel Vectigal eſt tributum, quod ſoluitur pro inuectis mercibus, & etiam, quod ſoluitur pro viæ tranſitu, quando pontes eriguntur, aut viæ aptantur, ad differentiam

gui-

guidagij, quod pro ducatu, & viæ ſecuritate ſoluitur. Tamen in hac Bulla vniuerſaliter ſumitur pro gabella quacunque, quæ imponitur, ſiue pro inuectione mercium, ſiue pro venditione & emptione rerum, ſiue pro tranſitu, ſiue pro ducatu, ſiue alia de cauſa.

Circa quam nota primo poteſtatem imponendi Vectigalia iure ordinario reſidere ſolum apud ſupremos Principes, & Reſp. habentes merum, & mixtum imperium, qui in temporalibus Superiorem non habent, ad quem poſſit appellari, vt Papa, Concilium Generale: Imperatores, Reges, & Reſp. non recognoſcentes Superiores in temporalibus. Nau. c. 27. n. 61.

Nota 2. ad imponentes legitime gabellas requiri tria. 1. poteſtatem ordinariam, vel ſpeciali priuilegio conceſſam. 2. Iuſtam cauſam imponendi iuxta quantitatem rei occurrentis, & in exigendo durante tantum neceſſitate, & vt exacta inſumantur cum effectu in eam rem, propterquam fuit impoſita gabella, vel aucta 3. publicam vtilitatem, vel neceſſitatem, quæ in dubio ſemper præſumitur pro Principe

Per verbum, exigentes, intellige etiam extorquentes pecuniam ab inuitis, etiam ſemel, in quibus comprehenduntur imponentium hæredes, ſucceſſores, coadiutores, appaltatores, miniſtri, & famuli cooperantes in eis exigendis, & tandem exigentes, quæ nunquam fuerunt impoſitæ. Sylu. excom. 7. n. 54. verb Gabella.

Per accipientes à non ſponte dantibus, intellige

telligenon eos, qui ſimpliciter aliquid accipiunt, ſed qui accipiunt tanquam ſibi debitum ex eiuſmodi impoſitione, exigunt, petunt, rogant, vel aſtant in loco, vbi tales gabellæ exigi ſolent. Idem iudica de augentibus.

Impedientes fæminas ne in Religionem ingrediantur, ſunt excommunicati.

1 EXcommunicatio eſt contra omnes, & ſingulas perſonas cuiuſcunque qualitatis, vel conditionis fuerint, tam Clericos, quam laicos ſæculares, vel regulares, atque etiam qualibet dignitate fungentes, qui ſanctam Virginem, vel aliarum mulierum voluntatem veli accipiendi, vel voti emittendi quoquo modo ſine iuſta cauſa impedierint. Trid. ſeſſ. 25. cap. 18. Non eſt reſeruata hæc excommunicatio. Vide Conſtit. Pij V. & Greg. XIV.

Impotentia ſoluendi excuſat ab excommunicatione.

1 IMpotentia moralis excuſat ab excommunicatione. Vt ſi excommunicatio fulminatur contra aliquem, niſi debitum intra tale tempus ſoluat, qui tempore excommunicationis non habet vnde ſoluat, ab excommunicatione excuſatur. Henriq. l. 13. c. 18. §. 4. Sot. in 4. d. 22. q. 1. a. 2. Sicut etiam excu-

excuſatur, qui tempore aſſignato reſtituere, aut ſoluere non poteſt ſine graui detrimento bonorum Superioris Ordinis, vt famæ, aut vitæ. Nau. in Man. c. 17. n. 56.

Excuſatus autem ad tempus, ſi poſtea habeat, vnde reſtituat, aut ſoluat totum, aut partem debiti, ſoluere tenetur, alias incidit in excommunicationem ſi modo Iudex, qui mandatum dedit, adhuc in officio durat, & debitor dum pecuniam habet, maneat ſub eius iuriſdictione, alias mandatum expirauit, ceſſante hominis iuriſdictione in iſtum.

Qui vero tempore, quo excommunicatio lata eſt, habuit, vnde ſoluat, non ſoluit; & proinde excommunicatus eſt; hic per ſuperuenientem impotentiam ab excommunicatione incurſa non liberatur. Vt Sot. & Henriq. vbi ſupra.

Imperator non poteſt excommunicari ab Epiſcopo. Vide excommunicatio, num. 33.

Imperatori loca ſubiecta quando interdicuntur.

1 INterdictum eſt contra Ciuitates, terras, villas, & alia loca dictioni Imperatoris ſubiecta, quorum populi mortuo Imperatore, recipiunt aliquem in Vicarium, vel officialem Imperij, aut in Commiſſarium non habentem licentiam, vel conſenſum Sedis

Apoſtolicæ, ſiue id officium Vicariatus, &c. de nouo aſſumat, ſiue retineat admiſſum ante ab Imperatore defuncto, ſiue id reaſſumat, vel ei, vt tali obediunt, aut præſtant in hoc auxilium, conſilium, vel fauorem, & reſeruatur Papæ. extr. vni. Io. 22. in Sede vacante.

2. Imperator ideo Romanus appellatur; quia ſpeciali obligatione, & iuramento Eccleſiæ Romanæ aduocatus, & patronus exiſtit, præſertim à tempore Caroli Magni; deinde quia à Iulio Cæſare Auguſto, & alijs Romanorum Imperatoribus acceptum eſt, & poſtea à Leone III. Pontifice à Græcis ad Germanos translatum Imperiũ in perſona Caroli Magni; qui in Germania natus erat. Imperator cum primum à maiori parte electus eſt, iura Imperij adminiſtrare poteſt.

Impedientes Prælatorum iuriſdictiones ſunt excommunicati. Vide Iudex.

1 Fertur excommunicatio in Bulla Cœnæ: primo contra impedientes Prælatos, ſeu Iudices ordinarios, quominus ſua iuriſdictione contra quoſcunque vtantur.

2. Contra omnes, qui poſt ſententias, & decreta Ordinariorum, vel Delegatorum ad Curias ſæculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata etiam pœnalia Ordinarijs, & Delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant.

3. Contra eos etiam, qui hæc decernunt, &

exe-

exequuntur,ſeu dant conſilium,patrocinium, vel fauorem in ijſdem.

Hic nota circa primam partem quodcunque impedimentum illatum directe Ordinarijs, Iudicibus, & Prælatis, de quibus tantum mentio fit,vt indirectè eorum conſanguineis familiaribus, & ſimil. inducere hanc cenſuram, ſiue Principes, ſiue Magiſtratus ſint, qui impediunt in vſu ſuæ iuriſdictionis, ſiue alij quicunque. Viua. in hoc caſu 6.

Circa 2. nota omnes recurrentes ad Curias ſæculares,& procurātes inhibitiones,&c. effectu ſequuto, incurrere hanc cenſuram; quod idem dic de Prælatis ipſis tam Ordinarijs,quam Delegatis, qui pro confirmatione ſuarum ſententiarum recurrunt ad ſæculares Iudices,ligantur hac cenſura.

Circa 3. idem iudica de ijs, qui decernunt contra tales Eccleſiaſticos; eiuſmodi mandata;quamuis exequutioni non mandentur, & de ſatellibus, qui dicta mandata exequuntur, & de dantibus in his auxilium,conſilium,&c. ſequuto effectu.

Per Prælatos hic intellige, etiam Cardinales reſpectu ſuorum titulorum, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Legatos à latere, Nuncios,Vicarios Epiſcoporum,Abbates,Generales, & Prouinciales Ordinum Religioſorum.

Laicus vſurpans ſibi iuriſdictionem, etiam ſæcularem ad Epiſcopum, ſeu aliam perſonam Eccleſiaſticam ratione dignitatis Eccleſiaſticæ ſpectantem, incidit in excommunicationem Bullæ Cœnæ. Nauar. Con-

cil. 2 de immunit. Eccleſ. num. 1. p. 1. § 3. edit. 2.

Imponens decimas Eccleſiaſticis eſt excommunicatus.

1 FErtur excommunicatio in Bulla Cœnæ: primo contra eos, qui collectas decimas, & ſimilia onera Eccleſiaſticis perſonis, & bonis Eccleſiarum, Monaſteriorum, eorumque fructus,&c. ſine ſpeciali,& expreſſa licentia Summi Pontificis imponunt, aut ſic impoſita, etiam à ſponte dantibus,& concedentibus recipiunt.

2 Contra omnes cuiuſcunque dignitatis, conditionis, &c. qui dant in his auxilium, conſilium, &c. Quæ verba non indigent declaratione. Vide Viuald. c. 18. n. 2. & 3. Nau. c. 25. n. 115.

Incantator eſt excommunicatus.

1 EXcommunicatio eſt contra Incantatores, Dæmonis adoratores, annulum, ſpeculum, vel aliam quamcunque rem fabricantes, vel rem magicam facientes,&c. Io. 22. & ſuper illis.

2 Excommunicatio fulminata eſt contra obſeruantes incantatores. Gregorius conſ. 26. q. 5. c. 1. & c. 11. Incantatores dicuntur, qui artem verbis peragunt. Sic ergo Chriſtus, & Apoſtoli erant incantatores, quia arte verbi, ſcilicet prædicationis, audientes conuertebant

bant ad Deum. Et hoc ſonat vocabulum incantator, ideſt, intus in corde cantator. Et ſic quando arte verborum quis alium conatur ad bonum ducere, dicitur incantator bonus; Quando vero ad malum malus. Sed vt plurimum incantator in malum accipitur, & contra malos incantatores fulminatã eſt excommunicatio quia incantatio omnis mala ex genere ſuo peccatum mortale eſt; nam ibi ſemper eſt Dæmonis expreſſa, vel tacita inuocatio, ex aliqua ſuperſtitione adinuenta ad aliquem Dæmonis cultum. Vide Caiet. Arm. &c. verbo Incantator.

2 Qui verba ſacræ Scripturæ ad incantationes trahunt, iure arbitrarijs pœnis per Epiſcopos coerceantur. Trid. ſeſſ. 4. in fine.

Incendiarius quando eſt excommunicatus.

1 Excommunicatio eſt contra Incendiarios, qui poſtquam fuerint ab homine excommunicati, & denunciati, reſeruatur Papæ, præmiſſa reſtitutione. cap. tua nos de ſent. excom.

Nota primo non eſſe neceſſarium, vt denuncientur nominatim, ſed ſatis eſt, eſſe generaliter denunciatos, & ex communi nomine ſumpto ex tali crimine.

Nota 2. hanc cenſuram complecti Incendiarios quoſcunque non tantum Eccleſiarum, ſed etiam domorum, locorum, ſegetum, oliuetuum, & ſimilium.

Per incendiarium intelligi non ſolum eum qui conſueuit id facere ſæpius ex habitu vitioſo,ſed etiam eum , qui ſemel id agit ex certa ſcientia, & praua voluntate; ſi enim ex negligentia tantum, etiam culpabili notabiliter; non autem directa intentione id ageret, in rigorem non diceretur incendiarius. ex Caiet. Suar. Nau. c.17. n.100.& 1.p.27.n.94.

2 Suſpenſio per annum ab officio Epiſcopali eſt contra Epiſcopos, & Archiepiſcopos condonantes pœnam ijs, qui malo ſtudio, ſiue pro odio, ſiue pro vindicta ignem apposuerunt, vel apponi fecerunt, aut appoſitoribus conſilium,vel auxilium tribuerunt, & tenentur de damno illato ob incendium, reſtitutionem facere non ſolum Epiſcopi,qui pœnitentiam relaxarunt, ſed etiam ipſimet incendiarij,quibus damnum intulerunt. Can, peſſimam 23. q.8. Sayr.l.4 c.12.n.44.

3 Si nullum adeſt medium hoſtes debellandi, niſi Eccleſiæ, ad quas confugerunt, cōburantur, tunc tenentur iuſtè bellantes proteſtari ſe non intendere imagines,& reliquias concremare, nec Auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum comburere;Quod ſi incendentur hoc per accidens, & præter intentionem iuſtum bellum habentium continget. Nec proprie rebus ſacris tunc iniuria inferretur. Et licet ſpecies Sacramentales comburantur, Chriſto tamen in propria perſona nulla fit læſio, & iniuria magis, quam ſi per calorem naturalem in ſtomacho ſumentium Euchariſtiam ſpecies illæ ſanctiſſimæ digerantur.cum totum hoc accidat præter intentionem iuſtè

bel-

bellantium. Candid. de bello. diſp. 17. ar. 8. dub. 4.

Indulgentia non poteſt concedi ab Epiſcopo excommunicato denunciato.

1 RAtio eſt, quia caret vſu iuriſdictionis; ſecus, ſi non ſit denunciatus, vel ſi in peccato mortali exiſtat; quia his caſibus non tollitur iuriſdictio; nec grauiter peccat Epiſcopus illã exercendo actus enim iuriſdictionales per ſe loquendo etiam cum peccato mortali licite exerceri poſſunt. Bonac. de Indulg. diſput. 6. p. 3. prop. 2. n. 8. & 9. tom. 1.

Indulgentias ad quæſtum concedentes, &c. ſunt excommunicati.

1 EXcommunicatio eſt contra Præſules Epiſcopis inferiores; qui publicant, vel concedunt, vel etiam attentant publicare ad quæſtum Indulgentias, & facultatem eligendi confeſſarios, qui poſſint ab omnibus caſibus, etiam Epiſcopis reſeruatis abſoluere eos, qui aliquid ſoluunt pro delictis, indulgentijs, & facultatibus.

2 Contra eoſdem Præſules, & Adminiſtratores, qui Indicem caſuum, & Indulgentiarum ædibus ſacris appendi iubent; quo ſuppoſita ſoluentibus conceditur, & tribuitur etiam inter alia abſoluendi facultas ab

 vſu

vſu prohibitorum, &c. & reſeruatur Papæ. extr.90. Quam plenum Pij V de Indulgentijs etiam ad quæſtum non admittendis cauetur in Concil. Trid. ſeſſ.21. c.9. de refor.

Infamis eſt irregularis.

1 IRregularis eſt contra omnes, qui ſunt iure infames, ſiue per ſententiam Iudicis, infamiam, irrogantis, ſiue per commiſſionem criminis, cui à iure infamia annexa eſt, quando illud notorium eſt. Huiuſmodi crimina ſunt periurium in iudicio, ſimonia, ſodomia, vſurarum exactiones, ſacrilegium, duellum, hæreſis, eiuſque fauor, crimen læſæ Maieſtatis, perſequutio hoſtilis Cardinalium, quorum duo vltima crimina committentium filij, & nepotes deſcendentes ſunt infames, & irregulares, etiam poſt peractam pœnitentiam, ex cap. Fælicis de pœnis in 7. Coin. de irreg. diſp.18. dub.7. in fine.

2 Item infames infamia iuris contrahunt irregularitatem ex aliquo officio publico infami: primo filij publicæ meretricis. 2. maritus vxoris ſcurrilis, aut publicæ fabularum actricis, & ſimil. Auil. loc. cit. dub 5. concl. 2.

3 Solus Papa diſpenſat cum infami infamia iuris, & cum infami infamia facti ad ſuſcipiendos ordines; ſed Epiſcopus in ſuſceptis ante facti infamiam ex delicto notorio ortam, & indirectè etiam in infamia iuris, vt ſi diſpenſat in eius delicto, ad quod ſua facultas ſe extendit; quia tunc tollit acceſſoriè infamiam ex tali delicto ortam.

4 Præ-

4 Præterea infamia facti tollitur per pœnitentiam,& emendationem vitæ;quia omnis res per quaſcunque cauſas componitur, per eaſdem diſſoluitur. Nau. cap.27.n.204. Suar. diſp 48. ſect.2.

5 Qui laqueo ſe ſuſpendit, & impeditus ab alijs, non moritur,manet irregularis,non ratione homicidij attentati, ſed ratione delicti enormis infamiam inducentis.Petrus Corneus in 3.p.S.Thom.tract.3. de irregularitate diſp,1.d.2.q 4.n.1.

6 Infames dicuntur in hac materia, quorum nomen moribus,& vita eſt reprobatum; ſicut è conuerſo fama eſt illeſæ dignitatis ſtatus, vita;& moribus comprobatus, & in nihilo diminutus. ſumm. ver. Infamia.

7 Merito infames ab Eccleſiaſticis ordinibus ſuſcipiendis, & ſuſceptis arceri ſolent, quia infamibus portæ dignitatum patere non debent. In reg. Infamibus. de reg.dur.l.6. Ordo autem Eccleſiaſticus honor,& dignitas eſt. c.1.de oblig.ad racire.

Infidelis non poteſt excommunicari. Vide excommunicatio num. 31.

Inquiſitores S. Officij quando excommunicantur. Vide S. Officium.

1 EXcommunicatio eſt contra Inquiſitores, & alios deputatos ad S. Officij Inquiſitionem, qui odio, gratia, vel amore, vel lucri, aut commodi temporalis obtentu,con-

tra iuſtitiam, & conſcientiam ſuam omittunt procedere contra aliquem in cauſa hæreſis, vbi erit procedendum, vel ob eoſdem quoque modo vexant innocentem, imponendo ei hæreſim, vel quod impedient S. Officium; & reſeruatur Papæ. Clem. 1. multorum §. verum de hæretic. Ad incurrendam hanc cenſuram requiritur, vt ſit Inquiſitor, vel deputatus ab Epiſcopo, qui contra iuſtitiam, & conſcientiam odio, vel amore, &c. vel omittat procedere, &c. vel vexat innocentem, imponendo, &c. ſecus ſi id faciat per ignorantiam, timorem, aut ad euitandum ſcandalum. Nau. cap. 27. num. 100. Suar. diſp. 22. ſect. 4. num. 1. Caiet. c. 3.

2 Excommunicatio eſt contra Inquiſitores, & Commiſſarios ipſorum, vel Epiſcoporum, vel Capituli Sede vacante ſuper hæreſim deputatos; qui prætextu officij Inquiſitionis pecuniam quibuſcunque modis illicitis extorquent, vel bona Eccleſiarum ob delictum clericorum confiſcant, applicando etiam fiſco Eccleſiæ nedum ſæculari, vel ſibi ipſis, & nemini reſeruatur, & ſunt abſoluendi præmiſſa ſatisfactione. Clem. 2. nolentes de hær. & Tolet. l. 1. c. 39. n. 11. Per pecuniam, intellige omne pecunia extimabile, vt frumentum, vinum, & huiuſmodi.

Inquiſitoribus S. Officij non parens eſt excommunicatus.

1 EXcommunicatio eſt contra dominos totius Orbis, nullis exceptis non parentes

tes Eminentiſſimis Cardinalibus Inquiſitoribus Generalibus Romæ in pertinentibus ad Officium S. Inquiſitionis. Pius V. Conſt. quæ incipit Sanctiſſimus. Quam. vt ait Nauar. ſuo Imperio, & Regio exemplo confirmarunt Rodulfus Imperator, & Rex Catholicus Philippus II. mittendo ad Vrbem ad prædictæ Inquiſitionis requiſitionem duos de crimine hæreſis impetitos.

Interdictum.

1 INterdictum eſt cenſura, qua à iure, vel à iudice diuina officia, quædam ſacramenta, atque Eccleſiaſtica ſepultura prohibentur.

2 Interdictum eſt triplex: locale tantum, perſonale tantum, locale, & perſonale ſimul. Locale tantum eſt illud, quo locus interdicitur. Quod etiam duplex eſt Generale, quo interdicitur locus generalis, vt Regnum aliquod, Prouincia, Diœceſis, Ciuitas, vel Oppidum, aut Parochia. Speciale locale illud dicitur, quo aliquis particularis locus interdicitur, vt Eccleſia, Hoſpitale, Eremitorium, &c.

3 Interdictum perſonale tantum illud eſt, quo ſolum perſonæ interdicuntur, non vero locus.

4 Perſonale iterum eſt duplex. Generale, quo aliqua hominum Communitas, vel Vniuerſitas interdicitur, vt quando interdicitur populus, Ciuitas, Prouincia, Collegium.

5 Perſonale particulare Interdictum illud eſt, quod ſingulares perſonas, vnam, aut mul-

tas, certas, aut incertas interdicit, vt quando datur contra hoc, vel illud facientem.

6 Interdictum locale, & perſonale ſimul eſt, quod interdicit locum, aut perſonam, exemplum dat. Nau de Interdicto ambulatorio, quando ſcilicet perſona particularis interdicitur cum loco, vbi fuerit, ad modum Diaboli, qui quocunque ſe vertat, portat ſecum pœnam. Armill. n. 4.

7 Interdictum perſonale communitatis eo ipſo expirat, quod communitas diſſoluitur. Locale autem Interdictum non extinguitur, & ſi locus v. g. Ciuitas, aut Eccleſia diruatur. Quia ipſum ſolum cenſuram Interdicti retinet, vt in eo Diuina officia celebrari non debeant. Suar. diſp. 3. ſect. 3. n. 8.

8 Ille poteſt interdicere, qui excommunicare, & ſuſpendere. Omnes.

9 Omnes ſubditi poſſunt à Prelato ſuo iuriſdictionem delegatam, vel Ordinariam habentes interdici, alias ſententia à non ſuo iudice lata non tenet. Sylu. Interdictum 3. n. 1. Nau. Armill.

10 Interdictum nunquam ponitur abſq. culpa propria, vel aliena; ſcilicet Principis loci. Nau. c. 27. n. 168.

11 Interdictum inducit irregularitatem à ſolo Papa diſpenſandam per celebrationem, ſicut excommunicatio. cap. ſi clericos de ſent. excom. in 6.

12 Ad hoc, vt Interdictum ſit iuſtum, quatuor requiruntur. Primum eſt competens præmonitio. Secundum cauſa rationabilis. Tertium vt cauſa ſit publice nota. Quartum

vt

vt ſententia fiat in ſcriptis cum expreſſione cauſæ Armill. ver excom. n. 15.

13 Interdictum Ciuitatis includit etiam Suburbia, & ædificia prope mænia. cap. ſi Ciuitas de ſent. excom. Item Interdictum Eccleſiæ, comprehendit etiam ſacella, & cœmeterium contigua: Cap. ead Nau. c. 27. nu. 164. Tolet. de Inter. c. 1.

14 Interdicti non poſſunt recipere omnia Sacramenta, ſed tantum ea, quæ ſunt iure diuino expreſſæ neceſſitatis, vt Baptiſmus etiam ſollemniter tam paruulis, quam adultis. Omnes.

Quicquid ab antiqua manauit origine morbi
Purgabunt iſta (ſi modo credis) aqua.
Lotio Baptiſma eſt, & Circumciſio vulnus;
Curantur ſacra vulnera legis aqua.

Confirmatio licet non ſit præciſe neceſſitatis ad vitam æternam, quia tamen eſt velut complex baptiſmum, conceditur omnibus, quibus baptiſmus. Abb. in cap. Reſponſio de ſent. excom.

15 Ad Sacramentum Pœnitentiæ omnes etiam ſani ſunt admittendi, niſi ſint excommunicati. Omnes.

16 Euchariſtiæ vero Sacramentum poteſt dari tantum, quando conſtat obligare ſub præcepto diuino, ſcilicet in articulo mortis. Omnes. Quod Sacramentum poteſt deferri ad infirmum cum omni illa ſollemnitate, quæ ante interdictum ſeruabatur, & poteſt pulſari campanula ſolita. Item in reditu ad Eccleſiam poterit Sacerdos Sanctiſſimum Sacramentum populo oſtendere, vbi mos eſt.

Quia

Quia non eſt de actibus prohibitis per interdictum conſpectus Sanctiſſimi Sacramenti, niſi in Miſſa. An dari poſſit mulieribus prægnantibus, Vide Euchariſtia num. 11.

17 Sacramentum matrimonij, quamuis non ſit de præcepto reſpectu hominis particularis, nihilominus poteſt tempore Interdicti miniſtrari. Quod intellige de Sacramento tantum. Sacramentalia autem matrimonij ſcilicet, benedictio nuptiarum dari non poteſt. Ratio eſt, quia matrimonium primario eſt contractus naturæ, cui deinde Chriſtus adiecit gratiam ratione Sacramenti. Omnes. Vide Dian. de Sacram. reſol. 167.

18 Quamuis Sacramentum Ordinis tempore Interdicti non poſſit adminiſtrari idest quod Epiſcopus non poteſt ordines celebrare, nihilominus tamen in caſu aliquo particulari. vt v. g. ſi occaſione peſtis, vel alterius calamitatis Parochi, & multi Sacerdotes obierint, poterunt tunc tales conferri. Sylu. Interdictum 5. q. 7. cum neceſſitas careat lege: maxime in hoc caſu, vbi fortaſſe multi morerentur ſine confeſſione ex Sacerdotum penuria, & conſequenter damnarentur multi.

19 Sacramentum autem Extremæ vnctionis, cum non ſit preciſe neceſſitatis, nullatenus eſt concedendum alicui perſonæ, etiam in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ. Omnes.

20 In articulo mortis aliquando eſt miniſtranda Extrema vnctio ab excommunicato denunciato, & hoc tempore interdicti? Ita Trullen. in expoſ. Bullæ. cruciatæ l. 1. §. 1. d. 7. nu. 2. qui ait. In articulo mortis quando aliud

aliud Sacramentum non eſt poſsibile non eſt improbabile poſſe adminiſtrari Extremam vnctionem etiam ab excommunicato denunciato, & tempore Interdicti; quia tunc videtur habere locum Sacramenti Pœnitentiæ, & poteſt facere de attrito contritum. Hoc etiam docet. Auila de cenſ. 2. p. cap. 6. diſp, 3. dub. 3. concl. 4.

21 Si interdictum eſt ab homine, relaxari poterit ab eo, qui illud tulit, vel ab alio, cui is mandauit, aut à Superiore propter aliquam rationabilem cauſam, nunquam autem ab inferiore, quemadmodum, & de excommunicatione tradunt communiter. Si autem Interdictum eſt à iure, & iuris conditor ſibi non reſeruauit, Epiſcopus remittere poteſt, & non Ordinario inferior. Secus ſi reſeruauit ſibi, quia tunc ipſe ſolus poteſt, vel ille, cui mandauerit, Sylu. Armill. Tab. & alij.

22 Interdictum ad tempus, & excommunicatio ad tempus differunt. Quod Interdictum adueniente tempore, expirat, excommunicatio autem requirit abſolutionem, etiam finito tempore. Quod procedit in Interdicto tam à iure, quam ab homine: ſecundum omnes. Sylu. Interdictum 3. num. 13. Armill. n. 21.

23 Pœnæ violantium Interdictum habentur apud Sylu. ver. Interdictum 6.

24 Non eſt opus, vt generale Interdictum imponatur, quod omnes peccent quos tale Interdictum comprehendit; ſat eſt, aliquis illorum, præſertim, ſi Iudex eſt Ciuitatis, vel Rex, vel Princeps. 17. q. 4. can. minor. vbi

Augu-

Auguſtinus propter delictum Bonifacij totam eius domum, & familiam interdixit, vel etiam aliquis alius, & tunc Interdictum omnes complectitur ſontes, & inſontes ſine culpa. Per hoc enim fiunt perpetuo duo. Alterum eſt, quia interdictum eſt ſignum meſtitiæ, & triſtitiæ Eccleſiæ; quam oſtendit in alicuius peccato, & inobedientia, vultque ſanctiſſime, vt omnes filij ſui, etiam, qui ſine culpa ſunt, idem participent malum. Alterum eſt, quia ſic excitantur magis omnes contra eum, qui dat Interdicti cauſam, cum videant ſe ſine culpa, & ob eum pati. Vnde conuocantur ad Eccleſiæ defenſionem, vt ex hoc magis inobediens confundatur, & ad obedientiam facilius conuertatur?

25 Incurritur in ligamen Interdicti per voluntariam transgreſsioné Eccleſiaſtici præcepti, in quo imponitur pœna interdicti ipſo facto, per tranſgreſsionem enim committitur peccatum mortale informatum contumacia, propter quam fertur Interdictum. Suar. diſp. 36. ſect. 3.

26 Suſpenditur effectus Interdicti, & ex conſequenti poſſunt celebrari diuina officia, ac ſi non eſſet Interdictum in diebus Natalis Domini, Paſchatis, Pentecoſtes, Aſſumptionis B. Mariæ, ex iure nouo per conceſsionem Bonifacij in c. Alma mater. Item ex conceſſione Martini V. & Eugenij IV. in feſto Corporis Chriſti, & Octaua feſti. In feſto Conceptionis B. Mariæ in Eccleſijs, in quibus dicitur illius Officium incipiens: ſicut lilium inter ſpinas. Atque in his diebus, ita effectus inter-

dicti

dicti adeo tollitur, vt diuinis intereſſe poſſint etiam ij, qui dederunt cauſam Interdicti. Nau.c.27.n.183.& 184.per extr. Martini V.

27 Omnes, qui non fuerint ſaltem prima tonſura initiati, nec habent aliquod priuilegium non poſſunt Interdicti tempore intereſſe Diuinis officijs, quæ habentur in Miſſali, Breuiario, & Pontificali, & pertinent ad vſum Ordinum, vt ſunt Miſſa, Horæ Canonichæ, Officium B. Mariæ, Officium Defunctorum, Benedictio Aquæ, Cineris, ramorum, Candelarum, Proceſsiones, commemorationes quæcunque, funera pompoſa, exequiæ, benedictiones nuptiales, & ſepultura. Nauar. c.27.n.166.& 171.

28 Multa particularia tempore Interdicti cenſentur conceſſa. Benedictio Menſæ, Benedictio Epiſcopalis per viam, Prædicatio, vel Concio, Aſperſio, & ſumptio aquæ benedictæ in Eccleſiæ ingreſſu, excommunicare, ſuſpendere, & aliud interdictum poſſunt ferre ij, ad quos ſpectat, Abſolutio excommunicationis poteſt dari abſque ſtola tamen, & Sacerdotali ſollemnitate, lectio, vel declaratio Pſalmorum, Euangeliorum, vel aliorum ſimilium, quæ fit in Eccleſijs, dominicis diebus poſt Veſperas. Cantus laicorum, qui etiam in ſuis Oratorijs, & Confraternitatibus, Litanias, Pſalmos, aliaſque laudes Dei, & Sanctorum poſſunt canere Commendatio animæ Defunctorum poteſt dici à quocunque, Adoratio Crucis Veneris Sancti. Nauar.num.174.Sylu. Armill. Angl.

29 Formula abſoluendi ab Interdicto hæc eſt.

eſt. Auctoritate mihi ab N. tradita. Ego abſoluo te à vinculo Interdicti, quod propter tale factum, vel cauſam incurriſti, ſeu incurriſſe declaratus es. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Interdictum non ſeruantes ſunt excommunicati.

1 EXcommunicantur ipſo facto Religioſi cuiuſcunque Ordinis, & conditionis exiſtant tam exempti, quam non exempti, qui interdictũ impoſitum auctoritate Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinariorum, quod ſciunt matricem, vel Cathedralem, ſeu Parochialem loci Eccleſiam ſeruare, non ſeruant.

Idem ſtatuitur de Interdictis, & ceſſationibus à Diuinis interdictis per prouincialium Conciliorum ſtatuta, vel ipſorum auctoritate.

Idem etiam ſtatuitur in ceſſationibus à diuinis generalibus Ciuitatum, Terrarum, & aliorum locorum, quas aliquando ex conſuetudine, vel alias Capitula, vel Collegia, vel Conuentus ſecularium, vel regularium Eccleſiarum ſibi vendicant. Clem. 1. de ſent. excom.

2 Irregularis eſt Sacerdos, ſi attentat celebrare, vel ſe diuinis immiſcere poſtquam ei eſt interdictus ingreſſus Eccleſiæ. tex. in c. is, qui extr. de ſent. excom. l. 6. Vnde verſus.

Si quibus ex cauſa prohibentur limina templi,
Se miſcendo ſacris, ex leges efficiuntur,
Sint ſit ex homine, vel iure vetatio talis.

3 Ex-

3 Excommunicatio eſt contra violantes Interdictum aliquo ex modis infra dicendis, & reſeruatur Papæ. Clem. 2. grauis de ſent. excom.

Hic nota quattuor Interdicti violationes hic puniri.

Prima eſt cogere in loco interdicto quemquam quomodolibet celebrare Diuina officia, vbi particula, quomodolibet, ſignificat omnem modum coactionis, ſiue fiat in propriam perſonam, ſiue in conſanguineos, ſiue in bona eius.

2. Eſt euocare aliquos cenſura præſertim ligatos ad ea audienda, quod non modo verum eſt euocari publice per campanæ pulſationem, vel vocem præconis, ſed etiam quando clam per Nuncium, vel alio modo.

3. Prohibere, ne excommunicati publice, aut Interdicti exeant ab Eccleſia iam interdicta, de qua hic eſt ſermo, non autem de non interdicta, dum in ea miſſarum ſollemnia fiunt. Vbi aduerte etiam eſſe ſermonem de Miſſa, non de alijs officijs diuinis; ſicut eſt in præcedentibus actionibus, quæ prohibitio intelligitur, quatenus procedit à perſonis habentibus iuriſdictionem, ſiue domini temporales ſint, ſiue Eccleſiaſtici.

4. Eſt ſi publice excommunicatus, & interdictus in Eccleſia exiſtens, & nominatim admonitus à celebrante tempore miſſæ, non autem aliorum diuinorum officium, vt exeat, & exire nolit.

Irra-

re prohibetur. Sayr.de irreg.l.6. cap.1.nu.16.

2 Irregularitas componitur ab in, & regula, quaſi regula priuatus, ſeu à regula deuians, & ita irregulare dicitur, quod minime canonicum eſt, hoc eſt, ſine debita regula, & contra Eccleſiæ regulam eſt. Ille igitur eſt irregularis, qui ſecundum regulas canonicas ad ordines admitti non poteſt. Vel dicitur ab in, quod eſt, ſine, & regula, quaſi contra regulam Eccleſiæ natus, ſiue propter factum, vel defectum extra Eccleſiam poſitus.

Dicitur autem Canonicum impedimentum quia ortum habet à iure canonico, licet inceperit à veteri teſtamento quod ad aliqua, quia dictum eſt Dauid. Non ædificabis mihi templum, quia vir ſanguinis es. 1. Pſal. 28. & can. 49. d. hinc etenim. Vbi habetur, quod in Leuitico etiam multi à ſacerdotio repellebantur propter defectus naturales, ſicut propter ſcabiem, & gibboſitatem.

3 Irregularitates omnes, quibus nunc vtitur Sancta Romana Eccleſia tantum ſunt de iure canonico poſitiuo, ſiue pontifico, ita omnes auctores, definientes eſſe impedimentum canonicum. Nau.c.191.

4 Et ſi ſæpiſſime in iure in atrocioribus delictis affectus puniatur, vt effectus, in irregularitate tamen fallit; nam ad incurrendam illam non ſufficit voluntas, quantumcunque determinata faciendi id, per quod illa incurritur. Nau.c.27. n.193. Vide Voluntas.

5 Quamuis quaſi infinitæ ſint irregularitates, nullus tamen irregularitatis notã incurrit, niſi in caſibus à iure expreſsis. Nau. ſupra 194.

6 Cum

6 Cum generaliter ceſſante cauſa, ceſſet effectus, ſic in præſenti ceſſante irregularitatis cauſa, ceſſat ipſamet irregularitas, cap. ſtatuimus &c. Neophitus. 61. diſt.gloſ & ibi Io. Andr. exemplo ſunt. S. Io. Damaſcenus, & Leo primus Papa, quibus obſciſſæ manus, fuerunt miraculo poſtea reſtitutæ. Vnde ceſſauit imp:dimentum, atque irregularitas ipſorum. Surius in vita S. Io. Damaſceni.

7 Irregularitas eſt duplex. Quædam dicitur parua, & talis eſt omne peccatum mortale, per quod quiſque prohibetur diuinis immiſceri, & hæc ſola pœnitentia tollitur. Omnes Catholic. Alia eſt grauis, de qua hic agimus.

8 Ad hoc, vt incurratur Irregularitas, ſubiectum capax irregularitatis eſſe debet; quia cum irregularitas ſit impedimentum, ſubiectum eius impeditum capax eſſe debet, priuatio enim præſupponit habitum: ideo mulier, ſiuè bigama ſit, ſiue homicida, non eſt irregularis. Huius incapacitatis ratio eſt; quia ordinis aſſumptio gradum ſuperioritatis denotat, cum tamen fæmina ſub viri poteſtate eſſe debeat. Geneſ. 3. eodem modo non baptizatus, quia non eſt capax ordinis pro eo tempore, non eſt irregularis; quia baptiſmus eſt ianua Sacramentorum.

9 In dubio an quis ſit irregularis, ſufficit Epiſcopi iudicium, quilibet autem in dubio facti debet ſe gerere pro irregulari, in dubio autem iuris, nequaquam, Nau. c. 27. n. 193.

10 Iterare id, quod facit irregularem non facit nouam irregularitatem, nec celebrare

in

in irregularitate. Sed grauiſſime peccatur. Sylu. ver. Concubinarius, q.4 ad ſing. Quia irregularitas non eſt cenſura Eccleſiaſtica, vnde celebrans illa irretitus, nullam violat cenſuram, nec aliquid aliud, cuius violatio nouam infligat irregularitatem, & illa non incurritur, niſi in caſibus à iure expreſſis. Sayr. l.4. cap. 16. num. 6.

11 Sola voluntas irregularitatem non inducit; vt ſupra dixi, ſed neceſſe eſt; vt interueniat vel conſilium, vel præceptum, vel factum, vel defenſio, vel cooperatio occidentis, leges enim humanæ minime puniunt actus pure interiores mentis, quia lex humana non ligat, aut punit eos actus, quos nec cognouit, nec cognoſcere poteſt. Itē quia proprium eſt Dei immediate operari in anima. Vnde licet quis animo deliberato alicuius occiſionem conceperit, ſi tamen nihil aliud ſequatur, irregularis non eſt. Omnes.

12 Ad irregularitatem ex delicto, requiritur peccatum mortale. Diana tract. 6 & 2. Miſcell. reſ. 20. vbi citat, & ſequitur multos DD. Nec incurritur ante decem annorum ætatem, ſecundum quoſdam. Sol. l. 5. q. 1. a. 9. Azor. l. 5. c. 6. q. 5. Nau. tamen. c. 27. n. 219. venialiter deformantem, irregularitate vinciri, ait. Nec puerum rationis vſu præditum ante annum decimum excuſat. Nau. loc cit. n. 130.

13 Nemo incurrit irregularitatem ob opus, quod non poteſt omittere ſine peccato, ſaltem quantum ad vſum Ordinis accepti. Itaque Confeſſor, qui monet reum, vt confiteatur delictum, ex quo ille ad mortem dam-

damnatur, non ſit irregularis. Omnes.

14 Irregularitas tollitur tribus modis, baptiſmo, religionis ingreſſu, & diſpenſatione. Per baptiſmum tollitur omnis irregularitas contracta ante illum cum peccato. Panor. in cap. Gaudemus de diuer. & infamiæ, quæ venit ex ſequela peccati, & homicidij, ſiue cum peccato fuerit, ſiue non facit cap. ſiquis viduam d. 50 Quia dona baptiſmi ſunt ſiue omni pœnitentia, & ſatisfactione. de cenſu d. 4. ſine. Vnde ſiquis occidit mutilat homines ante baptiſmum, omnis irregularitas tollitur. Vt patet in Paulo, quod ante baptiſmum fuit homicida, & tamen poſtea factus eſt Apoſtolus, vt l. diſt. §. è contra. Non autem bigamiæ propter defectum ſacramenti, & quia baptiſmus delet quidem omnia peccata, ſed iſta irregularitas non eſt peccatum, ſed impedimentum, & incapacitas, quæ ſine peccato contrahitur. Nau. c 2. n. 29.

Per diſpenſationem Papæ omnis irregularitas tollitur, cum ſit de iure poſitiuo: ſalua vna irregularitatis ſpecie, quæ omnino indiſpenſabilis eſt, ſcilicet, quæ conſurgit ex impoſſibilitate, vt in cæco, muto, ſurdo, manibus carente, &c. in quibus non eſt ſperanda Eccleſiaſtica medela. S Th. 3. p. q. 82. art. vlt. ad 3. Maiolus l. 5. c. 51. num. 1. Quia Papa plenariam habet poteſtatem ſupra omne ius poſitiuum.

Per profeſſionem in approbata Religione emiſſam tollitur omnis irregularitas quoad ordines, non quoad dignitates, vt monet Clem. VIII. in noua Conſtit. de nouit. reſip. in

in Religione Anno 1603. promulgata. Et licet Sixtus V. Anno 1589. conſt. ediderit prohibentem illegitimos in Religione recipi. Gregorius tamen XIV. Anno 1590. eam reuocauit, & reinualidauit priuilegia regularibus conceſſa. Nau. n. 201. Say. l. 6. c. 1. n. 2. 3. & 4.

15 Diſpenſationes Epiſcopo reſeruatas vide apud Viual. ver. irregularitas, n. 314.

16 Metum mortis excuſare ab irregularitate docet Suar. 3. p. d. 3. ſect. 6.

17 Irregularitas oritur ex duobus fontibus primo ex facto culpabili, vt ex illicito homicidio, &c. vel inculpabili, vt ex homicidio licito. 2. ex defectu Natalium vt ſunt illegitimi, Originis, vt ſunt ſerui, liberationis, vt Curiales publicis raciocinijs obligati, & ære alieno grauati, ætatis, vt infantes, &c. inhoneſtæ famæ, vt infames facti, & iuris, corporis, vt morbo, vel deformitate impediti, &c. animæ, vt amentes, arreptitij, neophiti, illiterati, & ſimiles, Sacramenti, vt bigami. Vide in ſuis locis v. g. homicidium, mutilatio, illegitimus, infamis, & ſimil.

18 Irregularitas ex homicidio non incurritur ob concurſum ad illud, niſi aut factum à miniſtro publice iuſte, aut factum à miniſtro publice iuſte, aut factum à perſona priuata iniuſte: Vnde qui vendunt, aut donant ligna ad viuos comburendos, & gladios, aut funes, & alia instrumenta ad interficiendos delinquentes, nec Confeſſarius conſulens pœnitentem, iudicem, & quemlibet alium in caſu particulari, vt concurrant, & cito ad interfectionem delinquentis, nec quiuis alius, qui

acceleret mortem alicuius, incurrunt irregularitatem. Dian. 3. p. resol moral. tract. 5. resol. 79. & in addit. secundarij resol. 15. vbi multi. Et ratio aſſignatur; quia in iuribus, in quibus ſit mentio irregularitatis ex defectu lenitatis, tantum eſt ſermo de iudicibus, & alijs officialibus concurrentibus ad occiſionem, aut mutilationem, & publicis perſonis, & miniſtris iuſtitiæ: ergo dicta regula non eſt extendenda ad alios.

19 Poteſt Epiſcopus in ſua Diœceſi diſpenſare cum ſuis ſubditis in irregularitatibus ex delictis occultis prouenientibus, excepto homicidio voluntario, aut deducto ad forum contentioſum. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. Delictum occultum intelligitur formaliter occultum, licet actio materialiter fuerit notoria. Bonac. de irreg. diſp. 7. q. 5. punt. 2. propoſ. 2. n. 4.

Delictum autem ad forum contentioſum deductum illud eſt; quod ſemiplene eſt probatum. ibid. Eo magis illud, quo quis conuinctus, & condemnatus fuit. ibid.

20 Ligatus dupplici cenſura, dupplicem incurrit irregularitatem. Bonac. loc. cit. propoſ. 1. n. 10. Si delictum ſit alicubi publicum ibi vero, vbi abſolutio ab Epiſcopo petita ſit occultum, non poteſt abſolui virtute dicti cap. 6 ſeſſ. 24. Quia quod alicubi publicum eſt ſimpliciter eſt publicum, & non occultum. Suar. tom. 4 diſp. 30 ſect. 2. §. circa delegationem.

21 Nullus Iudex, Magiſter, aut Doctor debet in dubio iudicare aliquem eſſe irregularem, vt dicitur in iure: de pœnit. d. 1. §. pen.

Sed

Sed vnuſquiſque debet in dubio iudicare ſe irregularem]. Has duas regulas ponit Hoſt. in c. ad audient. de irreg. & explicat Couar. in Clem. de hom. 1. p. n. 3. Hinc ſequitur, quod in foro contentioſo, in quo tractatur de pœna non debet quis æſtimari irregularis. Contrarium tamen debet teneri in foro conſcientiæ dante conſilium confeſſario pœnitenti, quod in dubio reputet ſe irregularem.

22 Formula diſpenſandi ſuper irregularitate hæc eſt. Auctoritate mihi ab N. tradita diſpenſo tecum ſuper irregularitate, vel irregularitatibus, ſi ſint plures, in quam, vel in quas ob talem, vel tales caſus (eos exprimendo) incurriſti, & habilem reddo, & reſtituo te executioni Ordinum, & officiorum tuorũ. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Si nullum habet ordinem, dicat: Habilem reddo te ad omnes ordines ſuſcipiendos. Quod ſi neceſſe ſit titulum beneficij reſtituere, & fructus male perceptos condonare, ſubiungat. Et reſtituo tibi titulum, ſeu titulos beneficij, ſeu beneficiorum, & condono tibi fructus male perceptos. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

23 Qui incurrit irregularitatem ob delictum, poteſt abſolui ab eo, remanente irregularitate, & è contra poteſt diſpenſari ſuper irregularitate, remanente peccato Nau. cap. 29. num. 239.

24 Irregularitas nunquam eſt à Iudice, ſed ſolum à iure, & non eſt de iure diuino, ſed ſolum de iure poſitiuo, vt ſupra dictum eſt.

Iudices Eccleſiaſticos impediens eſt excommunicatus.

1 EXcommunicatio eſt contra eos, qui impediunt Eccleſiaſticos Iudices Ordinarios, vel Delegatos, ne ſua iuriſdictione vtantur, & nemini reſeruatur. Quæ quoad perſonas eſt vniuerſalis; quoad actiones vero prohibere, compellere, aut compelli facere, vel procurare directe, vel indirecte quoquo modo impedire, dare auxilium, conſilium, vel fauorem Cap. Quoniam de immunitate Eccleſiæ in 6.

Iudex Eccleſiaſticus quando eſt ſuſpenſus, interdictus, & irregularis.

1 SVſpenſio per menſem à diuinis, & ab ingreſſu Eccleſiæ eſt contra Eccleſiaſticum Iudicem, qui in cenſuris ferendis non ſeruat formam in iure præſcriptam, vt ſcilicet eas in ſcriptis ferat, cauſam conſcribat, & requiſitum exemplum ſententiæ intra menſem tradat per publicum inſtrumentum, vel per litteras teſtimonieles ſigillo ſignatas.

Nota hic hanc pœnam Eccleſiæ ingreſſus non eſſe cenſuram ſuſpenſionis, ſed interdicti, & ferri in vindictam delicti, & non in contumaciam; vnde non eſt quis intra menſem abſoluendus ab interdicto, quamuis ſatiſfa-

tiſfaciat, & pœnitentiam agat. Suar, diſp. 37. ſect. 1. n. 3.

3 Iudex Eccleſiaſticus iniuſtam ſententiam ferens: aut iuſtam ferri negligens, amore, odio, metu, &c. ipſo facto eſt ſuſpenſus, & irregularis, ſi antequam abſoluatur ab ea celebrat. c. 1. de ſent. & re iudic. in 6. Nau. c. 25. in ſum. n. 12.

Iudicis, vt ſumpſit perſonam, ponat amici,
Quiſquis amat Romæ viuere, Chriſtus ait.

4 Interdictum abſolute poſitum eſt, & ſine reſtitutione. Primo contra Iudices Eccleſiaſticos Epiſcopis inferiores, qui officiales Romanæ Curiæ, vel alios ad eamdem Curiam pro ſuis negotijs profectos, priuant ſuis beneficijs Eccleſiaſticis, & alijs conferunt. 2. Contra eos etiam, qui talia beneficia recipiunt.

Vbi nota hoc interdictum non ferri contra Epiſcopos, quia contra eos, & Superiores extat excommunicatio Papæ reſeruata; ſi eos huiuſmodi beneficijs priuant, & alijs conferunt. Suar. diſp. 37 ſect. 18.

5 Interdictum per menſem ab ingreſſu Eccleſiæ eſt contra Iudices Eccleſiaſticos, qui aliquam ſentētiam excommunicationis proferunt ſine canonica monitione coram idoneis perſonis; per quas talis admonitio poſſit probari. c. ſacro de ſent. excom. Seneca.

Qui ſtatuit aliquid parte inaudita altera,
Aequum licet ſtatuerit, haud æquus eſt.

Et Plato.

Nunquam decernas, niſi prius ambos audieris.

Et Verinus.

Iudicium præceps inſani Iudicis index

Omnia ſunt longis diſcutienda moris.

6 Simile interdictum per menſem ab ingreſſu Eccleſiæ, & Diuinis officijs eſt contra eoſdem iudices, qui in ferendis cenſuris non ſeruant formam, & ſollemnitatem iuris præcipientis, vt in ſcriptis hoc faciant, cauſam conſcribant, & requiſiti exemplum ſententiæ intra menſem tradant c 1. de ſent. excom. in 6. Quæ interdicta licet eadem eſſe videantur tamen differunt inter ſe; quia hoc loquitur de ferente cenſuram in genere, vbi nulla indiget monitione, illud vero in ſpecie de ferente tantum excommunicationem vbi neceſſario requiritur monitio. Ideo &c. Suar. loc. cit n 3.

7 Irregularitas eſt contra Iudicem Eccleſiaſticum, qui aliqua cenſura ligatus exercet ea, quæ pertinent ad iuriſdictionem fori exterioris, vt ſi aliquem excommunicat ſuſpendit, aut interdicit, vel abſoluit ab aliqua cenſura cum ſollemnitate, nempe cum ſtola, pſalmis, & orationibus, ſecus ſi ſine dicta ſollemnitate, & reſeruatur Papæ. Auil. 7. p. diſp. 9. ſect. 1 d. 2 in p. concl. §. 3.

8 Irregularitas eſt contra Iudicem Eccleſiaſticum Ordinarium, vel Delegatum Epiſcopo inferiorem; qui miniſtrat in ſuſpenſione contracta ab actum in iudicio per gratiam, ſordes contra conſcientiam, & iuſtitiam in grauamen alterius partis, & reſeruatur Papæ. eo cap. 1. de ſent & re iudic. in 6. & eius gloſ. verb. & contra Suar. diſp. 31. ſect. 4 nu 26. Sub nomine ſordium, & gratiæ intellige preces, prætium, timorem, odium, vel amorem.

Vnde

Vnde verſus Gloſſ. ibid. ver. euento.

Quatuor iſta timor, odium, dilectio, cenſus,
Sæpe ſolent hominum rectos peruertere ſenſus.

Munera excæcant oculos ſapientum. Deut. 6. Quapropter Thebani Iudicem ſine manibus depingebant. Vnde ille.

Excæcant oculos data munera ſæpe ſophorum
Iniiciunt labiis dura lupata ſuis.
Libera iudicij non poſſunt promere verba,
Deuelare oculos munera capta ſolent.

Cambyſes Perſarum Rex mali cuiuſdam Iudicis, ex corpore pellem detractans ſellæ intendit, in eaque filium iudicaturum conſidere iuſſit hac inſcriptione.

Sede ſedens Iudex hac inflexibilis eſto,
Sit tibi lucerna, lux, lex, pelliſque paterna,
A manu fugiat munus, ab aure preces.

Sit Iudex longe ab inordinato affectu erga partem alteram actricem, Deoque ſoli placere ſtudeat, non hominibus in ſuo munere fungendo. Hinc Aegyptij Iudicis ſtatuam fingebant iuxta cælum ſine capite. Quia nimirum oculos eum habere oportet in cælo fixos non autem in terra, reſpiciendo perſonam hominum.

Iudex ſæcularis quando excommunicatur.

1 IVdex ſæcularis, qui hæreticum, vel hæreſi ſuſpectum capere, vel captum Epiſcopo inquirenti tradere diſſimulet, vel carcerarius, qui ſcienter aufugere permittit,

incidit in excommunicationem de qua in cap. Inquiſitionis §. prohibemus de hæreticis in 6. ex Nau. c. 14. n. 1. & ſeq.

2 Iudex ſæcularis ſi abſque legitima Prælati Eccleſiaſtici licentia reum inuitum extra caſus iure, vel conſuetudine exceptos, ac permiſſos a loco Eccleſiaſticæ immunitatis extrahat, vel alia ratione immunitatem violat, ipſo facto eſt excommunicatus ex conſtit. 3. Greg. XIV. Ann. 1591. incip. Cum alios.

3 Excommunicatio eſt contra omnes quicunque ſint, qui effingunt caſum, vel aliquam faciunt fraudem, quo Iudex ipſe vadat ad accipiendum teſtimonium alicuius fœminæ, & effectu ſequuto talis acceſſus. c. 2. mulieres de iud. in 6.

Quoad perſonas hæc cenſura comprehendit omnes vtriuſque ſexus, & cuiuſcunque conditionis laicos, & Eccleſiaſticos, modo ſint cooperatores, & effectores finctionis, etiam ſi Iudex, vel fœmina ipſa effigat, aut fraudem faciat, aut plures concurrant ad exequutionem finctionis, illa ſequuta, omnes cenſuram incurrunt. Suar. diſp. 23. n. 1.

4 Excommunicatio eſt contra omnes Iudices, & quoſcunque alios quouis nomine nuncupatos, & priuilegio munitos, etiam ſi Cardinales fuerint, qui in obligationibus in forma Cameræ, illarumque exequutione, aut alijs cauſis ad officium Auditoris Cameræ Apoſtolicæ ſpectantibus quomodolibet ſe intermittere, aut ipſummet Auditorem, eiuſque Locatenentes ſuper præmiſſis moleſtare præſumunt contra Conſtitutionem Pij V.

Auditor

Auditor enim Cameræ Apoſtolicæ eſt Iudex Ordinarius Romanæ Curiæ, & exercet iuriſdictionem in cauſis totius Chriſtiani Orbis, tam in criminalibus: quam in ciuilibus ita tamen, vt eius iuriſdictio nullum præiudicium ſit iuriſdictioni Vrbis Vicarij, Gubernatoris, Senatoris. Vide conſtit. 39. 53. 66. & 128. Pij V. & ſimiles aliorum Sum. Pontif. quos in vnum breuiter congerit Zecchius de rep. Eccl. c. 7. n. 1, verbo A.C. fol. 121.

5 Ipſo facto eſt excommunicatus Iudex ſæcularis, qui prohibet ſubditis, ne emant à perſonis Eccleſiaſticis, neque illis vendant. c. eos. de Immun. Eccleſ.

Iudex, qui non mandauit extrahi reum ab Eccleſia, ſed ſatellites, vel alij extraxerunt vi, vel dolo, tenetur reſtituere reum in Eccleſiam, nec poteſt contra illum agere.

1 Ratio eſt, quia talis reus eſt affectus pro reſtitutione Eccleſiæ; quæ fuit dolo, ſeu vi ſpoliata; ergo ad quemcunque tranſierit, cum tali onere tranſit, ſicut res furtiua tranſit ad omnes cum onere reſtitutionis, cui de iure competit, ſcilicet domino ſuo. Adde, quod in Bulla Gregorij XIV. dicitur, extrahunt, capiunt, & incarcerant, ſcilicet extractum. Deinde Sum. Pontifex in iſta Bulla punit attentantes aliquid præter, vel contra eius formam ſed iudex, qui non mandauit, tamen extractum non reſtituit, contra

Bullam attentare dicitur: ergo illius pœnam incurrit. Megal. in 3. p. l. 4. c. 2. q. 1. n. 31. Peregrin. de immun. c. 14. n. 10. Farinac. de immu. c. 20. num. 324. Dian. de immun. reſol. 16. Genuenſ. in praxi c. 17. n. 5. & 7.

Iuramenta illicita, &c. præſtantes ſunt ſuſpenſi. Vide admiſſo ad beneficium.

1 SVſpenſio à diuinis eſt contra Epiſcopos, & alios Prælatos, aut Canonicos qui prætextu cuiuſuis conſuetudinis quantocunque tempore obſeruare pro quacunque admiſſione alicuius in aliquam Eccleſiam, ſeu Canonicatum, &c. ante, vel poſt eius electionem, confirmationem, &c. iuramenta illicita, impoſſibilia, damnoſa, vel Eccleſiaſticæ libertati, aut decretis Concilij Tridentini obuiantia præſtant, reddunt, vel exigunt, & reſeruatur Papæ extrau. 103. inter Apoſtol. Greg. XIII.

2 Interdictum eſt contra Capitula, & Conuentus iurantes, vel iurare facientes illicita.

Iuſtitiæ, vel gratiæ cauſa promittens eſt excommunicatus. Vide Promittens.

Iuriſdictionem S. R. E. impediens eſt excommunicatus. Vide Terras S. R. E. & vſurpans.

In-

Iuriſdictio quando non finitur per cenſuras delegantis.

1 Iuriſdictio in foro interno delegata non finitur per delegantis ſuſpenſionem, aut excommunicationem v.g. ſi Epiſcopus poſt delegationem factam excommunicetur aut ſuſpendatur, ſecus ſi ſuſpenſio, ſeu excommunicatio delegationem antecedat. Suar. tom. 4. diſp. 26. ſect. 3. §. rurſus à fortiori.

L

Labijs carentes ſunt irregulares.

1 Licet labia formaliter membra non ſint; quia tamen formam, & ſpeciem dant corpori, & ſine quibus corpus deforme eſſet, conſequenter, qui labijs carent, aut ea notabiliter deformia habent, irregulares ſunt, & ij maxime, qui labia corroſa habent, ita, vt cibum, aut liquida vix ore continere poſſint. Vnde tales nec ad Sacerdotium, nec ad Sacros Ordines promoueri poſſunt ob maximum periculum in Eucharistiæ ſumptione, in quo etiam defectu iudicabit Epiſcopus quid agendum ſit. Mas tol. l. 1. de irreg. cap. 23. Vivald. de irregul. num. 151.

Laicus poteſt abſoluere ab excommunicatione morientem.

1 ITa docet Auila; Ledeſma, Sancius, Raguuius; Ioan. della Crux, & Valerius in differ. vtriuſque fori vbi ſic aſſerit. Effectus prædictæ abſolutionis maximus eſt, ſecundum præcitatos Doctores, ſcilicet; quod hæredes abſoluti non tenebuntur adire Papam, nec excommunicantem pro abſolutione petenda, poteruntque ſepelire defunctum in loco ſacro,& pro eo facere miſſas celebrare.

2 Sed contraria ſententia eſt probabilior, quia ad abſoluendum aliquem requiritur iuriſdictio Eccleſiaſtica quam laicus non habet. Et quia Concil.Trid ſeſſ.14.c.7.ſolis Sacerdotibus hanc facultatem concedit.

Laicus celebrans miſſam, vel ſacramentaliter abſoluens non eſt irregularis.

1 ITa Sayr.de cenſ.l.7.c.10.n.6. Bonac. de cenſ.diſp.7.q.3.punt.6.n.1.Petrus Cornela in 3. p. D. Thom. tract. de irreg.diſp.7. dub.2.q.1.Henriq.l.2.c.29.§.1. & alij. Quia textus loquuntur tantum de Clericis. Et ideo ad cap.1. de cler. in ordin.miniſtr. vbi generaliter dicitur. Si quis miniſtrauerit, &c. ab aduerſarijs adductum reſpondent intelligendum eſſe iuxta titulum, ſub quo ponitur: ergo

cum ponatur ſub titulo de Clerico non ordinato miniſtrante, de clericis, & non de laicis intelligendum eſt.

Largitio munerum prohibita eſt regularibus.

1 MVnerum largitio prohibita eſt Regularibus vtriuſque ſexus Clem. VIII. Anno 1594. Sub pœna largientibus priuationis officiorum, inhabilitatis, vocis actiuæ,& paſſiuæ ipſo facto, furti,& ſimoniæ. Et quicunque recipit tenetur ad reſtitutionem. Prohibetur etiam erogatio pecuniæ in honorem alicuius, ſeu grati animi teſtificationem quouis modo ſignificandam. Neque per ſe, neque per alios. Neque Ordinarijs ex cauſa benedictionis, habitus tradendi, aut profeſſionis monialium. Neque ipſis Religioſis inter ſe, niſi minima,& cum licentia Superioris in ſcriptis, ibid.

2 Excuſantur largientes leuiora, eſculenta, aut poculenta, ſeu ad deuotionem ſpectantia nomine communi, ibid.

3 Prælatos regulares poſſe ſibi, & ſuis concedere licētiam donandi vſque ad decem aureos pro cauſa pia, & rationabili v. g. pro pauperibus, pro nuptijs cognatorum, pro gratificatione beneficiorum, alij affirmant, alij negant. Vide apud Dian. de pauper. relig. reſol. 4.

4 Religioſus ſine licentia ſui Prælati præbens munuſculum duorum aureorum peccatum

tum furti admittit, non autem incurrit pœnas dictæ Conſtitutionis. Ita viuæ vocis oraculo declarauit ipſe Clemen. VIII. & ratio declarationis forſitan fuit, quia communiter ſumma duorum aureorum in iure, dicitur ſumma modica. Dian. ibid. n. 5.

5 Moniales cum licentia Abbatiſſæ, ſeu Prælati poſſunt præbere Confeſſario vltra iuſtum ſtipendium aſſignatum, aliquid amplius, ſi ſeruiat cum magna charitate, patientia, aſſiduitate, &c. quia non eſt proprie donatio, ſed beneficij remuneratio, niſi præcepto Superioris arctata ſit in hoc eorum facultas. Dian. ibid. reſ. 17.

6 Epiſcopi regulares donando, non comprehenduntur in Bulla Clem. VIII. prædicta. Quia faciunt donationes de bonis non pertinentibus ad Monaſterium. Filiucc. q. moral. to 2. tract. 34. c. 36. n. 60.

Latrones publici non gaudent Eccleſiaſtica immunitate.

1 Magna differentia eſt inter latrones, & fures; cum fures proprie ſint illi, qui occulte, & ſine armis furantur, latrones vero, qui violenter aggrediuntur, & deprædantur, & homines publice ſpoliant, vt habetur in Autenth. Vel nulla videtur. §. pen. Propterea latrones ſunt nequiores furibus. Ideo Pontifex Maximus Gregorius XIV. ſanciuit, quod latrones non fruantur immunitate Eccleſiaſtica. Sed cum non ſufficere ſtatuit

tuit Bulla; ſed vlterius requirit, quod ſit publicus, & publicus latro appellandus erit, qui in locis publicis, ideſt, vijs publicis, & itineribus deprædatur. Item requiritur, vt quis dicatur publicus latro, quod fama publica laboret contra eum. Farin. de carc. & carcer. q. 8. n. 5. Alia requiſita vide apud Ambroſ. c. 2. de immun. n. 3. & 4.

Legatos, ſeu Nuncios Apoſtolicos impedientia loca quando Interdicuntur.

1 INterdictum eſt contra Regna, Terras, & quæuis alia loca, quorum domini, vel alij omnes cuiuſcunque præheminentiæ, conditionis, aut ſtatus impediunt, aut prætextu cuiuſuis conſuetudinis, quo minus Legati, aut Nuntij Apoſtolici libere ingrediantur ad loca, ad quæ mittuntur, ac commiſſæ ſibi legationis officium exerceant in eiſdem locis talibus ſubiectis, & durat, donec perſiſtunt in eiuſmodi contumacia. extr. vni de conſuetud.

Leges audientes quando ſunt excommunicati. Vide Medicina.

Lenitatis defectus irregularem facit, & quare.

1 IRregalaritas eſt contra eum, qui iuſte, & ſine peccato, vel hominem occidit, vel mem-

membrum abſcindit, ex cap. Clericus, & cap. ſententiam ſanguinis, ne cler. vel mon. Cuius irregularitatis ratio eſt, quia ordines omnes referuntur ad Euchariſtiæ ſacramentum; in quo repræſentatur Paſſio Chriſti, qui fuit mitiſſimus, & qui ſanguinem ſuum pro hominibus fudit, & cum percutiebatur, non comminabatur; vnde Miniſtri Altaris Chriſtum repræſentantes potius parati eſſe debent proprium ſanguinem fundere, quam aliorum. Sacerdos autem homicida magis repræſentat interfectores Chriſti, quam ipſum Chriſtum, & proinde quæcunque occiſio hominis; aut membri mutilatio facientem conſtituit irregularem ob defectum manſuetudinis, & lenitatis, quæ reperiri debet in Miniſtro Chriſtum repræſentantem.

Leproſus quando eſt irregularis.

1 LEproſus nullo modo ad ordines aſſumi debet, nec quidem, vt inter leproſos celebrare poſſit, ſin autem promotus fuerit, non debet coram ſanis celebrare: quamuis ſi non ſit nimia deformitas, poſſit in occulto priuatim celebrare.

Coram leproſis autem, qui habere debent propriam Eccleſiam, & Presbyterum, poteſt publice celebrare, & miniſtrare eis Sacramenta, niſi forte tam grandis lepra foret, vt vel manus, vel labia corroſa eſſent, aut alia membri impedimenta haberet, per quæ celebrare decenter non poſſet, ita, vt vltra horrorem, & deformitatem periculum ſit maxi-
mum

mum effuſionis ſanguinis. Sayr. de cenſ. l. 6. c. 9. n. 7.

Libellos famoſos edentes quando ſunt excommunicati.

1 EXcommunicatio eſt contra quoſcunque, qui præſumunt libellos famoſos vulgari, ſeu litterali ſermone, cantilenas, aut Rithmos edere, detinere, vel publicare in infamiam ſtatus Ordinis Prædicatorum, vel Minorum, vel alterius religionis, & reſeruatur Papæ; ſecus autem contra Religioſos ipſos. Ant. 3. p. tit. 24. c. 70. & Caiet. 181.

2 Hæc cenſura quoad perſonas extenditur etiam. Prima contra omnes cuiuſcunque ſtatus, & conditionis præſumentes prædicare, docere, aut defendere Ordines Prædicatorum, vel Minorum non eſſe in ſtatu perfectionis, vel non licere eis de elemoſynis viuere, aut prædicare, vel confeſsiones audire de licentia Papæ non requiſito conſenſu aliorum Prælatorum inferiorum, & Rectorum Eccleſiarum.

2. Contra eos, qui eoſdem impediunt, ne in ſuis Eccleſijs celebrare poſsint, recipere eleemoſynas, vel prædicare.

3. Contra præſumentes violentiam damnabilem exercere in loco aliquo Prædicatorum Ordinis.

Libros

Libros legentes, imprimentes, vel vulgantes quando ſunt excommunicati. Vide Hæreticus excommunicatus, & Principes, &c. quando excommunicantur.

1 QVi hæreticorum libros, vel ſcripta propter hæreſim, vel ſuſpitionem damnata legerit, habuerit ve, ipſo iure eſt excommunicatus Pius IV. An. 1564. in Indicem librum.

2 Imprimentes, & imprimi mandantes, vendentes, apud ſe retinentes libros de rebus ſacris ſine nomine auctoris; & ſine approbatione, & examine prius ab Ordinario factis excommunicantur. Concil. Trident. ſeſſ. 4.

3 Eadem cenſura ligantur, qui ſcripto eos vulgant, aut communicant, niſi antea examinari, probatique fuerint. Debet autem hæc probatio in ſcriptis dari, aut in fronte libri; vel ſcripti, vel impreſſi authenticæ apparere. Aliud eſt legere libros prohibitos, aliud libros hæreticorum multi namque libri prohibiti ſunt in Indice librorum prohibitorum, qui non ſunt libri hæreticorum; Vnde qui tales legeret, quamuis in excommunicationem Indicis incideret; quia tamen excommunicatio illa reſeruata non eſt, à quolibet abſolui poteſt, qui à peccatis mortalibus abſoluendi poteſtatem habet. Qui vero libros hæreticorum legeret, excommunicationem Bullæ Cœnæ incurrit, à qua per ſolum Sum-

mum Pontificem abſolui poteſt.

Reuocatæ ſunt omnes licentię retinendi libros omnes prohibitos à Greg. XV. 1623. & Vrban. VIII. 2. April. 1631. Neque dari amplius poſſunt, niſi à S. Congr. Inquiſitionis Romanæ. Quinimmo libros per licentias huiuſmodi permiſſos legentes, aut habentes, pœnas in ſacris Canonibus, Conſtitutionibus Apoſtolicis, & Indicibus librorum prohibitorum contentas incurrere vult, & mandat. Libri, quaſi plurimum librantur dici poſſunt. Librantur ab Auctoribus antequam edantur. A Cenſoribus librorum antequam imprimendo aſſumantur. Ab emptoribus antequam emantur; ſed (quod magis durum eſt) à criticis lectoribus poſtquam editi ſunt; hos librant, imo, & cribrant.

Libertatem Eccleſiæ impedientes excommunicantur.

1 EXcommunicatio eſt primo eſt contra omnes ſeruari facientes ſtatuta edita, & conſuetudines introductas contra Vniuerſalis Eccleſiæ libertatem, vel niſi eos intra duos menſes faciant amoueri de capitularibus ſuis, ideſt, de publicis Communitatum libris.

2. Contra ſtatutarios, ideſt, auctores talium ſtatutorum.

3. Contra eorundem ſcriptores, qui poſitiue concurrunt ad talia ſtatuta.

4. Contra Poteſtates, Conſules, Rectores, & Con-

& Conſiliarios locorum, vbi de cætero huiuſmodi ſtatuta, & conſuetudines in eorum locis introducuntur, & ſeruantur.

4. Contra Iudices, qui ſecundum ea præſumunt iudicare, & contra Tabelliones, qui in publicam formam ſcribunt, & nemini reſeruatur: cap. 49. incurrit de ſent. excom.

Limina Apoſtolorum Epiſcopus non viſitans eſt ſuſpenſus.

1 SVſpenſio ab ingreſſu Eccleſiæ ab adminiſtratione, & perceptione omnium fructuum eſt contra Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, & alios Eccleſiarum Primates, qui præſcriptis temporibus limina Apuſtolorum Petri, & Pauli perſonaliter, ac per ſe ipſos, vel per procuratorem presbyterum ad hoc ſpeciale mandatum non viſitant, & reſeruatur Papæ: ex Conſt, Rom. Pont. Sixti V. ed. Anno 1585. incip. Romanus Pontifex. Limina Apoſtolorum ibi intelliguntur eſſe vbi eſt Papa; ipſe enim fungitur authoritate ipſorum Apoſtolorum. Innoc. & Abb. in cap. 4. n 6. de iureiurand. & colligitur ea ipſa præfata Conſt. Sixti V. §. 4. Dum venientes ad limina tenentur Papæ reddere rationem.

2 Obtinuit antiquus vſus, vt præ reuerentia, ac religioſa quadam obſeruantia ipſæ Baſilicæ limina Apoſtolorum vocarentur. Vnde Claudianus.

Per cineres Pauli, per cani limina Petri.

Et Fortunatus.

Quos

Quos recipit ſacra porta Petri, quos ianua Pauli.

Moris enim erat adeuntibus Baſilicam ante eius ingreſſum ad limina procumbentes poſtes deoſculari, ac preces effundere.

Romam venientibus primum omnium limina Petri Apoſtoli adire vſu receptum erat. Ad hanc auguſtiſſimam Baſilicam Vrbis ornamentum, & Orbis miraculum Chriſtiani ex omnibus Orbis terræ partibus tanquam ad fidei Petram, & Eccleſiæ fundamentum conuenientes, locum Principis Apoſtolorum Sepulchro conſecratum ſumma religione, ac pietate venerantur.

3 Ideo Greg. VII Epiſcopum Rotomagenſem redarguit eo quod tamdiu ad Apoſtolorum limina non venerat, dicens. Qui vero labor, aut quæ difficultas præ alijs diſſuaſit vobis per tantum ſpatij B. Petrum negligere, cui, & ab ipſius mundi finibus etiam gentes nouiter ad fidem conuerſæ, ſtudent annuè tam mulieres, quam viri ad eum venire? &c. l. 9. annot. Ann. 1081. ep. 1.

4 Idemque Gregorius Lanfrancum Archiepiſcopum Conturbiæ eiuſdem negligentiæ reprehendens ait. Non enim labor, aut difficultas itineris te ſufficienter excuſat, cum ſatis notum ſit multos longe remotos, licet corpore inualidos, & infirmos, & à lectulis vix valentes ſurgere, tamen B. Petri amore flagrantes, ad eius limina vehiculis properare. l. 9. epiſt. 10.

5 Et Nicolaus Papa I. ep. ad Michaelem Imperatorem Conſtant. I Anno Domini 865.

Si-

Siquidem tanta millia hominum protectioni, & interceſſioni B. Apoſtolorum Principis Petri ex omnibus finibus terræ properantium, ſe ſe quotidie, & vſque ad finem vitæ ſuæ apud eius limina ſemet manſura proponunt.

6 Quanta veneratione Baſilicæ SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli ſint dignæ, quantaque Roma ipſorum cauſa ex ſequenti antiqua inſcriptione colligitur.

Ianitor ante fores fixit ſacraria Petrus
Quis neget hos arces inſtar, & eſſe Poli?
Parte alia Pauli circumdant atria muros
Hos inter Roma est. Hic ſedet ergo Deus.

7 Si in Curiam profectus Epiſcopus Papam non viſitet. ab eoque non obtenta licentia deſcedat, incidit in excommunicationem. Hugol. de poteſt. Epiſcopi cap. 2. § 2. num. 5.

Linguæ defectus quando facit irregularem. Vide Mutus.

Litanias recitantium pœna.

1 PRæter litanias Breuiarij Romani, & B. Virginis Lauretanæ. Aedis, omnes aliæ prohibentur. Clem. VIII. Ann 1601. & præter peccatum, arbitrio Ordinarij pœna imponantur. Quas luant, & qui ediderint, & qui publice recitauerint. ibidem.

Lit-

Litteras Apoſtolicas impugnans eſt excommunicatus. Vide Falſarius.

1 EXcommunicatio eſt contra omnes, qui impugnare præſumunt litteras Apoſtolicas ante coronationem legitime electi in Summum Pontificem emanatas, &c. nemini reſeruatur: extr. vlt. de ſent. excom. Coronatio enim ſolum ad quandam ſollemnitatem, & quaſi publicationem ſuſceptæ dignitatis confertur, non ad ſuſcipiendam ſupremam iuriſdictionem, quam ſuſcipit in vniuerſam Eccleſiam ſtatim ac à maiori parte Cardinalium quis electus eſt in Papam licet, & eius gloſ. de elect.

Litteras dimiſſorias concedens quando eſt ſuſpenſus, vel interdictus.

1 SVſpenſio ab officio, & beneficio eſt per annum contra Abbates, & alios quoſcunque quantumuis exemptos, qui litteras dimiſſorias aliquibus clericis ſæcularibus, vt ab alijs ordinentur, concedunt. Concil. Trid. ſeſſ. 23 c. 10. de refor.

Vbi nota primo Abbates, &c. non poſſe eiuſmodi licentiam concedere talibus clericis, etiam ſi ſui ad ſuam pertineant iuriſdictionem.

2. Regularibus ſubditis poſſe concedere illam.

3. No-

3. Nota eandem pœnam imponi contra Collegia, aut Capitula Cathedralium, ſimiles dimiſſorias concedentia excepto caſu quando vacat Sedes anno elapſo. Tolet. l. 1. cap. 49. num 5.

2. Interdictum eſt contra Capitulum concedens Sede Epiſcopali vacante infra annum à die vacationis computandum litteras dimiſſorias ad ordines, alicui, qui beneficij Ecclesiaſtici recepti, ſiue recipiendi occaſione arctatus non fuerit. Concil. Trid. ſeſſ. 7. cap. 8. de reform.

3 Irregularitas eſt contra Clericum ſine diſpenſatione canonica, aut legitima licentia miniſtrantem in Sacro Ordine ſuſcepto ante legitimam ætatem, vel extra tempora, aut abſque dimiſſorijs litteris. extr. Cum ex ſacror. Pij V.

4 Ordinatus ſine dimiſſorijs Ordinarij ſui manet ſuſpenſus arbitrio Epiſcopi ſui. Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 2. Suſpenſio, quam quis contraxit recipiendo ordines ſine litteris dimiſſorijs, poteſt ab Epiſcopo auferri virtute Trid. ſeſſ. 24. c. 6. modo delictum ſit occultum. Quaranta in com. Bull. ver. ord. Sayr. de cenſ. l. 7. c. 10. n. 36.

5 Suſpenſus eſt ter, qui ſine dimiſſorijs Ordinarij tres accipit ordines ſacros. Nauar. conſ. 7. de corp. vit. num. 1. & 2. & 2. p. 1, lib. edit. 2.

6 Differunt Cõmendatitiæ a Dimiſſorijs; quia Dimiſſoriæ ad effectum tantum ſuſceptionis ordinis dantur. Commendatitiæ vero dantur Presbytero peregrinationem ſuſcipienti;

pienti; vt ei liceat in aliena Diœceſi celebrare. Azor inſt.mor.p 2.l.3 c.49.q.1.

7 Qui obtinet reſcriptum à Sede Apoſtolica, quo recipere poſſit ordines à quolibet Epiſcopo, non indiget nouis litteris dimiſſorijs, indiget vero teſtimonialibus proprij Ordinarij de vita, & moribus, alioquin ſi abſque dictis litteris teſtimonialibus ad ordines promoueatur, remanet ſuſpenſus ab executione ſuſceptorum ordinum, & ordinans incurrit ſuſpenſionem à collatione ordinum per annum Tolet l.1.ſum.c.49. n.4.

8 Clerici abſque dimiſſorijs proprij Epiſcopi ordinari poſſunt à proximiori Epiſcopo, ſi Epiſcopus proprius fuerit ſuſpenſus eo quod alienos ordinauit, & eiuſmodi ſuſpenſio ſiue per facti euidentiam, ſiue per iuris notorietatem fuerit manifeſta. c. 2 cum ibi notat.per gloſ.in verb.manifeſta.de temp.ordin. in 6 Rebuff. ſupra n. 11.

Litteras hortatorias faciens quando eſt excommunicatus.

1 Principes, ſeu miniſtri Regij faciendo litteras hortatorias ad Epiſcopos, vt ab aliqua mala determinatione deſiſtant, vt eſt in vſu in Regno Neapolitano, non faciunt contra libertatem Eccleſiaſticam, nec incidunt in Bullam Cœnæ. excom. 16. Megala in 3.p. l.2. c.19. n.6 (Hortatoria Epiſtola eſt amicabilis ſi Epiſcopus aliquid contra laicum impertinenter faciens, ab Officialibus ſæcu-

laribus hortatur, vt deſiſtat à faciendo talia). Quia verba exhortatoria ſolum conſilium important, & neceſſitatem non inducunt, niſi tamen in his litteris Princeps precatorijs verbis vteretur, & non tantum exhortatorijs; nam in tali caſu res eſſet multum ſcrupuloſa; nam preces Principum mandato æquiparantur. Dian.de immun.reſol. 54.

Litterarum Apoſtolicarum falſarius eſt excommunicatus. Vide Falſarius.

Ludus quando inducit excommunicationem, aut irregularitatem.

1 Episcopus ludens cum eo, qui contraxit excommunicationem à ſe latam, incurrit excommunicationem poſitam à iure communi per cap. Nuper de ſent. excom. participat enim in crimine criminoſo, ſi is, cum quo participat eſt excommunicatus vitandus. Bonac tom.2.tract.moral.vbi de legibus diſp.1.q.1.p.6.n.18.

2 Epiſcopus ludens aleis contra propriam conſtitutionem excommunicationem à ſe latam non incurrit, ſecus ſi Conſtitutio eſſet papalis, vel alterius ſui Superioris, & ipſe eſſet denunciator illius. Sayr. de cenſ. l. 1. c. 5. n.22.cum Nau.c.27. ſum. n.6.

3 Homicidium caſuale ſequutum ex ludo in foro Eccleſiaſtico licito, non producit irre-

irregularitatem, ſecus ſi illicitus eſt quod in foro ſæculari eſſet licitus. Nau. conſ. 3. de hom. n. 1. & 2. p. 2. l 5. ed. 2. Vnde ſi clericus ludens cum clerico, aut laico, qui decidens ſuo ſe cultello deformat ſine alicuius notabili culpa non ſit irregularis, licito ludo licite ludebat, alias ſecus. cap. Lator, & cap. contînebatur de homicid.

4 Aleator publicus clericus ipſo facto repellitur à promotione. Tab. ver. Ludus n. 7.

5 Aleatori publico non eſt conferendum beneficium curatum. ex deciſ. Rotæ Romanæ 426. p. 1. in nouiſſ. Aldobrand.

6 Quicquid habent Clerici pauperum eſt. Ideo omne ludorum genus, quod in ſortem cadit, & ab Eccleſia inhibitum ſummo ſtudio deuitare tenentur, vt aleas, taxillos, & id genus vt in cap. Clerici extr. de vit. & hom. cler. mala, quæ ſequuntur ex ludo enumerat Oſtienſis. De ludo venitur ad verba, de verberibus ad vulnera, & de vulneribus ad homicidium, & ſic à primo ad vltimum de ludo venitur ad homicidium: ergo talis ludus eſt fugiendus. Horat.

Ludus enim genuit trepidum certamen, & irã
Ira truces inimicitias, & funebre bellum.

Et Vitalis.

Si quis habens nummos veniet, exibit inanis;
Nullus vbique poteſt fælici ludere dextra.

Et alius.

Luſibus inſanis vacuantur horrea granis,
Grana ludens alea, moritur in palea.
Luſor incipit in alea, & finit in alga.

Ludo pecunia perditur, viſus caligatur,

cupiditas excitatur, iracundia prouocatur, homicidium perpetratur, Diabolus inuocatur. Ab ethnicis etiam ludus alearum inhibitus. Horat.

Malis vetita legibus alea,

Aleas fuge. inquit Cato.

De ludo taxillorum inquit Floren.in 2. p. tit. 1. de excuſ. met.

Quot ſunt puncta in taxillis, tot ſunt ſcelera in ludo.

Sed quia, vt inquit Plutarcus, Auriga non ſemper adducit habenas, ſed aliquando remittit, ita etiam animis noſtris nonnihil indulgendum eſt. Nau. modico ludo condienda eſt vita hominis; ſicut cibus modico ſale; Ideo inquit ille.

Seu pila delectat, ſiue alea; lude parumper;
Ludere non turpe eſt, paruo ſi tempore fiat.

Solatio erit clericis docta, & Catholica lectio, & ſacrarum Scripturarum eruditio, ignorantiam abhorrentibus. Ne videlicet eis dicatur. Tu ſcientiam repuliſti, & ego te repellam, ne Sacerdotio fungaris mihi. Oſc. 4.

M

Magiſter caſtigans diſcipulum quando eſt irregularis ſequuto homicidio.

1 Magiſter caſtigans diſcipulum, non ſit irregularis etiam ſi moriatur, ſi circumſpecte faciat, alias ſecus. cap. Presbyt. de hom. cap. Prou. 23. Noli puero ſubtrahere diſci-

ſciplinam; ſi eum percuſſeris virga, non morietur, & animam eius de Inferno liberabis. Omnis correptio amara quidam videtur ad præſens, ſed fructus parit dulciſſimos. Diu. Hyeron.

Maleficiatus non eſt irregularis.

1 Maleficiatus in ſolis genitalibus, licet inhabilis ſit ad matrimonium, non tamen ineptus eſt ad ordines, cum ob eam cauſam caſtior ſit. Maiol. l. 2. c. 17. n. 6. Henriq. l. 14. c. 8 §. 8.

Mandans, vel conſulens quando irretitur cenſura.

1 Cenſura lata contra facientes aliquid non ligat mandantes, vel conſulentes, niſi in ſententia cenſuræ exprimantur mandantes, vel conſulentes; quia cenſura lata contra mandantes non includit facientes, niſi in cenſura exprimantur faciétes; cum cenſura non ligat vltra intentionem Superioris, & verborum tenorem: ergo à fortiori in cenſura, lata contra facientes, non includuntur mandantes, & conſulentes, niſi in ſententia exprimantur. Nau. ſum. c. 27. n. 51. Tolet. ſum. l. 1. c. 8. n. 7.

2 Nec officit Regula, Agentes, & conſentientes pari pœna puniuntur. Nam licet agentes, & conſentientes in malum peccent, non tamen ſemper puniuntur eadem pœna,

niſi conſentientium fiat mentio; pœnæ enim ſunt reſtringendæ. Bonac t. 1. tract. de cenſ. diſp. 1. q 1. pun. 6. n. 1. Tabien. ver. excom. 5. caſ. 49. n. 5.

3 Mandans alicui, vt Clericum percutiat, & antequam mandatarius clericum percutiat, mandans moritur. Mandator ſecuta poſt mortem percuſſione in excommunicationem non incidit: quia mandatum morte mādatoris reuocatum, & extinctum eſſe cenſetur, & ipſe mandans capax huius pœnæ non eſt. cap. licet, & ibi gloſ. ver. re intera, de offic. deleg.

Mandans aliquem verberari, & mandatarius mandati fines excedens, illum occidit, quando mandans eſt irregularis.

1 SI mandauit ad verberandum propter vindictam, & iniuriam inferendam, tunc quocunque euentu homicidio ſecuto, eſt irregularis. Si autem mandaſſet aliquod iuſtum, vt Iudex ad diſciplinam, & correctionem, vt Pater, Epiſcopus, Religioſorum, Superiorum, &c. tunc ſi mandatarius excedat, nequaquam irregularis erit. Vival. de irreg. n. 260. vbi alij.

Man-

Mandans fieri homicidium, ſi mandatarius fuerit occiſus ab occidendo, mandans vtroque caſu erit irregularis.

1 TEx. in c. vlt, de homicid l. 7. Io. Andr. in addit. ad ſpecul. tit de diſpenſat. § iuxta. Sylu. homicid. 1. q. 8. Tab. Maiolus, & alij. Ratio eſt, quia Talis mandans cogitare potuit, & debuit homicidium hinc inde contingere poſſe inter aggreſſorem, & aggreſſum, & inter vtrumque, & Iudicis miniſtros in incarceratione, vel poſtea in iuſtitiæ exequutione.

Martyrium polluit Eccleſiam.

1 CVm quis Sanctus ob fidem Catholicam in Eccleſia occiditur, polluitur Eccleſia, quia licet paſsiua effuſione ſanguinis illius honoretur, & ſanctificetur Eccleſia. c. Quamuis. diſt. 21. ex iniqua tamen, & actiua effuſione polluitur, & magis iniuriatur, ſecundum illud. Actio diſplicuit, paſſio grata fuit, & ideo Eccleſia reconcilianda eſt, non tamen lauandus eſt locus, vbi ſanguis effuſus eſt. Gloſ. in dicto capitulo Vnio. Et bene, quia ſceleratius eſt occidere ſanctum, quam prauum. Sayr. de cenſ. l. 5. cap. 16. num. 14.

Maritus deprehenſam inflagranti vxorem interficiens, fit irregularis.

1 QVamuis cæſareæ leges conniueant in hoc homicidio, illudque impunitum relinquant propter doloris grauitatem, & vt profuſam adulterorum licentiam, & audaciam cohibeant, dum eorum occiſores pœnis minime afficiunt. Nihilominus tamen in foro conſcientiæ, & peccatum mortale maritus committit, & irregularitatem incurrit. Omnes Theologi, & Canoniſtæ.

Martyrium ſuadens non eſt irregularis.

1 EXhortans alium, vt patiatur martyriũ, ſequuto martyrio, non remanet irregularis, vt dicit Couar. 2. p. tit. reale §. 5. nu, 6. quia hic non eſt cauſa proxima mortis, quia non dat conſilium ei, quod occidat ſe, aut alium, ſed ſolum, quod patiatur tormenta Mundi, & non relinquat fidem Chriſti; quæ quidem exhortatio Catholica, & pia nec ex ſua natura eſt, nec ordinatur ad mortem.

Matrimonium quando inducit irregularitatem, aut excommunicationem.

1 IRregularitas eſt contra Clericum ſacris initiatum, vxorem etiam virginem de

facto

facto ducentem, cum quo Epiſcopus poteſt diſpenſare, ſi ſponte redierit ad pœnitentiam, & laudabiliter vixerit, ſin autem coactus, & compulſus à ſacrilegis nuptijs deſtiterit, etiã Epiſcopus, ſe religionem ingreditur, alias ſolus Papa.

2 Simili modo ſacris initiatus irregularitatem contrahit, qui ſecundam, vel viduam, vxorem duxerit, quantumuis inualide. ex c. nuper, & cap. vlt. de big. Coin. de irregul. diſp. 18. dub. 12. Raym.

Omnem contrahere prohibemus in ordine ſacro Perſonam: niſi Papa prius diſpenſet in illo.

3 Irregularitas eſt contra eum, qui poſt ratum matrimonium ante conſummationem, inuita vxore ſacris initiatur, niſi in aliqua religione probata profeſſus ſit, & reſeruatur Papæ. & ſi in religione profitetur, reſeruatur Epiſcopo, imo remanet irregularis, etiam poſt mortem vxoris, ſi nondum eſt legitime abſolutus. Coin. de irreg. diſp. 18. dub. 3. in fine.

4 Excommunicatio eſt contra falſo affirmantes matrimonia à filijs familias ſine conſenſu parentum contracta, irrita eſſe, & parentes ea rata, vel irrita facere poſſe. Concil. Trid. ſeſſ. 24. c de refor. matrim.

5 Excommunicãtur omnes cuiuſcunque dignitatis exiſtant, qui quouis modo directe, vel indirecte ſubditos ſuos, vel quoſcunque alios cogunt, quo minus libere matrimonia contrahant. Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 11. cap. 8. Non eſt reſeruata hæc excommunicatio.

6 Excommunicatio eſt contra clericos in ſacris, qui de facto contrahunt contra votum Caſtitatis annexum ordini matrimonium per verba de præſenti, & nemini reſeruatur. Clem. vn. de conſ. & offic. Hinc collige fœminam contrahentem cum clerico in ſacris, vel Religioſo non incurrere hanc cenſuram, quia in illa directè non eſt lata. Caiet. cap. 47. & Nau. cap. 22. num. 52. Et licet nonnulli in hanc cenſura comprehendant etiam Sacerdotem celebrantem, ſeu ſollemnizantem tale matrimonium, melius tamen alij negant. Suar. diſputat. 23. ſectione 5. num. 21.

7 Excommunicatio eſt contra quoſcunque Religioſos profeſſos, qui de facto contrahunt ſcienter matrimonium, & nemini reſeruatur.

8 Excommunicatio eſt contra omnes moniales tacite, vel expreſſe profeſſas, quæ de facto per verba de præſenti contrahunt ſcienter matrimonium, & nemini reſeruatur. Clemen. vn. de conſ. & off.

9 Excommunicatio eſt contra contrahentes ſcienter in gradu conſanguinitatis prohibito.

10 Excommunicatio eſt contra contrahentes ſcienter in gradu affinitatis prohibito. Intellige hæc duo ſine diſpenſatione. Clem. 1. de conſ. & affin. nec eſt reſeruata Papæ, ſed poteſt Epiſcopus abſoluere.

Matrimonium ſi contrahit excommunicatus, vere contrahit. Vide Sacramentis abutentes, num 3.

Medicus quando eſt irregularis.

1 MEdicus etiam qui publico, vel priuato ſtipendio conductus, ſi officium ſuum uon exequitur, ſiquis eius negligentia, vel ignorantia moritur, fit irregularis, talis enim dicitur à medico occidi arg. capit. Abſit diſt. 50. & homicidia illa dicuntur quodammodo illi voluntaria. Sylu. ver. homicidium 2. ver 13. & ver. Medicus q 1. ver. 2. & ver. reſtitutio 3. Maiol. l. 5 c. 48. §. 5. nu. 4. Armill. ver. Medicus nu. 2. Tolet. l. 1. cap. 29. Henriq l. 1. 4 c. 2. §. 7.

2 Quod etiam verum eſt, etiam ſi medicus eum deſerat, quia mercedem ei non ſoluat, nam poſt conualeſcentiam, vel mortem eius poteſt ſtipendia petere, & obtinere. Nauman. c. 16. n. 64.

3 Nec excuſatur ex eo, quod alij medici aduocari poſſint, quia niſi ille alium æque bonum aduocet, tenetur in cura perſeuerare; & à fortiori ad id tenetur, quando ſit vnus tantum medicus in Villa, vel Caſtro, & alius haberi non poſſit: vt enim notat Henriq. in d. §. 7. in annot. l. 5. fit tacite contractus inter infirmum, & medicum, qui cepit curare, ratione cuius in cura perſeuerare tenetur.

4 Imo vero ſi non requiratur alius medicus

cus in Caſtro, & ipſe requiſitus negligeret adire aliquem infirmum,& ex eius inhumanitate infirmus moreretur,irregularis erit,etiam ſi curam eius nondum inceperat. Maiol.l. 2. cap.12.nu.4.& l.5.cap 48.§.5.num.4.Mederi opus miſericordiæ eſt. Greg.l.4. Doctr.Chriſtiana c. 16.

5 Sic etiam irregularis erit medicus,dando medicinas non proprias,ex Innoc.in cap. tua nos de homicid. & ibi Panor. § ad vltimum n.4.ſum.confeſſ.l.2.tit.1. q.34. medicina vtraque tam corporis, quam animæ eſtà Deo. Greg, de moral. Eccl. c.4.

Chriſtus eſt ſpiritualis medicus paratus totum curare, quoties per peccatum infirmus eum requirit. de pœnit d 3.§ 1.

6 Phyſici, & Chyrurgi, ſecundum Raym. poſſunt ad ordines promoueri, ſi periti erant in arte,& nihil de contingentibus omiſerunt, & de hoc habuerunt probabilem conſcientiam, alias non.extr.de ætat. & qual.

Medicum excommunicatum quando licite adire poſſumus.

1 MEdicum excommunicatum oppreſſi morbo, & graui infirmitate licite adire poſſumus quando alium æque peritum commode habere denegatur. Sayr. l. 2. de cenſ.c.14.Caiet.ver.excom.Gabr.4.d.18.q.3. a.1. In articulo enim neceſſitatis ceſſat peccati ratio.

Me-

Medicum Hebræum, vel Infidelem adhibentis pœna.

1 MEdici Hebræi, vel Infideles ne adhibeantur, alias negantur Sacramenta, & Sepultura Eccleſiaſtica. Gregor. XIII. Anno 1581.

2 Qui dum ſuos corporum languores illicitis medijs, & præcipue Iudæorum, ac aliorum Infidelium opera ſanari cupiunt, veræ ſalutis animarum ſuarum, & corporum ſimul immemores fiunt, & (quod valde dolendum eſt) in damnationis æternæ maximum ſæpe diſcrimen incidunt, medijs Iudæis, & infidelibus huiuſmodi ad ipſorum curationem vocatis, & adhibitis. Vnde fit, vt Iudæis, & alijs infidelibus magna detur delinquendi occaſio. Solent enim pro corpore curando dare conſilium, vel medicinam cum periculo animæ; Superſtitiones immiſcere naturali medicinæ; præbere aliqua prægnanti, quibus abortiant, ſine iuſta cauſa præbere licentiam frangendi ieiunium, comedendi carnes diebus prohibitis, affirmare ieiunia præcepta corpora deſtruere, &c. Et ſimul negligatur ſalutare præceptum ab Innocentio III. deinde à Pio V. innouatum quod omnes medici cum ad infirmos in lecto iacentes vocati eſſent, ipſos ante omnia monerent, vt idoneo confeſſori omnia peccata iuxta ritum S. R. E. confiteantur, neque tertio die vlterius eos viſitarent.

Me-

Medicinam, ſeu Phyſicam, vel Leges audientes quando ſunt excommunicati.

1 EXcommunicatio eſt contra Presbyteros, & habentes dignitates, veluti ſi ſint Archidiaconi, Plebani, Præpoſiti, Cantores, & alij perſonatus habentes, qui audiunt leges, vel phyſicam, ſeu medicinam, niſi poſt duos menſes ab eis deſtiterint, computandos à die ex quo incipiunt audire huiuſmodi facultates, & nemini reſeruatur. c. 10. ſuper ſpecula ne cleric. vel mon. medicina eſt clericis prohibita, quia exercitium artis medicæ eſt negotium pure ſæculare, & grauiter beneficiarijs interdictum, vt liquet.

Vbi nota primo non omnes clericos indifferenter in hac cenſura comprehendi, nec omnes habentes beneficia. ſed tantum Sacerdotes, vt ſupra numeratos.

Nota 2. talem cenſuram incurrere perſeuerantes in audiendis huiuſmodi facultatibus per duos menſes, ſiue in propria domo, ſiue in quolibet alio loco eas audiant.

Nota etiam 3. habentes Eccleſias parrocchiales non comprehendi in hac cenſura, niſi tales Eccleſiæ ſint Plebaniæ ſub ſe cappellas habentes, in quibus inſtituuntur clerici perpetui. Suar. diſp. 23. ſect. 3. n. 19.

Sacerdotes in domibus ſuis priuatim audientes lectorem legũ, vel medicinæ non ſunt excõmunicati. Dian. tract. 5, miſcell. reſol. 27.

2 Al-

2 Altera excommunicatio eſt contra Religioſos tacite, vel expreſſe profeſſos, qui de clauſtris exeunt ad audiendas leges, vel medicinam, niſi ad clauſtrum ſuum intra duorum menſium ſpatium redierint; & nemini reſeruatur. cap. ſuper ſpecula, & cap. non magnopere. Ne cleric. vel mon.

Ad incurrendam hanc cenſuram tres conditiones requiruntur. Prima vt Religioſi leges, vel phyſicam actu audiant. 2. vt adhunc finem exeant à clauſtris ſuis. 3. vt intra duos menſes ad clauſtra redeant. Vnde qui intra ſua clauſtra has ſcientias audiunt, vel ante lapſum duorum menſium redeunt, non incurrunt hanc cenſuram.

Prohibitum eſt Regularibus ſtudium iuris ciuilis, quando principaliter Monachi, vel Clerici ius ciuile audiunt, ſecus autem ſi ad cognitionem iuris canonici illi ſtudio incumbunt, & ideo fere omnes regulares legum ſtudio incumbentes excuſari poſſunt; quia hoc facere poſſunt in ordine ad melius addiſcendum ius canonicum. Ita tenent comm. DD.

Mira eſt conſpiratio inter ius ciuile, & Canonicum, & multa Summorum Pontificum decreta ex ciuilibus legibus pœne ad verbum deſumpta ſunt. Quamobrem nemo ſe Canoniſtam, vel Caſiſtam profiteri poteſt, niſi ciuilium etiam legum aliquam cognitionem habeat, præſertim cum leges ciuiles, ſi iuſtæ ſint, in conſcientia etiam obligent. Laym. Vnde facere Rom. ſing. 654. inquit. Legiſta ſenza capitoli val poco, ma Canoniſta ſenza legi val niente.

Sunt

Sunt quidem Canones magna ex parte iuri ciuili coniuncti. Vnde dicebat Barb. in cap. conqueſtus. col. 3. de for. comp. quod ius Pontificium ſine legibus non poteſt intelligi, cum ſit medulla legum, & niſi quis ſciat Canones cum legibus, non poteſt practicam iudiciorum cognoſcere.

3 Clerici in minoribus, quamuis habeant beneficium, poſſunt exercere artem medicam, & chirurgiam, abſcindendo, & adurendo ſecundum artem. Molin. de Iuſt. tom. 4. d. 75. n. 42. quod etiam extendit ad Religioſos ſi non ſint Subdiaconi.

Mammillam abſcindens eſt irregularis. Vide Vbera.

Manuum, & digitorum defectus quando reddit irregularem. Vide Mutilator.

1 QVi vtraque, vel altera manu carent, iure naturali impediti ſunt ab Ordinum ſuſceptione, & executione. Item qui habent in manibus deformitatem notabilem ſunt irregulares. Sin vero nullo modo hoſtiam contractare, vel frangere, vel in manibus tenere poſſunt, iure naturali impediti ſunt. Sic etiam qui habent manus inarticulatas, & inefficaces ad celebrandum, ſunt irregulares; is enim dicitur carere membro, qui habet illud inefficax. arg. cap. ſicut vrgent. 1.

q 1.

q. 1. & Maiol. l. 1. de irreg. cap. 14. num. 5.

2 Item qui carent pollice, vel indice, irregulares ſunt imo pollice carentes, ſunt iure naturali impediti. Illi vero, qui vno digito, vel pluribus carent, ſi deformitatem habent notabilem, irregulares ſunt; vt ſunt illi, quibus crucis ſignum, aut benedictio datur, aut Sacramentum Euchariſtiæ tractatur. Sylu. ver. homicidium 3. p. 3. verſ. 4. Maiolus l. 1. c. 14. n. 12. ſi tamen nullam deformitatem habent, non ſunt irregulares.

3 Habentes manus tremulas, vt periculum ſit in tenendo Calice, irregulares ſunt, quando autem tale periculum ſit, iudicabit Epiſcopus. Maiol. n. 9.

4 Et denique qui plures ſolito digitos habent, ſi deformitatem notabilem habent, ſunt irregulares. Qui vero duos, aut tres digitos coniunctos habent, Epiſcopi iudicio relinquitur. DD. cit.

5 Digitos vtriuſque pedis exceptis pollicibus ob aliquam ægritudinem amittens, non eſt irregularis, quia hic defectus non inducit magnam deformitatem, nec facit impotentem ad vſum ordinum. Rodriq. de irreg. c. 159. n. 2.

Materiæ paruitas excuſat ab excommunicatione, & ab irregularitate.

1 ITa docet Graff. in deciſ. p. 1. l. 4. cap. 8. n. 5. ſic aſſerens, Si excommunicantur col-

colloquentes cum monialibus, non comprehenditur, qui tranſeundo monialem ſalutaret, vel parum cum ea loqueretur. Idem docet Finellius de caſ. reſeru. c. 5. nu. 10. vbi ſic aſſerit. Si paucis alloquaris monialem, vel tranſiens illam ſalutes, aut ſalutatus reſpondeas, ſiue de ſtatu eius ipſam interrogas, ſiue interrogatus reſpondeas, non incidis in excommunicationem propterea. Sed quod tempus dicatur breue, vt cum monialibus colloquentes non incidant in excommunicationem. Aliqui tenent eſſe ſpatium vnius miſcere. Dian. tract. 5. miſcell. reſol. 69. Vide Moniales n. 9.

2 Ratione paruitatis materiæ non incurrunt irregularitatem Sacerdotes ducentes reum ad furcam, hortando illum ad ſcalam aſcendat, vel accelerando exequutionem iuſtitiæ etiam notabiliter. Dian. loc. cit. reſol 79. vbi citat multos, & graues Doctores in hoc caſu.

3 Quod dictum eſt de excommunicatione, & irregularitate dicendum eſt de caſibus reſeruatis, & ſi v. g modicitas rei ſubtractæ in Eccleſia excuſat a mortali, ſic etiam excuſabit à reſeruatione.

4 Materiæ paruitas excuſat, ab excommunicatione in percuſſione Clerici licet fuerit facta interius prauo animo, & moraliter peccaminoſo. Portel. in dub. Reg. ver. excomm. n. 11. & addit hac idem dicendum eſſe in quouis alio opere, cui annexa eſt excommunicatio, ſi opus externum fuit tantum veniale, & leue, licet internum fuerit mor-

mortale. Quia Eccleſia non excommunicat actus internos; ſed externos, & requiritur, vt actus externus ſit de ſe grauis.

Mediator aſſaſſinij gaudet immunitate Eccleſiæ.

1 RAtio eſt, quia Doctores in cap. pro humani de homicidio in 6. aſſerunt ſub nomine aſſaſſinij non veniſſe mediatorem, & ſic fuiſſe deciſum in Sacro Concil. 1615. refert Ronitus in Prag. 1. de aſſaſſinio num. 49. Sed in Bulla Gregorij XIV. excipiuntur, ne gaudeant immunitate Eccleſiæ tantum aſſaſſinij: ergo mediatores debent immunitate gaudere.

Membrum abſcindens eſt irregularis. Vide mutilator.

Vide mutilator.

Meretrix non confitens, nec recipiens Euchariſtiam in Paſchate non eſt excommunicata.

1 IN locis, vbi per Conſtitutiones Synodales ſunt excommunicati qui præceptis de ſemel in anno confitendo, & in Paſchate communicando non adimplent; meretrices, quæ nec præceptum Confeſsionis, nec Communionis adimplerunt, non ſunt excommunicatæ, in deteſtationem ſui peſsimi

mi ſtatus, quia meretrices non ſunt dignæ laqueis legum. tex. in leg. Quæ adulterium. cap. de adulter. Viual. ver. Confuſo nu. 60. & ideo nunquam publicantur, vel denunciantur pro excommunicatis in Eccleſia, vt alij denunciantur. Nec vllus auctor tales excommunicatas eſſe dixit. Omnes. de meretrice dixit Fauſtus.

Non ſcortum eſt aliud, niſi blanda, & ſub dola Syren,
Qua trahit humanũ ſub vada cæca genus.

Et Verinus.

Nil læthale magis, quam luxu perdere mores,
Hac peſtis iuuenum eſt ſæuior ingenijs.

Metus quando excuſat ab excommunicatione.

1 Clericus deferens aliquod genus armorum prohibitum ſub pœna excõmunicationis ipſo facto incurrendæ à ſuo Superiori ſi metu mortis ad propriam vitam tuendam illud deferet, non delinquit læthaliter, nec afficitur cenſura lata. Nam lex humana etiam Eccleſiaſtica pure, & per ſe non obligat cum tanto incommodo; & periculo, & cum cenſura non contrahatur, niſi ob violationem legis humanæ, quæ non obſtringit cum periculo vitæ. Sylu. ver. metus. n. 7. Bonac. t. 1. de cenſ. diſp. 1. q. 2. p. 3. n. 3.

2 Eadem ratione Parochus excuſatur à peccato, & à cenſura incurrenda, ſi probabili mortis metu tempore Paſchatis non deferat

rat ad Epiſcopum, vel tanquam Interdictos non denunciet, & qui tempore ab Eccleſia præſcripto Pœnitentiæ, vel Eucharistiæ Sacramenta non ſuſceperint, ſi contra non deferentes eſſet impoſita aliqua cenſura, ipſo iure incurrenda.

Metus grauis excuſat ab irregularitate.

1 METus grauis excuſat ab irregularitate excommunicatum ſi celebrat ad euitandam mortem, vel grauem infamiam. Auil, de cenſur.p.7.diſp 2.dub.7. concl. 5. & alij, quos ibi citat. Fauet.Nau.c.27. ſum, nu.239. Non tamen excuſat à peccato, ſi ſit denunciatus, ſeu publicus percuſſor clerici,& compellatur ad adminiſtrandum Sacramentum pœnitentiæ; nam exerceret actionem intrinſece malam conferens Sacramentum inualidum defectu iuriſdictionis. Sanchez in decal.tom.1.c.18.n.8.

Miles quando eſt irregularis. Vide Bellantes.

Miniſtrans, vel portans ligna, vt Hæreticus comburatur quando eſt irregularis.

1 VEl Hæreticus erat viuus, vel iam ſtrangulatus, & mortuus. In primo caſu,

caſu, quo erat viuus; Quicunque miniſtrauerit ignem, ligna, funem, ſcalam, clauum, gladium, vel quid ſimile, erit irregularis. Viuald. de irreg. vbi multi. In ſecundo caſu quando iam erat mortuus, ſupradicta miniſtrans, non eſt irregularis. Doctores apud Viuald. loco citato.

Miracula falſa, &c. prædicantes excommunicantur.

1 Miracula falſa, & incertas, vel nouas prophetias prædicantes ſunt excommunicati. Concil Later. ſub Leon. X. ſeſſ. 2. Inter miraculum, & gratiam hæc eſt differentia. Quia miraculum fit ſubito in inſtanti, & perfecte. Quando ergo apparet infirmos ſucceſſiue, & non in totum fuiſſe liberatos ab infirmitatibus, dicendum eſt ibi non eſſe miracula, non tamen negandum; quin non ſint gratiæ. Dian. tract. 7. & 4. Miſcell, reſol. 48. Vide Contilor. de canonizat. Sanctorum cap, 17. num. 9.

2 Ad verum miraculum requiritur, quod miraculum ſit ſupra naturam; quod appareat illud ex Deo, non ex arte, neque ex Diabolo contingere, quod effectus ſit præter ſolitum, & conſuetum modum cauſandi, ſitque ad corroborationem fidei. Io. Aloyſ. Riccius in ſua prax. fori Eccleſ. 481. Item D. Thom. 3. p. q. 44. a. 3. ad 2. arg. Genuenſ in Prax. Archiep. Neapol. c. 6. nu. 1. Peccat grauiter qui concionando, falſa miracula ſciens talia eſſe, narrat,

cat, aut data opera vitam alicuius Sancti aliter quam ſit fingit, quia eſt pernicioſum notabiliter, quorum ex parte dicentis fides, & exiſtimatio miraculis Chriſti, & eius ſanctorum adimitur, iuxta Caiet.

Miſſam celebrare, & orare publice pro excommunicatis toleratis, v. g. Hæreticis licitum eſt hodie.

1 MVlti negant Alan. Sot. Couar. Bellar. Suar. Auila, &c. Alij affirmant Nau. c. 27. n. 36. Henriq. Aegid. & alij. Quia vſitatiſſimum eſt apud viros pios, & doctos, vt Miſſæ ſacrificium offerant pro conuerſione hæreticorum, eamque conſuetudinem reprehendi non poſſe fatetur Bellar. Neque enim pugnat cum inſtitutione ſacrificij; quia cum ſacrificium Crucis pro omnibus oblatum fuerit, cur non poſſit etiam ſacrificium Miſſæ pro omnibus offerri?

Miſſam celebrans quando eſt excommunicatus, ſuſpenſus, vel irregularis.

1 CElebrans in loco interdicto, ipſo iure eſt excommunicatus, cap. poſtulaſti. §. fin. extra de cler. excom. miniſt.

2 Is, cui Eccleſiæ eſt ingreſſus interdictus, ſi diuina celebret, efficitur irregularis, cap. is, cui de ſent. ex. in 6.

3 Ir-

3 Irregularitas eſt contra Clericum exemptum à iuriſdictione Epiſcopi, qui etiam nulla ligatus cenſura celebret miſſam, vel alia diuina officia coram interdictis denunciatis, vel admittit publice excommunicatos ad diuina officia, aut Sacramenta, vel ad Eccleſiaſticam ſepulturam. Hic nota exemptum in his peccantem non incurrere irregularitatem ex Nau. cap. 25. num. 93 q. 4. Auil. p. 7. *diſp.* 9. ſect. 2. dub. 7.

4 Irregularitas eſt contra Sacerdotem prohibitum per cenſuram Miſſam celebrare, qui ſine illa conficit Corpus Domini, vel celebrat, etiam nulla cenſura prohibitus ſine intentione conſecrandi, aut abſoluendi, aut ſine Sacerdotio audit Sacramentales confeſſiones, licet non abſoluat, idemque iudica de alijs Sacramentis præter matrimonium in quo ſufficit præſentia Parrochi. Auil. p. 7. diſp. 9. ſect. 2. dub. 2. §. ſed eſt maxime.

5 Irregularitas eſt contra Religioſum celebrantem in ordine Sacerdotali ſuſcepto legitimam ante ætatem, etiam ex ſuperuenientе, ſi non fuerit ab Epiſcopo abſolutus à ſuſpenſione, & reſeruatur Papæ. Auil. p. 3. diſp. 55. dub. 2.

6 Suſpenſio eſt contra Sacerdotem, qui ſine cauſa graui infirmitatis omittit in completam miſſam, quod intelligitur poſt Canonem inchoatum, ante vero ſufficit leuis morbus, aut quia ingreſſus eſt in Eccleſiam excommunicatus publicus, & nollet inde exire cap. nullus Epiſcopus de conſecr. d. 1.

7 Siquis Sacerdos quando eſt celebrans

peta-

petatur pro confeſſione alicuius pœnitentis in articulo mortis, & non ſit alius, poteſt Miſſam inchoatam, etiam poſt conſecrationem relinquere, ſeruante interim aliquo Euchariſtiam, & ſecum deferet aliquam formam conſecratam, & extremam Vnctionem ad infirmum; & audita eius confeſſione, & data Euchariſtia, & Extrema Vnctione (remiſſis tamen Pſalmis pœnitentialibus ad Eccleſiam poſt Miſſam) reuertatur ad perficiendum ſacrum.

8 Quod ſi confeſſio fuerit ita longa vt media hora perfici nequeat tranſacta dicta media hora Sacerdos abſoluat dictum moribundum eo monito, vt poſt dictum ſacrum aliqua occaſione illum accerſat, & poſtea illum de nouo audiat, & abſoluat Zambranus. de Sacr. pœnit. c. 4. d. 6. n. 5. Qui caſus facile euenire poteſt in villis.

9 Suſpenſio eſt contra celebrantem non ſe communicantem. c. relatum de conſ. d. 2.

10 Irregularitas eſt contra Epiſcopum, vel alium Eccleſiaſticum excommunicatum, ſuſpenſum, vel interdictum, qui facit coram ſe celebrare, præſtans auctoritatem celebrationi, ſecus ſi ſimpliciter audit Miſſam, non præſtans auctoritatem.

Vbi nota non ligatum aliqua cenſura non manere irregularem, etiam ſi faciat aliquem excommunicatum, ſuſpenſum, vel interdictum coram ſe celebrare, præſtans auctoritatem celebrationi, quod eſt contra Nau. & Couar. Auil. p. 1. diſp. 9. ſect. 2. dub. 6.

11 Qui non Sacerdos Miſſam celebraue-

rit, aut audiuerit confeſſionem Sacramentalem, traditur Curiæ ſæculari puniendus. Clement. VIII. 1601.

12 Sacerdotes, qui celebrant Miſſas ſuper rebus profanis aptis ad ſortilegia peragenda v. g. ſuper calamita, ſuper cuti indumenti pueri naſcentis, quem appellant cartam virginem ſuper paſta, & in his ſimilibus, debent per Epiſcopum deponi, beneficijs priuari, & in Monaſterio includi. Farin. in ſua Prax. crim. tom. 1. p. 1. q 20. concluſ. 14. num. 197.

13 Excommunicatus toleratus non fit irregularis celebrando.

14 Si non adſit alius Sacerdos, niſi excõmunicatus non euitandus, & nullum ſit ſcandalum ſcientiũ excommunicationem, & diſpenſationem noui iuris per extrau. Ad euitandã, vrgetque dies feſtus, vel alia neceſſitas, prout alij talem Sacerdotem inuitare ad celebrandum, neque ipſe celebrans peccabit, aut incurret irregularitatem. Ita Suar. diſp. 11. de excom. ſect. 4. n. 13. probatque verbis extrau. Ad euitanda. Poſſunt communicare (quibuſcunque diuinis) quæ huiuſmodi facultatem concedunt fidelibus reſpectu excommunicatorum non euitandorum. Ita dicendum de Sacerdote excommunicato occulto, qui niſi celebret, ſequeretur ſcandalum vel infamia illius apud eos, quod neſciunt cauſam, & vident illum abſtinere à celebratione Miſſæ. Neque in eo euentu ipſe ſe detegere tenetur, ſed poteſt abſque peccato, & cenſura celebrare ob illa incommoda fugienda. Idem Suar.

Miſ-

Miſſam qui irregularis, vel excommunicatus iuſte celebrat.

1 QVando poſt conſecrationem moritur Sacerdos in Miſſa celebranda, non modo Sacerdos non ieiunus poteſt perficere, ſed exiſtens in peccato mortali, & Concubinarius, imo etiam excommunicatus, vel irregularis ad tollendum tam graue ſcandalum. Azor. c 33. vt Sot. in 4. d. 13. q. 2. Sà ver. Miſſa num. 38.

2 Licet facere ſacrum poſt debitam contritionem, & confeſſionem ante diſpenſationem ei, qui occultiſſime occidit alium, & probabiliter eſt certum, & creditum infamatum iri eum illud feciſſe, niſi celebret; quia lex naturalis, & diuina de defendenda ſua fama præſtat legi humanæ de abſtinendo à ſacro in irregularitate. Idem dicendum de excommunicato occultiſſimo poſito in ſimili periculo infamiæ, & de moniali incidente occultiſſime in cenſuram Papalem vt ante moram petendi abſolutionem poſſit communicare, quando aliæ ad id tenentur, & intereſſe choro, & alijs, quibus ſi abſtineret, fama eius, & monaſterij periclitaretur. Nau. man. cap. 27. num. 239.

3 Non debet Epiſcopus cogere Clericos cenſuris eccleſiaſticis, vt celebrent diebus ſolemnibus, ſed adhortari. Aphor. epiſ. verb. Miſſa. n. 1. vbi citetur Sac. Congreg. Concil. Trid. ad c. 14. de refor. ſeſſ. 23. §. curet Epiſcop.

4 Nec populum per eaſdem cenſuras cogere ex vi Concil. Trid. in decret. de obſeru. & euit. in celebr. Miſſ. ſeſſ. 22. vt diebus Dominicis, & feſtis maioribus in ſuis Parrochijs Miſſas audiant; ſed monere ex ead. Cong. ad d. decret. in §. monendus etiam, & per Azor. inſtit. moral. p. 1. l. 7. c. 6. q. 6. Aphor. Epiſc. verb. Miſſa. n 3.

Miſſam die feſto non audiens excommunicatus in procuranda abſolutione negligens, non peccat contra Eccleſiæ præceptum audiendæ Miſſæ.

1 ITa Suar. 3. p. t. 3. diſp. 88. ſ. 6. Man. c. 21. nu. 3. Layman. tract. 3. p. 1. c. 1. Quia quandiu in excommunicatione eſt, Miſſam audire non debet. Sed neque ratione præcepti obligatus videtur, vt ſe diſponat, & impedimentum tollat, cum ea diſpoſitio valde remota ſit: quemadmodum nec is, qui ſua culpa in vinculis detinetur, contra præceptum de Miſſa audienda feſto die delinquit.

Monachi quando ſunt ſuſpenſi. Vide Abbas.

Monachus quando eſt excommunicatus. Vide Aula Principum. Vide Arma tenentes.

Mono-

Monoculus quando irregularis eſt.

1 MOnoculus eſt, qui cum vno oculo tantum natus eſt, vel cui ſine culpa ſua vnus eſt oculus erutus; irregularis eſt. 1. ſi Euangelia, 55. diſt. tamen, qui caret viſu oculi dexteri, qui ſanus videtur, & ſiniſtro probe cernit, irregularis non eſt. Nau. c.27. n.199. Valent. tom.4.diſp.7.q.19. p.3. §.2.

2 Si in oculo ſiniſtro (qui oculus Canonis communiter à Doctoribus dicitur; quia cum ſit conſecratio, tali oculo ſiniſtro Canonem, ideſt, te igitur &c. reſpicere debet) defectus aliquis ſit, quo viſus omnino impeditur, ne Canonem reſpicere abſque deformitate, atque indecentia poſsit; difficilis erit in tali diſpenſatio. Si autem oculus dexter tali defectu ſit impeditus, facilius diſpenſabitur. Si aliquis nubeculam aliquam, maculamue paruam in aliquo oculo haberet, ſine deformitate, non impediret. Nau.c.27. nu.299. & alij.

Monaſteria noua erigentes quando ſunt excommunicati.

1 NOn poſſunt erigi noua monaſteria, niſi vocatis aliorum monaſteriorum Prioribus, & cognita cauſa, an ſine eorum damno erigi poſsint. Greg. XV. Ann. 1621. Vrbanus VIII. Ann. 1625. Reuocatæ ſunt licentiæ omnes pro fundandis locis Regula-

rium Vrbanus VIII. 1624. & qui prætextu licentiarum ſine licentia Ordinarij, & non ſeruata forma Gregorij XV. prædicta fundauerit, pœnam incurrit priuationis vocis, officiorum inhabitatis, & ipſo facto excommunicationis.

2 Regulares vnius Ordinis non poſſunt ædificare locum, vel Eccleſiam prope aliam, vel alium locum aliorum Regularium, niſi diſtent per ſpatium 300. cannarum, ex Iulio II. Canna autem octo palmos continet. Et hoc præcipitur ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ. Vide Zanard. in Director. Theol. p. 2. 2. c. 21. & Armill. ver Emunitas. n. 18. vbi dicit ſpatium eſſe 140. cannarum, vt videtur Iul. II. Confec. Priuil. Sayr. Ordin. num. 9.

Monaſteria Monialium frequentans quando eſt excommunicatus, aut ſuſpenſus.

1 Monaſteria Monialium frequentans, ſi ſit Clericus, ſine cauſa rationabili, & manifeſta, poſt admonitionem deponitur, & ſæcularis excommunicatur. cap. monaſteria de vit. & hon. cler.

2 Nota, quod ex frequentatione ad Monaſteria Monialium oritur ſiniſtra ſuſpitio cōtra accedentes; Nam periculoſa eſt ſexus cōmiſtio, vt tex. cum gloſ. in c. mulieres de Iud. l. 6. Vnde Bernard. Quotidie cum muliere conuerſaris; & continens eſſe putas? eſto,

quod

quod ſis, malum tamen ſuſpitionis portas.

3 Nec ſufficit occaſio conſanguinitatis, nam ſecundum Io. And. licet raro poſsit viſitare conſanguineam, non tamen hoc prætextu debet fieri frequens occaſio; quia etiam in conſanguineis id ſcelus patratum reperitur vt in cap. de cohab. cler & mul. & Hier. Si generis gratia iudicas mulieres nullo modo dimittere, memento, quod Tamar à fratre ſuo corrupta eſt.

4 Nec quia, vt inquit Aug. ſanctiores ſunt, eo minus cauendæ. Quo enim ſanctiores fuerint, eo magis alliciunt, & ſub prætextu blandi ſermonis immiſcent ſe vitijs impijſsime libidinis.

5 Nec quia eſt amor ſpiritualis, aut naturalis, quia vt inquit, Bonau. Amor ſpiritualis, & eo magis naturalis facile conuertitur in carnalem.

6 Eſt ergo periculoſum ſæpe viſitare moniales; eſt enim facies mulieris ventus vrens, vt inquit Salomon.

Adam, Sampſonem, Petrum, Dauidem Salomonē
Decepit mulier, quis modo tutus erit?

Ideo inquit ille.

Qui vult virgineum caſtum ſeruare pudorem,
Otia deuitet, fæmineoſque choros.

7 Frequentans Monaſteria Monialium non eſt excommunicatus ipſo facto. Epiſcopi autem per eorum ſtatuta ſolent fulminare excommunicationem.

In Monaſteria introducentes mulieres ſunt ſuſpenſi, & irregulares.

1 SVſpenſio à diuinis eſt contra omnes regulares, qui præſumunt introducere intra eorum monaſteria, ſeu domos mulieres cuiuſuis conditionis; facultatem habentes à Sede Apoſtolica ea ingrediendi, vel etiam ea carentes. Viuald. de ſuſpenſ. n. 131. ſimplicitas tamen, aut incogitantia, vel obliuio extr. 22. regularium Pij V. poteſt tantum eos excuſare ab hac cenſura, vt notat Nau. in cap. ſtatuimus q. 3. n. 62.

Monaſteria regularium mulieres ingredientes ſunt excommunicatæ, Vide Clauſura.

1 EXcommunicatio fulminata eſt contra mulieres, etiam Duciſſas (poſt habitam notitiam huius prohibitionis) ingredientes quolibet Monaſterium Regularium. ibid.

2 Non poſſunt ingredi mulieres, niſi ad ea clauſtra, in quibus miſſæ, officia, & proceſſiones fieri ſolent. ibid.

Monaſterium ingrediens Prælatus quando eſt interdictus.

1 INterdictum ab ingreſſu Eccleſiæ eſt contra Epiſcopos, vel alios Prælatos, etiam

etiam Cardſnales, qui Monialium Monaſteriorum curam habentes, ea pro prima vice exrra caſus neceſſarios ingrediuntur. extr. 65. dubijs Gteg. XIII.

Monaſterij præfecta quando eſt ſuſpenſa.

1 PRæfecta Monaſterij tenetur per menſem ante profeſſionem alicuius faciendam Epiſcopum ipſum certiorem facere, alias ob officio eſt ſuſpenſa tamdiu, quamdiu Epiſcopo videbitur. Trid. ſeſſ. 25. c. 13.

Moniales alloquens quando eſt excommunicatus.

1 REgulares alloquentes Moniales ſine licentia non ligantur excommunicatione lata ab Epiſcopo contra alloquentes Moniales DD. cum Barboſa: alleg. 102. n. 73. Quia fere omnes regulares habent priuilegia vt non poſſint excommunicari ab Epiſcopo. Suar. de Relig. tom. 4. tract. 1. lib. 1. cap. 10. n. 27. Rodriq. tom. 1. q. 45. art. 2. Diana tract. 2. de dub. reg. reſolut. 103. Sed incurrunt in pœnam priuationis officiorum ac vocis actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto Congreg. Epiſcop. 5. Maij 1590. & peccati mortalis. ead. 1. Iulij 1606. relata à Gauante in Euchiridio, ver. Regularium. iura n. 5.

2 Conſtitutio Epiſcopalis excommuni-

cans præſumentes alloqui Moniales non comprehendit eos, qui ignoranter, aut imprudenter alloquuntur ſine licentia, neque mittentes litteras. Io. Aloiſ. Riccius in Prax. aur. reſol. 19. n. 2. & reſol. 65. n. 1.

3 Aliqui dicunt non incurrere excommunicationem loquentem cum moniali ea nihil reſpondente, quia verba legis non ſunt extendenda, ſed loqui ſignificat ſimul loqui; &c. Sed contrariam ſententiam ſequitur Graſſus. tom. 1. conſil. 22 de ſent. excom. n. 30.

4 Qui audit Monialem ſic loquentem, quamuis ipſe illi non reſpondeat incurrit excommunicationem ſecundum Graſſium loc. cit. n. 31. ſed contrariam ſententiam ſequitur Diana tract. 2. dub. regul. reſol. 48. quia excommunicatio lata eſt contra loquentes cum Monialibus, ſed audire non eſt loqui, etiam ex lata ſignificatione vocabuli.

5 Qui per ſigna, & nutus moniales alloquitur incurrit in excommunicationem, quicquid aſſerant alij neoterici motieo, quod ſic alloquens non loquitur more humano, loqui etenim eſt voce articulata internos conceptus explicare: ergo ſi qui nutu illos manifeſtat, non eſt proprie loqui. Sed affirmatiuam ſententiam ſequitur Graſſ. de caſ. reſer. l. 2. c. 5. n. 13.

6 Qui loquitur per interpoſitam perſonam in præſentia monialis audientis, & per eandem interpoſitam perſonam reſpondentis, incurrit in excommunicationem quia id in effectu idem eſt, ac ſi cum ipſa moniali loqueretur. Graſſ. loc. cit. Sed in hoc contra-

riam ſententiam tenet Dian. loc. cit. & ita in praxi, etiam à viris timoratis obſeruatur, & à fortiori non incurrit in excommunicationem qui mitteret moniali abſenti nuncium, vel epiſtolam.

7 Qui per interpretem loquitur, vt ſi loquatur aliqua lingua, quam monialis non intelligit, ſed alius explicant moniali ſenſum verborum, incurrit in eam. Graff. loc. cit. cap. 5. num. 34. Sed contrariam ſententiam ſequitur Diana loc. cit. quia talis vere non loquitur cum moniali, ſed cum illo interprete, quare idem eſt, ac ſi dictæ monialis nuncium mitteret.

8 Pueri, & puellæ ante annum decimum quartum completum loquentes cum monialibus non incurrunt in excommunicationem contra Graff. tom. 1. conſil. 22. de ſent. excom. n. 9. per ea, quæ adducit Bonac. de cenſur. diſp. 1. q. 1. pun. 4. n. 7. cum alijs. Idem dicendum de aduenis, & peregrinis, ſi cum monialibus loquerentur in aliqua ciuitate, vbi domicilium non habent. Dian. loc. cit.

9 Colloquutio de rebus indifferentibus cum moniali per ſpatium vnius Miſerere, & aliquod amplius ratione paruitatis materiæ non ſufficit ad incurrendam excommunicationem, licet aliqui afferant ſufficere decem verba, imo duo, vel tria tantum, ſi colloquutio eſſet de rebus obſcenis. Adde etiam, quod aliquando quælibet licet longa colloquutio etiam de rebus obſcenis, non ſufficit ad incurrendam excommunicationem: vt v. g. ſi dominus, qui ſolitus eſt minas exequi com-

minaretur aliquid graue malum ſeruo, vel ancillæ, niſi ad colloquendum cum moniali de rebus turpibus accedat. quia lex Eccleſiaſtica non obligat cum tanto rigore; ideo in tali caſu ſeruus, & ancilla licet peccaret, non tamen in hanc excommunicationem incurreret. Dian. loc. cit. Vide materiæ quantitas.

10 Excommunicatio lata contra accedentes ad monaſteria ad colloquendum cum moniali non ligat illum qui loquitur cum moniali, quæ eſt intra clauſuram de domo quæ propinqua eſt illi monaſterio; quia talis excommunicatio cum ſit pœnalis, ſtricte eſt interpretanda. Cum ergo ſit lata contra accedentem ad monaſterium ad colloquendũ, non eſt extendenda ad illum, qui non accedit ad monaſterium, ſed cum moniali loquitur de domo. Graff. to. 1. conſ. 2. de ſent. excom. n. 23. ſed contrariam magis probabiliter tenet Henriq. l. 13. c. 26. n. 2. quia principaliter, & per ſe prohibetur in tali caſu ipſa alloquutio, acceſſus vero ad monaſterium prohibetur per accidens: ergo.

11 Non incurret in excommunicationem latam contra colloquentes cum monialibus, ſiquis loqueretur cum nouitia. Graff. tom. 1. cenſ. 22. de ſent. excom. n. 26. quia in odioſis, & pœnalibus nouitiæ non comprehendunt ſub nomine monialium.

12 Non eſt neceſſe ad euitandum peccatum, & excommunicationem, vt licentia Ordinarij alloquendi cum monialibus ſit in ſcriptis, & hanc licentiam poteſt dare non ſolum Epiſcopus, ſed etiam eius Vicarius, &

ſi da-

ſi data fuerit indefinite, & abſque temporis præfinitione, extinguitur per primam collocutionem. Graff. vbi ſupra n. 40.& 41.

13 Patres, & matres monialium poſſunt eas alloqui ſine licentia, non tamen in diebus prohibitis. Congr. Epiſc. 15. Ian. 1616. vt refert Gauant. in Manual. Epiſc. monial. locutio n. 7. Item filij monialium proprias matres eadem 15. Martij 1619.

14 Epiſcopus tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatus punire poteſt Regularem accedentem abſque legitima licentia ad monaſterium Monialium Regularibus ſubiectarum, ibique in loco colloquijs deſtinato cum Moniali colloquentem. Aphor. Epiſ. vbi citatur declaratio Sac. Cong. Concil. Trid. ibique habetur eandem S. Cong. ſententiam Vrbanum VIII. ad ſe relatam approbaſſe.

Monialium electio. Vide Prælatus.
Monialium viſitatio. Vide Viſitatio.

Monetarij delictum impediens, eſt excommunicatus.

1 IMpedientes ne procedatur contra Monetarios, priuantur eo ipſo beneficijs, officijs cum inhabilitate, amiſſione vocis actiuæ, & paſſiuæ, & excommunicantur. Vrbani VIII. Ann. 1627.

2 Et merito nam hoc falſi crimen, quod in

in moneta Romani Pontificis perpetrantur grauiſſimum, & atrociſſimum reputatur. Auaritia, ars malorum omnium, inquit Chryſoſt.
Cur cruce ſignetur rixoſa pecunia, ſat nos
Vita docet; multas dant miſera ara cruces.

Monitio neceſſaria ad excommunicatum. Vide excommunicatio.

Monſtruoſi ſunt irregulares.

1 Monſtruoſi ſunt qui plura capita, plures manus, plures pedes habent ſolito irregulares ſunt. argum. cap. Qui in aliquo diſt. 50. ſi enim deformitas omnis notabilis ſatis eſt, ne quis promoueri debeat ex Pan. in cap. 2. num. 4. de cler. ægr. tum multo magis monſtruoſus ordinari nequit, cum monſtra inter libros non computentur quoad ſucceſſiones, nec in patria poteſtate recipiuntur l. non ſunt ff. de ſtatu homin.

Montis Pietatis pecunias diſponens quando eſt excommunicatus, Vide Prædicator.

1 In ſtatu Eccleſiaſtico excommunicantur omnes inferiores Epiſcopis, qui quouis prætextu, vel colore præſumunt pecunias ad montes pios attinentes in alios, quam in vſus pauperum diſponere, cum obligatione reſtituendi. Pauli V. apud Nald. furtum n. 22.

2 Res

2 Res pauperum non pauperibus dare ſacrilegij crimen eſſe dignoſcitur. Bernardus.

Montes Pietatis reprobantes ſunt excommunicati.

1 PRædicantes contra Montes Pietatis rite inſtitutos, ſeu diſputantes ipſo facto ſunt excommunicati Leo. X. Anno 1515. Approbantur enim cum ſolutione vltra ſortem pro miniſtris, & rerum cuſtodia, moderata ſit tamen ſolutio etiam à Paulo II. Sixt. IV. Innoc. 7. Iul. II. Vide Prædicator. n. 2.

Mortis periculi cauſa eſt irregularis.

1 IRregularitas eſt contra mandantem. vel conſulentem alteri, vt in caſu iniuſto, ſeu illicito ſe exponat probabili periculo mortis. ea ſequuta, quando veriſimiliter debuit cogitare mortem euenturam, vt ſi mandauit, ſeu conſuluit, vt intret duellum, inimico inſidias paret, vel vt prægnans per loca periculoſa tendat, & ſimilia.

2 Item contra eum, qui in ſimili caſu iniuſto conſuluit, ſeu mandet aliquem interfici, & mandatarius inuadendo, occiditur, ſi non præuidet periculum mortis, quod forſitan imminebat ob circumſtantiam loci, temporis, vel perſonæ, &c. ea ſequuta.

A qua irregularitate excuſatur primo qui

conſuluit alteri, vt pro defenſione fidei, aut Eccleſiæ, vel pro bono publico in defenſionem patriæ, vel etiam pro bono particulari in caſu, quo tenetur, vt pro defenſione patris,&c. Auila p.7. diſp.6. ſect.2. dub.5.

2. Excuſatur quando ex circumſtantia loci, temporis, vel perſonæ nullum probabile mortis periculum imminet, tunc enim, ſi caſu mandatarij mors contingat, non incurrit; quia homicidium, ſi non eſt aliquo modo voluntarium, non inducit irregularitatem. Auil. cit. ſect. 1. §.2. notand.

3. Excuſatur etiam conſulens minus malum, vt volenti aliquem omnino occidere, conſulit, vel ſuadet eius mutilationem, vel impetrat à iudice, vt reus potius plectatur capite, quam agatur in rotam, aut ſuſpendatur, aut celerius, quam durius, &c. ſequuto effectu. Coin. de irreg. diſp.18. d.8. concl.1.

Aliqui diſtingunt inter periculum, & articulum mortis, Articulum volunt eſſe cum mors eſt iam in fieri per cauſam naturalem, aut violentam. Sot. diſt. 28. q.4. a.4. de Graff. p. p.l.1. cap.13. n. 8. Suar. tom. 5. diſp.33. ſect.1. num. 29. vult eſſe quoties iudicio periti medici ita eſt infirmitas grauis, vt prudenter faciat infirmus ſe præparando ad mortem. Periculum vero eſſe cum quis ſe obijcit periculo mortis, ingrediendo prælium, vel mare. At re vera pro abſolutione ſunt idem, Sylu. abſol. 1. num. 7. Nau. cap. 27. nu.271. not. 7. Henriq. de pœnit. l. 3. cap.11. num.3. qui vocat hanc ſententiam certam, & in praxi tutam.

Mor-

Mortis cauſa exiſtens eſt irregularis.

1 Irregularitas eſt contra eum, qui mortem accelerat dictu, vel facto. Nau. num. 215.

2 Item contra eum, qui conſulit, & influit in ſententiam Iudicis. Vgol, c. 9. §. 2. n. 7. & alij.

3 Item contra eum, qui ex pietate docet miniſtrum iuſtitiæ, vt acuat gladium, &c. Graſſ. 1. p. l. 4. c. 47. n 68.

4 In arte Chirurgiæ accidit irregularitas quando ex inciſione, ſeu aduſtione ſequitur mors culpa Chirurgi. Bonac. q. 4. p. 5. prop. 1.

5 Item in medico, ſi dubiam præbendo medicinam, ſequitur mors, niſi caſus infirmi ſit deſperatus.

6 Clericus in ſacris ſecando venam ad emittendum ſanguinem, ſi moriatur, ſit irregularis. ibid.

7 De ijs, qui ſunt cauſa, vt alij citius moriantur, vt aſſiſtentes infirmis, & vertentes ipſos, dicit Victoria. de Sacr. Ordin. nu. 241. quod ſi hoc faciant hoc prætextu, vt citius moriantur, forte manent irregulares. Si vero bona fide, id faciant, non putat eos incurrere irregularitatem; quæ eſt Eccleſiæ grauiſſima pœna.

8 Irregularitas eſt contra Clericos in ſacris, ſæculares, & alios beneficiatos, & alios quoſcunque clericos licet non ſint in ſacris, qui

qui interſunt ſententiæ, aut executioni pœnæ mortis, quaſi auctoritatem, conſilium, auxilium, fauorem, aut operam præſtantes. c. ex litteris. de exceſſ. prælat. & c. ſententiam; ne cleric. vel mon. communis. Vide Sayr. l. 6. c. 19. n. 19. Vnde Raymundus:

Latronum mortes, furum ſuſpendia, clades
Qualeſcunque caue, ne conſpicias, quia iure
Cantandi Miſſas, tibi tollitur, inde poteſtas.

Tales cenſentur Prælati iuriſdictionem temporalem ibi habentes, ſiquidem præſentia ſua opem, & auctoritatem præſtare videntur negotijs iudicum ſuorum. Sed etiam clerici, qui interſunt ad cuſtodiam eius, qui patitur pœnam mortis, ne ab ea liberetur; irregulares ſunt.

Dixi temporalem iuriſdictionem ibi habentes, nam Epiſcopus, & clerici, ſi extra propriam iuriſdictionem interſit, vbi exercetur pœna ſanguinis, nullam præſtando auctoritatem irregulares non ſunt; peccant tamen, vt notat Nau. ledes. Henriq. &c. Panorm. Arten, Angli. Syluest. Tab. & alij, & addunt, grauiter, ideſt, mortaliter, ſi adſint ex cauſa iniuſta puta curioſitate, crudelis enim eſt, qui lætus ad ſpectacula mortis vadit. Ex S. Gregorio. l. 3. dial. c. 37. ſecus autem, ſi ex cauſa iuſta adſint, puta, vt audiant confeſſionem rei, & aſſocient eum, ne incidat in diſperationem, & conſolentur, & hortentur ad patientiam. Nonnulli tamen putant eſſe veniale. Sed altera opinio communior eſt, ex Sayr. ibid.

Reliqui vero ſiue ſint clerici, ſiue laici non

ſunt

ſunt irregulares, nec peccant præſentes exiſtentes, licet ſit curioſitatis ſolum gratia: quia ſecundum Nau. man. c 27. n. 217 nunc in noſtra ætate conſuetudo legitima admiſit non eſſe peccatum, licet antiquitus fuerit prohibitum habentibus ordines ſacros, aut beneficium Eccleſiaſticum.

Mortui non poſſunt excommunicari. Vide excommunicatio, num. 3.

Mortuum hominem mutilans non eſt irregularis.

1 QVia mortuus non eſt ſimpliciter homo, nec membrum mortui eſt ſimpliciter membrum, vnde qui abſcindit, non eſt mutilator, quia non priuat membrum anima, aut vita. Tolet. l. 1. c. 71. n. 10.

Mulier eſt irregularis.

1 MVlier adeo excluditur à miniſterio Ordinũ Sacrorum, vt nec celebranti ſeruire poſsit vrgente neceſsitate. Archid. in cap. hæc quoque, de conſec. diſt. 1. Maiol. l. 1. de irreg. c. 28. n. 6. prohibetur enim accedere ad altare, vt Presbytero miniſtret. c. 1. in fin. de cohab. cler. Vnde Chriſtus B. Virginem omnium Sanctiſſimam ad ordines non elegit:

Sexus fœmineus expers eſt ordinis omnis.

Ordinati in Eccleſia præficiuntur aliis, Feminæ vero officium eſt ſubeſſe.

Et prohibitũ eſt eis in Eccleſia loqui quod eſt officium Sacerdotis. Item ſecundum Paulum. 1. Cor. 11. Mulieres non debent tonderi, ſed initium ordinis eſt tonſura.

Et quamuis. cap. Presbyter. diſt. 32. Preſbytera dicatur, non quia habeat ordinem Sacerdotij, ſed quia vxor ſit Sacerdotis, & Diaconiſſa, quia homiliam legit: & D. Cryſoſt. docet, Non decere canonicas fæminas cum viris habitare per canonicas intelligit Regulares, quæ in communi vitam ducebant.

Fæmina in marem conuerſa (vt ſæpe accidit, & præſertim in Hiſpania vt teſtatur Torrellanea in pract. l. 3. c. 1. n. 13. De alia moniali, inquit, S. Dominici in ciuit. Vbeda, oriunda ex oppido de Gabiote dicta Magdalena Mugnoz apud nos recens memoria eſt poſt ſeptem annos profeſſionis ſuæ ex fæmina in marem conuerſa, quæ à monaſterio expulſa virilem habitum ſuſcepit, & non ſolum membrum, ſed barbæ eruptæ ſunt, dictuſque fuit Franciſcus Mugnoz) poterit ſine vllo ſcrupulo matrimonium inire, vel ſi velit Sacros Ordines ſuſcipere. Quia nullum ſubeſt impedimentum quin poſſit ad ordines promoueri cum ſit vere mas, vt ſuppono, & ceſſauerit illud impedimentum fæminei ſexus. Dian. 5. p. to. 14. Miſcell. 2. reſol. 49.

Muliarum Raptores ſunt excommunicati. Vide Raptus.

Mu-

Mulier non poteſt ferre cenſuram. Vide Fæmina.

Munerum largitio. Vide Largitio.

Mutilator eſt irregularis, Vide Eunuchus.

1 IRregularitas incurritur propter mutilationem. Armill. irregularitas §. 2. Ille dicitur mutilare, qui membrum, nimirum illam hominis partem alicui abſcindit: quæ officium per ſe diſtinctum habet, vt manus, pes, & auris &c. Nau. cap. 27. Manual. num. 206. Auil. de cenſ. diſp. 5. ſect. 1. dub. 1. Non autem digiti, etiam pollices, vngues, dentes, barba, capilli, labia &c. Irregularitatis huius ratio eſt, quia in hac materia quantum ad irregularitatem æquiparatur mutilatio, & homicidiũ, quia cum anima omnia membra viuificet, in membro aliqua pars demitur vitæ, vt ait Sot. Vnde, & mutilatio, ſeu abſciſſio membri tanquam partiale homicidium cenſetur, & vtraque irregularitatem conſtituit.

2 Qui non mutilat, ſed debilitat ſolum, non eſt irregularis. Couar. l. c. § com. num. 9. Nau. 2. 207. & 224.

Manet enim anima in membro debilitato: quod etiam ſi non valeat exercere officium proprium, pertinet tamen ad integritatem, & decorem corporis, & inter membra com-

computatur, 1.q.1.can. Sicut vrgeri.

Nec obſtat Matth. locus 18. Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, &c Quia illud, erue, intelligitur, ideſt, reprime, & compeſce. Vide verb. Eunuchus. Vel ſecundum Hylarium per iſta membra accipiuntur homines, qui ſunt nobis cauſa ruinæ quorum conuerſationem à nobis debemus abſcindere. Vel ſecundum alios per iſta intelliguntur diuerſæ affectiones, quibus peccamus, quæ amputandæ ſunt. Vnde dicitur. Fuge diſcrimen, & fugies crimen. Non membrorum dicit abſciſſionem, ſed malarum cogitationum dicit interemptionem, inquit, Chryſoſt. in hunc locum, quia.

Eſt vniuerſorum occaſio porta malorum
Oſtia, ſi claudis, hoſtis intrare non audis.
Grauida peccati fuerat occaſio nati;
Si fugis infantem, tu ne ſequare pregnantē.

Cum omnia membra ſint data à Deo non eſt in poteſtate alicuius hominis priuati illa abſcindere (ſicut nec ſe occidere) niſi forte ſi vnum membrum corruptum corrumpet totum corpus, Quia nemo eſt dominus membrorum ſuorum, & vitæ ſuæ; ſed cuſtos.

3 Probabile eſt Epiſcopum auctoritate Concilij Trid. ſeſſ. 24. de ref. cap. 6. diſpenſare poſſe in irregularitate ex mutilatione illicita, occulta ſit, licet voluntarie, & ex propoſito mutilatio facta fuerit. Rodriq. p. 1 ſum. c. 180. quæſt. 1. ed. 2. Auila de cenſ. p 7. diſp. 6. ſect. 5. dub. 4. Bonac. de cenſ. diſp. 7. q. 4. punt. vlt. n. 17. tom. 1.

4 Licet ſextum digitum amputare ad vitandam

tandam deformitatem abſque irregularitatis nota, quemadmodum licet alia ſuperflua; vt callum, verrucam,& ſimiles tumores amputare, & digitum extrahere, quia ſextus digitus non eſt membrum, nec pars membri, vt manifeſtum eſt, ſed ſuperfluitas naturæ. Gemin.& Repoſit. can. qui partem diſt. 55. Innoc. c. ſignificantium 1. corp. vit.

5 Si quis membro aliquo careat, cuius defectus eum irregularem minime conſtituit, non tenetur illud abſciſſum membrum, vel aliquam eius partem ſecum portare, ridiculum enim eſſet hoc. gloſ. not. in cap. ſi Eunuchus. 55. diſt.

6 Non eſt permiſſa mutilatio ad tollendum peccati periculum, vt errauit Origenes qui, vt teſtatur Eccleſiaſtica Hiſtoria l. c. 6 virilia ſibi reſcindit, & ſiquis vir ſanctus ſibi membrum truncauit, id diuino numini adſcribe, quo percitus Samſon deiecta domo mortem ſibi conſciuit. Aug. l. 1. de Ciuit c. 26. Sicut fecerunt quædam mulieres, quæ ſe occiderunt tempore perſecutionis; quarum memoriam Sancta Eccleſia celebrat.

7 Item diuino impulſu credendum eſt feciſſe aliquas ſanctas mulieres, quæ poſitæ in martyrio motæ à Deo monſtrantes fortitudinem ſuam, diuidebant linguam dentibus in duas medietates; & aliæ rogabant carnifices, vt occiderent eas propter Chriſtum, & Sanctus Laurentius dicebat Tyranno.

Iam ſatis aſſatum poteris verſare Tyramne,
Sicque tibi fuerit latus vtrumque dapes.

Ex vniuerſo enim meo corpore volo

facere

ſacere holocauſtum. Et hoc ad oſtendendum fortitudinem Chriſti, quæ cum eo erat, non vero vt incitaret Tyrannum ad peccandum.

Et ſic Chriſtus Redemptor noſter dixit Iudæ, quod facturus es, fac cito. Quod quidem dixit non couſulens ei, vt traderet illum, ſed oſtendens illi, & nobis ſuum inuincibilem animum, quo deſiderabat obtinere victoriam contra mortem, & ſic dicebat Chriſtus Redemptor noſter alias. Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor vſque eo, quod exeam ad montem Caluarij, vt in eo ponam illum in executionem.

8 Non eſt licitum abſcindere ſibi membrum ad defendendam pudicitiam. Quia, vt inquit D. Thom. 22. q. 65. a. 1. ad 3. Ad finem aliquem iuxta rectam rationem vti non licet medijs arduis, & acribus, niſi quando ſunt omnino neceſſaria, & ad illum per ſe ordinata; ſed ad ſalutem animæ, & pudicitiam tuendam, ad turpes cogitationes vitandas, &c. non ſunt omnino neceſſariæ, aut ſecundum ſe ordinatæ abſciſsiones membrorum, ſed potius orationes, ieiunia, euitatio periculi, occaſionis, & alia antidota veluti.

Lectio, flagra, preces, confeſſio, lympha, labores,
Portarum excubia, Chriſti præſentia, pœna.

9 Itaque merito Demetrius Alexandrinus Epiſcopus de Origene quæſtus eſt, qui quamuis, vt ferebatur ſe ipſum caſtrauerit, nihilominus Presbyter ordinatus fuit Cæſareæ Paleſtinæ. Apud Euſeb. l. 6. c. 717.

10 In duobus caſibus licet ſibi abſcindere

re membrum. Primò ob ſanitatem, vt qui abſcindit manum putrefactam, vel aliud membrum. Secundo ob maius damnum vitandum; qui enim manum haberet veneno tactam viperæ, poſſet eam ſcindere, ne venenum, cor comprimeret, & moreretur, & hoc modo qui ab hoſtibus eſſet captus, à quibus mortem ſperaret, nec poſſet euadere, niſi manum abſcindendo, poſſit abſcindere, Maior, & Soto.

Mutus eſt irregularis. Vide Tacens.

1 MVtus, qui nullo modo loqui poteſt, iure naturali eſt impeditus, ſic etiam qui linguæ vſum perdidit, aut non poteſt ſe explicare, irregularis eſt, ne promoueri poſſit, & propter impoſsibilitatem perdit ordinis executionem. S. Thom. 3 p. q. 82. art. 10. & alij apud Sayr. l 6. c 9 n. 21. Qui vero impeditioris ſunt linguæ, aut bleſi, vt Moſes, aut balbi, & Demoſthenes, qui calculis ſub lingua poſitis, R, litteram poſtea didicit, non ſunt irregulares. Maiol. n. 3.

N

Naſu carentes ſunt irregulares.

1 NAſu carentes ſunt irregulares, carent enim membro venuſtiſsimo, cuius priuatio magnam inducit deformitatem, per quam perſonæ claritas obſcuratur. Vnde idem de hoc, quod de mutilato dicendum

eſt, & à ſolo Papa diſpenſatur. Sayr.l.6.cap 8. num. 14.

2 Habentes autem naſum diſtortum, vel nimis grandem, vel breuem, an ſit irregularis, iudicio Epiſcopi relinquitur; an ſit deformitas, quæ ſcandalum pariat.Sayr.l.6.n.14.

Naufragantium bona occupantes ſunt excommunicati.

1 FErtur excommunicatio in Bulla Cœnæ contra ſurripientes bona Chriſtianorum naufragantium, quæ quoad perſonas eſt vniuerſalis, ſed quoad actiones vna prohibetur, quæ eſt ſurripere iniuſte bona naufragorum, ſiue ſcienter, ſiue ex quacunque ignorantia culpabili grauem malitiam habente in eo genere.

Circa quam nota 1. ab hac excommunicatione excludi. 1. ſurripientes talia bona naufragantium hæreticorum, & infidelium, vel piratarum, & latronum maritimorum. 2. ſurripientes bona ab alijs in naufragio ſubrecta. 3. accipientes animo ſtatim reſtituendi proprijs dominis. 4. credentes probabiliter talia bona à dominis haberi pro derelictis, & breui peritura, vt zaccharum, farina, & ſimilia. 5. ſurripientes modicam quantitatem, vel etiam magnam, ſed extra naufragium, vel in fluminibus, aut lacubus.

Nota 2. eum, qui à principio talia bona occupauit animo ea conſeruandi, & reſtituendi domino; ſi poſtea mutata voluntate inci-

incipiat retinere, tunc incurrere hanc excommunicationem Bullæ, vel ſi oblata occaſione ea reddendi vero domino, mutauit voluntatem, ommiſit reddere, & ſibi retinuit, vtraque ligatur excommunicatione ſupradicta, ſiue huiuſmodi bona naufragantium Catholicorum ſint, in manibus fidelium, ſiue infidelium, ſiue ſurreptio fiat in mari, ſiue in littore, ſiue in terra; quia non variant malitiam. Graff.loc.cit.n.70. Suar.loc.cit.

Nota 3. iniuſte ſurripientem eiuſmodi bona, qui poſtea moroſus eſt, & pertinax in eis reddendis, duas incurrere excommunicationes, quarum altera eſt ex Bulla Cœnæ ob iniuſtam acceptionem, altera vero ex cap. excommunicationi de raptoribus ob moroſam retentionem animo ea non reſtituendi, & hæc nemini reſeruatur iuxta opinionem. Suar.diſp.11.ſect.1.n.30.

Nota 4. talia bona ſic ſubrecta nunquam præſcribi, etiam tempore immemorabili, quin vero domino inuenta reſtituantur. Vnde Raymundus.

Qui bona naufragium patienti, ſiue ruinam
Tolit, vel recipit, vbicunque ſit hic, niſi reddat,
Eſt reus æternæ pœnæ; præcepta ſtatuta
Nec conſuetudo terræ, nec Principis illum
Excuſant, deponatur, ſi clericus hic eſt,
Sed ſi ſit laicus, anathemate percutiatur.

Negotiator Clericus quando eſt excommunicatus. Vide Clericus negotiator.

Neophytus eſt irregularis, & quare.

1 NEophytus irregularis eſt. Vltra D. Pauli teſtimonium 1. ad Timot c. 3. Non Neophytum. Probant multa iura, quæ vide apud Viuald. ver. Irregularitas n. 53.

Cuius irregularitatis triplex ratio aſsignatur. Prima eſt, ne elatus in ſuperbiam, incidat in laqueum Diaboli. 1. tom. 3. &c. quoniam diſt. 48. exiſtimans, quod Fides, & Religio Chriſtiana plurimum eo indigeat. 2. quia alios docere nequit, qui ipſe nondum didicit, Vnde Innocentius Papa vt habetur in c. miſerum diſt. 61. ait epiſt. 12. miſerum eſt eum magiſtrum fieri, qui nunquam diſcipulus fuit. 3. eſt, quia alijs ſe ſe conformare non valet, qui ſtatum Eccleſiæ regendæ non eſt expertus. Gloſ. in punt. diſt. 48. in ver. prohibentur. Momentaneus Sacerdos neſcit habere humilitatem, obſeruare modos perſonarum, vel ſe contemnere, non pauperibus erogare.

Ordinans Neophytum priuatur auctoritate conferendi ordinem, quem tulit per tex. c. qui Eccleſiaſticis 59. d.

2 Quanto autem tempore ſit iudicandus aliquis Neophytus, vt ratione irregularitatis non poſsit etiam minores ordines recipere; Hurtadus diſp. 2. de irreg. diff 19. n 61. & alij dicunt, quod poſt decem annos à ſuo baptiſmo, Neophytus non eſt amplius irregularis. Sed alij remittunt arbitrio Epiſcopi, qui poteſt eum promouere, quem poſt aliquam temporis dilationem à die ſuſceptibaptiſmi

iudicat habilem, & idoneum ad ordines. D. Ambr. recens regeneratus in Epiſcopum Mediolanenſem electus eſt.

Qua de cauſa ipſemet ſe excuſans epiſt. 82. ad Vercellenſes ait. Si delatio ordinationi defuit, vis cogentis eſt.

Addit tamen, quod ordinationem ſuam Occidentales Epiſcopi iudicio, Orientales etiam exemplo in ordinatione Nectarij Conſtantinopoli probauerunt.

Poterit ergo Neophytus tunc ad Sacros Ordines promoueri cum chriſtianis moribus ſatisfuerit inſtructus, & grandes iam progreſſus in fide noſtra fecerit ita, vt veteranus Chriſti miles dici poſsit. tex. in c. 1. 57. diſt. Non equidem breui tranſacto tempore antiquos mores mutaſſe credendum eſt.

Neque ſatis eſt, vt ſemel quis aut vnico actu bonus vir probatus ſit, ſed vt ſæpiſsime. & in pluribus, diuerſiſque actibus perſpectus, exploratuſque ſit, nam.

Ver non vna dies, nec vna reducit hirundo.

Nota tamen, quod in tali caſus Epiſcopus non diſpenſat in irregularitate, ſed declarat irregularitatem ceſſaſſe, iura enim certum tempus non præſcribunt. Suarez de cenſ. diſp. 42. ſect. 4. num. 6. & 7. Filiuc. tom. 1. tract. 20. c. 9. n. 140.

Sicut quattuor ſunt Orbis partes, ita quattuor ſunt Sectæ. Iudaica, Chriſtiana, Mahometica, & Pagana,

Diuiditur totus partes in quattuor Orbis;
Orbis quot partes, ſunt tot in Orbe Fides.

Chriſtiana à Chriſto dicta eſt. Chriſtus ve-

ro à chriſmate, quaſi vnctus ipſe autem vnctus eſt æternaliter a Deo præ conſortibus ſuis. Act Apoſt.

Pagana dicitur, à Paganis, Gentilibus, aut Ethnicis, qui noluerunt ſuſcipere Fidem Catholicam in figura, aut in veritate.

A Iuda dicuntur Iudæi, qui ſuſceperunt Fidem Catholicam in vmbra, ſed nolunt eam ſuſcipere in veritate, qui credunt teſtamentum vetus, quod eſt vmbra, & figura teſtamenti noui, ſed non teſtamentum nouum.

A Mahometo dicuntur Mahometicæ perfidiæ ſectatores, Saraceni, & Turcæ.

Per Neophytum in Iure Canonico intelligitur ſolus ille, qui ex lege Iudaica, Mahometica, vel Ethnica nouiter Fidem Chriſti profeſſus eſt, & per baptiſmum nuper Chriſto initiatus: non autem qui à tempore Natiuitatis ſuæ baptizatus fuit, ſicut cæteri, ſed neque qui decem ab hinc annis, aut eò amplius baptizatus fuit, & in Fide Chriſti confirmatus, vt notat Felin. in cap. eam te. de reſcrien. & eſt communis opinio, vt teſtatur Sayr. de cenſ. l. 6. c. 13. n. 11.

Si enim Neophytus eſſet, qui è gente Iudaica, aut Paganorum ſecta iam diu ad Fidem Chriſti conuerſus eſt, certe, & ipſemet Paulus Neophytus diceretur, qui tamen. 1. Timot. 3. prohibet Neophytum ordinari, imò, & reliqui Apoſtoli omnes Neophyti fuiſſent, cum tamen, & ipſi Can. 28. Neophytos ordinari vetant.

Quamuis igitur ſic ex Iudaica, vel Gentili ſecta, vel quacunque lege nuper ad Fidem Chriſti

Chriſti conuerſus, & baptizatus, non ſolum ad Ordines Sacros, ſed nec ad minores promouendus ſit. Si tamen ab infantia fuit Chriſtianus, etiamſi natus erat ab infidelibus; vel etiam iam diu Fidem Chriſti profeſſus ſit, & bene inſtructus, ad Sacros Ordines promoueri poteſt. Is ſiquidem Neophytus non eſt, qui iam diu Religionem Chriſtianam profitetur. Sayr. loc. cit.

Negotiator Clericus quando eſt excommunicatus. Vide Clericus negotiator.

Notarius Epiſcopi gaudet priuilegio fori.

1 NOtarius Epiſcopi dicitur familiaris, ſeu de familia Epiſcopi, & ob id gaudet priuilegio fori. Grat. diſcep. forenſ. c. 540. tom. 2. & deciſ. 233. & ſi delinquit, punitur ab Epiſcopo, eſto quod ſit laicus Io. Aloyſ. Ricc. in prax. for. Eccleſ. reſol. 471. n. 3.

Notarius, ſeu Tabellio excommunicatus non poteſt exercere ſuum munus Tabellionis.

1 PAtet, quia hæc eſt communicatio maxima, & grauis cum alijs fidelibus; vt patet. Ideo peccat mortaliter.

ro à chriſmate, quaſi vnctus ipſe autem vnctus eſt æternaliter à Deo præ conſortibus ſuis. Act Apoſt.

Pagana dicitur à Paganis, Gentilibus, aut Ethnicis, qui noluerunt ſuſcipere Fidem Catholicam in figura, aut in veritate.

A Iuda dicuntur Iudæi, qui ſuſceperunt Fidem Catholicam in vmbra, ſed nolunt eam ſuſcipere in veritate, qui credunt teſtamentum vetus, quod eſt vmbra, & figura teſtamenti noui, ſed non teſtamentum nouum.

A Mahometo dicuntur Mahometicæ perfidiæ ſectatores, Saraceni, & Turcæ.

Per Neophytum in Iure Canonico intelligitur ſolus ille, qui ex lege Iudaica, Mahometica, vel Ethnica nouiter Fidem Chriſti profeſſus eſt, & per baptiſmum nuper Chriſto initiatus: non autem qui à tempore Natiuitatis ſuæ baptizatus fuit, ſicut cæteri, ſed neque qui decem ab hinc annis, aut eo amplius baptizatus fuit, & in Fide Chriſti confirmatus, vt notat Felin. in cap. eam te. de reſcrien. & eſt communis opinio, vt teſtatur Sayr. de cenſ. l. 6. c. 13. n. 11.

Si enim Neophytus eſſet, qui è gente Iudaica, aut Paganorum ſecta iam diu ad Fidem Chriſti conuerſus eſt, certe, & ipſemet Paulus Neophytus diceretur, qui tamen. 1. Timot. 3. prohibet Neophytum ordinari, imo, & reliqui Apoſtoli omnes Neophyti fuiſſent, cum tamen, & ipſi Can. 28. Neophytos ordinari vetant.

Quamuis igitur ſic ex Iudaica, vel Gentili ſecta, vel quacunque lege nuper ad Fidem Chriſti

Chriſti conuerſus, & baptizatus, non ſolum ad Ordines Sacros, ſed nec ad minores promouendus ſit. Si tamen ab infantia fuit Chriſtianus, etiamſi natus erat ab infidelibus; vel etiam iam diu Fidem Chriſti profeſſus ſit, & bene inſtructus, ad Sacros Ordines promoueri poteſt. Is ſiquidem Neophytus non eſt, qui iam diu Religionem Chriſtianam profitetur. Sayr. loc. cit.

Negotiator Clericus quando eſt excommunicatus. Vide Clericus negotiator.

Notarius Epiſcopi gaudet priuilegio fori.

1 NOtarius Epiſcopi dicitur familiaris, ſeu de familia Epiſcopi, & ob id gaudet priuilegio fori. Grat. diſcep. forenſ. c. 540. tom. 2. & deciſ. 23. & ſi delinquit, punitur ab Epiſcopo, eſto quod ſit laicus Io. Aloyſ. Ricc. in prax. for. Eccleſ. reſol. 471. n. 3.

Notarius, ſeu Tabellio excommunicatus non poteſt exercere ſuum munus Tabellionis.

1 PAtet, quia hæc eſt communicatio maxima, & grauis cum alijs fidelibus, vt patet. Ideo peccat mortaliter.

An vero inſtrumenta eius ſint nulla. Dicendum eſt, ſi loquamur de actibus,& inſtrumentis factis ab ipſo publice, & authoritate publica, eſſe nulla ipſo iure. Eſt enim communis ſententia canoniſtarum, quod acta à publico excommunicato ratione publici muneris ſunt ipſo iure nulla.

Notarius quando priuatur officio.

1 NOtarij quorumcunque locorum tenentur in virtute Sanctæ obedientiæ, & ſub pœna priuationis officiorum, & ſolutione dupli reuelare omnes diſpoſitiones in fauorem ſacræ Aedis Lauretanæ factas; vel faciendas infra octo menſes à die mortis diſponentis extra Italiam; intra vero, infra tres menſes. Pius V. apud Naldum. verb. eleemoſina nu. 12. Si autem diſpoſitio eſſet inter viuos, intra idem ſpatium à die ſolutionis faciendæ computandum, Idem ibid.

2 Notarij excommunicati, & vitandi inſtrumentum authenticum cenſeri non poteſt, Laym.

Non ſubditus non poteſt excommunicari. Vide excōmunicatio, n. 39.

Nouum Ordinem Religionis inſtituens eſt excommunicatus.

1 EXcommunicatio eſt contra eos, qui inſtituunt nouum Ordinem Religionis,

nis, aut accipiunt nouum habitum illius, & mendicantes exceptis quatuor Ordinibus, qui abſque facultate ſpeciali Papæ recipiunt aliquem ad ſuum Ordinem, & qui acquirunt nouam aliquam domum, vel locum, aut vendunt ex acquiſitis. in c. 1. de relig. domib. l. 6.

Nuncij Apoſtolici quando ſunt excommunicati. Vide Legatus.

1 EXcommunicatio eſt contra Nuncios Apoſtolicos, & alios ſimiles, qui per ſe, vel per alios quomodolibet directè, vel indirectè ambiunt, ſeu procurant à Principibus, ad quos mittuntur, fauores vocales, aut in ſcriptis ad conſequendum ſibi, vel ſuis conſanguineis, aut neceſſarijs dignitates aliquas ſæculares, vel regulares, etiam Cardinalatus, aut alios honores, vel officia Eccleſiaſtica quoquo modo per Romanum Pontificem conferenda. Et nemini reſeruatur.

Extenditur hæc cenſura, etiam contra eoſdem, qui talibus fauoribus, etiam vltro ſibi per Principes ſponte oblatis, vti præſumunt, vel audent. extr. 224. etſi Rom. Pij IV.

Nuptias ſecundas benedicens eſt ſuſpenſus.

1 SVſpenſio eſt contra benedicentem ſecundas nuptias cap. 1. de ſecund. nupt. Vbi Aabas, & alij. Quomodo autem id intelligetur,

ligatur, & in hodie ſit in praxi vide Couar. in epiſt. in 4. dext. p. 2. cap. 8. §. 11. num. 1. & Rit. Rom. Vrb. VIII. iuſſu ed. 1632. de Sacr. Ord. Quando ſecundæ nuptiæ ſunt ex parte viri, & ex parte mulieris, vel ex parte mulieris tantum, non ſunt benedicendæ. Quia dedecere videtur, vt benedictiones ſollemnes rerum, & perſonarum, quales ſunt conſecratio Eccleſiæ, Altaris, Virginum, & aliæ ſimiles iterentur, ne vilipendantur. Tum etiam quia, quamuis ſecundum matrimonium in ſe conſideratum ſit perfectum Sacramentum, tamen conſideratum in ordine ad primum habet aliquid de defectu Sacramenti; quia non habet plenam ſignificationem, cum non ſit vna vnius, ſicut eſt in Matrimonio Chriſti, & Eccleſiæ, & ratione huius defectus benedictio à ſecundis nuptijs ſubtrahitur. S. Thom. in 4. diſt. 42. quæſt. vlt. art. 2. ed. 2.

Nuptias benedicens Religioſus eſt excommunicatus.

1 EXcommunicatio eſt contra regulares benedicentes, aut ſollemnizantes nuptias. Clem. 1. de priuil.

Nuptijs clandeſtinis aſſiſtens Clericus eſt ſuſpenſus.

1 CLericus clandeſtinis nuptijs aſſiſtens, eſt ſuſpenſus. Cap. cum Inhibitio de cland. deſponſat.

Obli-

O

Obligatus ad raciocinia eſt irregularis. Vide Tutor.

1 IRregularitas eſt 1. contra obligatos ad raciocinia, ſeu ad reddendam rationem Reip. & durat donec reddat rationem ſuæ adminiſtrationis. 2. contra obligatos priuatæ perſonæ ad eadem raciocinia, quibus mouetur lis de dubio, aut aperto dolo finita adminiſtratione. 3. idem dicendum de obligatis cauſa pignoris, vel de ijs, qui officia Eccleſiaſtica exercuerunt neceſſaria ad pietatem in fauorem pauperum, & miſerabilium perſonarum;& durat donec liberentur à reddendis raciocinijs, Suar. diſp. 51. ſect. 3. n. 23. & alij.

Ratio huius impedimenti eſt triplex. Vna propter indecentiam, quia vile, & turpe officium geſſerunt, & tanquam infames ſunt irregulares. 2. quia cum huiuſmodi cogi poſſint à dominis ſuis ad reddendam rationem, Eccleſia turbaretur, & infamaretur. 3. quia probabile eſt huiuſmodi homines fugere ad Eccleſiam non tam ob amorem, & deſiderium miniſtrandi Deo, quam vt effugiant raciocinia, quæ reddere tenentur, & ideo ordinandi non ſunt. Sayr. l. 6. cap. 14. num. 6.

Oculorum defectus quando reddit irregularem. Vide Monoculus.

1 CVm certum ſit oculos membra eſſe, cæcus abunde ſatis eſſet, qui cæcum à natiuitate, vel infirmitate, caſu ve factum irregularem non iudicaret. cap. fin. *diſt.* 53. quod non ſolum verum eſt, quando oculus eſt erutus, aut effoſſus, ſed etiam quando eſt orbatus. ex gloſ. in cap. 2. in verb. in viſu, de verb. ſignif. l. 6.

Item qui maculatos habet oculos, ſi ſit nimia deformitas, erit irregularis. c. cum de tua de corp. vit.

Idem de habentibus nubeculam, vel albuginem in oculo. Viuald. de irreg. n. 145.

De Strabonibus, qui oculos habent diſtortos, iudex erit Epiſcopus, an ſit notabilis, ita, vt promotionem impediat. Maiol. l. 1. de irreg. c. 10. n. 6.

Idem etiam iudicandum de lippis, & eis, qui palpebris carent, lippus autem dicitur, qui habet oculos lacrymantes perpetuo. Non tamen lippitudo omnis impedit promoueri, ſed ea ſola quæ nimis acrem habet diſtillationem, & putreſcentem, & quæ horrorem inſpicientibus affert abſque ſubtili inſpectione. vnde res tota ab arbitrio Epiſcopi pendet. Maiol. de irreg. cap. 20. n. 5. Viuald. de irreg. num. 144.

Siquis cæcus cauſa prædicationis promoueri velit, poteſt Papa diſpenſare, vt & Sacerdos,

cerdos, & Epiſcopus fiat, & ſi enim ob defectum occultum Sacerdotium in Sacramentis, & in ſacrificijs exercere nequeat, tamen confeſſiones audire, concionari, & iudicialia exercere valet, vt contingit Ruberto Scoto cæco à puerili ætate; qui Pariſijs Theologiam perdidicit adeo inſigniter, vt Romæ creatus Sacerdos, & Archiepiſcopatu Armacano in Hybernia, & legatione pro Iulio III. fuerit perfunctus. ex Surio Anno Domini 1551. & Maiol. cit.

Occidens aliquem caſu abſque culpa aliqua, vel mutilans irregularis non eſt.

1 IDeo licitè promoueri poteſt rex in cap. ſignificaſti. 1. & c. dilectus de homicidio, & omnes DD.

Occidens aliquem, vel mutilans culpa aliqua interueniente quando eſt irregularis.

1 INter Doctores ſit hæc diſtinctio; ſcilicet quod aut aliquis dabat operam rei illicitæ, & adhibuit omnem diligentiam, vel operam debet rei licitæ, nulla, vel parua adhibita cautela, ac homicidium, mutilatio ve ſequeretur, vel culpa fuit lata leuis, vel leuiſſima. Quo ſuppoſito. Reſpondetur. In quocunque caſuali homicidio, vel mutilatione, lata, vel

leuis

leuis culpa irregularitatem inducunt. c. Clerico iacente. 50. diſt. Culpa leuiſſima (illa dicitur quando quis illud non cogitauit, & prouidit quod acutiſſimus vir cogitare potuiſſet) ſi ſit in omittendo, ab irregularitate excuſat. Secus ſi ſit in committendo lata. Omnes. Vide Viuald. de irreg. n. 266.

Occidens excommunicatum eſt irregularis.

1 QVamuis excommunicatus ſit ſuffragijs Eccleſiæ; communioneque fidelium priuatus; Nihilominus tamen proximus noſter eſt, ideo talem interficiens eſt irregularis. text. eſt in c. excommmunicatorum 23. q. 5.

2 Niſi zelo Sanctæ Fidei, & pro S. Eccleſia illum occidiſſet, vt in eodem textu patet. Quia hic excuſabitur à peccato homicidij, non autem ab irregularitate. Maiol. l. 5. c. 48. Sot. l. 5. de iuſt. & iure. q. 1. a. 5.

Occidens, vel mutilans in Eccleſia non deliberate, ſed accidentaliter, & calore iracundiæ, & prouocatus gaudet immunitate.

1 ITa Farinac. de immunit. Eccleſ. cap. 16. n. 240. & alij apud Dianam. de immun. Eccleſ. reſol. 11. & hoc maxime procederet, ſi tale homicidium fuiſſet in Eccleſia perpetratum non ſolum ex riſſa ſubitanea, ſed ad alterius

terius prouocationem, & multo magis ad ſe defendendum; nam in præfatis caſibus occidens, vel mutilans non videtur habere animum irreuerentem offendendi, & violandi ipſam Eccleſiam.

Occidens fœtum animatum cum aliqua potione non gaudet immunitate Eccleſiæ.

1 Ratio eſt quia talis occidit proditorie illum, qui nullo pacto præuidit, nec præcauere potuit talem mortem. Peregrin. de immunit. c. 3. n. 8. Farinac. in appen. c. 8. n. 138. & alij penas ipſos contra Bonac. & Dian. de immunit. reſol. 72.

Occcidens aliquem veneno non gaudet immunitate Eccleſiæ.

1 Non gaudere docent fere omnes Doctores; quos vide apud Dianam de immunit. reſol. 36.

2 Sed Farinaccius de immun. c. 9. n. 142. putat in tali caſu debere Epiſcopum conſulere Summ. Pontificem, & iuxta illius reſponſum ſe regulare, & exequi.

Occupans bona naufragantium eſt excommunicatus. Vide Naufragantium.

Offi-

Officialis quando eſt excommunicatus.

1 OFficiales tertio requiſiti, negantes facere iuſtitiam ſunt excommunicati. Habetur in cap. Adminiſtratores 23. quæſt. 7. Graff. 1. p. lib. 4. cap. 24. num. 22. & nulli reſeruatur.

2 Excommunicatio eſt contra omnes Superiores, & inferiores Officiales, ac Miniſtros tam Vrbis Romæ, quam totius Orbis, qui DD. Cardinalium Inquiſitorum generalium præceptis, & mandatis in quibuſcunque officium Sanctæ Inquiſitionis concernentibus non parent, & obediunt, & nemini reſeruatur. extr. 175. Sanctiſs. Pij V.

Officialis S. Pœnitentiariæ Apoſtolicæ quando eſt excommunicatus.

1 EXcommunicatio eſt. Primo contra Sacræ Pœnitentiariæ Apoſtolicæ Officiales, & Miniſtros aliquid etiam ſponte oblatum à partibus capientes; aut alias, ſiue pro expeditionis celeritate, ſiue pro alio extraordinario labore tam procurando, quam ſcribendo, aut recognoſcendo, aut examinando, etiam capientes.

2. Contra eoſdem aliquid partibus doloſe, & fraudulenter ſugerentes, quo facilius optata impetrare poſſint, & reſeruatur Papæ. Atq. adeo

adeo tales conuicti dolum, vel fraudem feciſſe, aut quicquam, vel minimum pro labore, aut alias quoquo modo accepiſſe, ſunt eo ipſo officio priuati, inhabiles ad ea, & infames. extr.85. in omnibus Pij V.

Officiales, & miniſtri comprehenſi in hac cenſura ſunt. primo Regens. 2. Datarius. 3. Magiſter in Theologia; ſeu Decretorum Doctori. 4. Corrector. 5. Sigillator. 6. Procurator. 7. Scriptores.

Actiones vero hic prohibitæ ſunt. Primo quouis modo capere pro expeditione ad officium Pœnitentiæ ſpectante. 2. dolum, vel fraudem in illius officij exercitio dimittere, aut captionem inducere. 3. ſugerere doloſe, vel fraudulenter.

2 Excommunicatio eſt contra Officiales S. Pœnitentiariæ, quo nomine intellige Regentem. Correctores, Scriptores, Procuratores, Reuiſores, Sigillatores, & alios quoſcunque, qui in conceſſionibus, & expeditionibus ſibi interdictis à Pio IV. quouis priuilegij, & indulti prætextu ſe intromittere quoquo modo præſumunt, & nemini reſeruatur. extr. 61. in ſublim. Pij IV.

Officium Diuinum exequens eſt irregularis non audiens.

1 Non eſt irregularis, qui cenſura irretitus diuinis intereſt, dum fiunt, eademque audit, quia diuinis intereſſe, & ea audite, tam laicorum eſt, quam clericorum,

& in

& in cap. cum medicinalis, & cap. is, cui de ſent. excom. l. 6. ſolum irregularitatem incurrere dicuntur qui Diuina Officia exequuntur, & non qui audiunt. Sayr. l. 7. c. 10. n. 12.

Officiales S. Officij non ſunt irregulares ſecuta deformatione.

1 IRregularitatem nullam incurrunt Iudices Sanctæ Fidei Inquiſitionis, eorumque Officiales tradentes reum mortis brachio ſæculari ſequuta deformatione, etiam ſi nullam faciant proteſtationem. Franc. Penia in ſuo Direct. p. 2. com. 26. Imo poſſunt inſtare ſine ſcrupulo irregularitatis, vt Iudices ſæculares, quibus traditur reus, eorum ſanguinis ſententiam latam contra reum, exequantur. Med. l. 1. ſum. c. 11. §. 10. reg. 4. & Tabien. irreg. 2. §. 15.

S. Officij Miniſtrum offendens eſt excommunicatus.

1 EXcommunicatio eſt contra omnes cuiuſcunque conditionis, ſtatus, & dignitatis, qui publice, vel occulte offendunt aliquem miniſtrum S. Officij Inquiſitionis, vel alicuius Epiſcopi id munus in ſua Diœceſi, vel Prouincia obeuntis, vt Aduocatum, Procuratorem, Notarium, Accuſatorem, Denunciatorem, vel teſtem in cauſa Fidei quomodocunque productum, vel euocatum. Et nemini reſerua-

ſeruatur. Quæ extenditur etiam contra ſcientes, præſtantes auxilium, conſilium, vel fauorem, etiam ſi nullus ſequutus ſit effectus. Et qui carcerem ſeu cuſtodiam, etiam priuatam effregerit, vinctum extraxerit, ſeu commiſerit, capiendum prohibuit, captum vel eripuerit, receperit, occultauerit, ſeu facultatem fugiendi dederit, etiam ſi effectus non ſequatur. extr. 85. ſi de propagandis. Pij V. Ann. 1569.

Actiones hic prohibitæ per offenſiones ſunt, occidere, verberare, deijcere, perterrefacere, expugnare, inuadere, incendere, aut expilare Eccleſias, ædes, aliaſue res publicas, vel priuatas S. Officij, vel Miniſtrorum, comburere, diripere, aut quomodocunque exportare libros, litteras, protocolla, ſcripturas, aliaue inſtrumenta publica, vel priuata, aut eſſe cauſam illa capiendi, aut ſupprimendi ex occaſione incendij, direptionis &c. effringere cuſtodiam, extrahere ex ea vinctum, prohibere capiendum, eripere, recipere, vel occultare, captum, ſeu facultatem ei dare fugiendi, vel id fieri iubere cætum, ſeu concurſum facere, &c.

S. Officij Inquiſitores quando ſunt excommunicati. Vide Inquiſitores.

S. Officij Inquiſitoribus non parens eſt excommunicatus. Vide Inquiſitoribus.

Omiſ-

Omiſſio quando ſequuto homicidio irregularitatem inducit.

1 VNuſquiſque proximum defendere tenetur, vel ex lege charitatis vel iuſtitiæ. Ideo cum vtroque caſu poſſit culpa ex negligentia omiſsionis oriri, videndum eſt quando ex tali omiſsione irregularitas incurratur. Ideo.

Prima ſit Concluſio. Omnis ille, qui lege iuſtitiæ, quia dominus, Iudex, Gubernator, Miniſter Iuſtitiæ, & alij ſimiles, tenetur alium defendere, & non defendit, ſequuta morte, vel mutilatione, erit irregularis, quia peccauit contra Iuſtitiam. S. Thom. 22. q. 60. art. 6. Nau. in Man. cap. 27. num. 23. Maiol. l. 5. c. 48. §. 5. n. 2. Aug. Sylu. & alijs. Hinc medicus, qui publico, vel priuato ſtipendio conductus officium ſuum non exequitur, ſi quis eius negligentia, vel ignorantia moriatur, fit irregularis, talis enim dicitur à medico occidi argum. cap. abſit diſt. 50. & homicidia dicuntur quodammodo illi voluntaria. Sic etiam Chirurgi, & venæ ſectatores, id eſt Phlebotomantes, ſi ob eorum imperitiam, vel negligentiam mors, aut mutilatio ſequatur, irregulares ſunt; cùm & ipſi etiam aliquando medici vocentur.

Similiter pater, quia ſcit matrem velle occidere prolem animatam, & cum impedire poſſit, non impedit, eſt irregulatis. Roderic. cum alijs, quos citat verb. aduocati. cap. 6. n. 3.

n. 3. Ratio eſt, quia tenetur ex iuſtitia tueri vitam filij, cum poteſt.

Secunda Concluſio. Omnis particularis perſona, quæ tantum Charitatis lege tenetur alium defendere, ſi propter negligentiam, ignauiam, vel perplexitatem, vel quia non vult miſereri conſerui ſui, non defenderit proximum patientem, etiam ſi mutilatio, vel mors ſequatur, non erit irregularis, quamuis mortaliter peccabit contra legem Charitatis. S. Anton. lib. de cenſ. c. 95. Alberic. homicidium 1. Raym. & alij.

Orare pro excommunicato quando licet.

1 Licitum eſt ſaltem in memento, quod fit in Miſſa orare pro excommunicato denunciato. Quia illud videtur eſſe oratio priuatim facta, datur enim illud tempus Sacerdoti, vt oret pro quibus velit, & omnes Doctores docent, & ratione id licitum eſſe, quod Sacerdos tunc orat, vt priuatus, non autem, vt miniſter Eccleſiæ; & à fortiori poterit quilibet chriſtianus priuatas orationes pro excommunicatis licite facere, vt conuertantur, & redeant ad Eccleſiam per humilem pœnitentiam, à qua præciſi ſunt per excommunicationem. Vnde Hoſtienſis in Sum. l. 5. tit. de ſent. excom. n. 17. ſic ait, Si in memento recogites de aliquo amico excommunicato, & ores, vt Deus infundat ſibi gratiam, ita quod conuertatur, non reprobo, nec propter

pter hoc dicam te excommunicato, participare, ſed opus charitatis potius exercere, & voluntatem Dei facere, qui neminem vult perire.

Orare pro excommunicatis quando non licet.

1 NOn licet orare pro excommunicatis nec nominatim, nec generaliter, nec ſpiritualiter ad hunc ſenſum. quod orans vt Miniſter Eccleſiæ preces eiuſdem Eccleſiæ, & ſacrificia pro excommunicato denunciato (vt ſunt omnes orationes Miſſarum, & horarum) offerre intendat. Quia faceret contra intentionem Eccleſiæ, quæ intendit ſic excommunicatum omni modo, quo poteſt ſuis auxilijs priuare. Et quia Miſſa, & eius orationes ſolum pro Eccleſiæ membris dicuntur. Et quia ſicut Paſſio Chriſti non habet effectum, niſi in ijs, qui fide, & charitate ei vniti ſunt; ita nec Miſſa Chriſti Paſſionem repreſentans. Vide Sayr. de cenſ. l. 2 c. 3.

Orare priuatim etiam in Eccleſia excommunicato prohibitum non eſt.

1 PRiuatim orare etiam in Eccleſia, vel concionem ibi audire, cum in ea nullum Diuinum Officium celebratur excommunicatis prohibitum non eſt. Sicut docet Suar. diſp.

diſp. 12. ſect. 2. & colligitur ex cap. reſponſo, de ſent. excom. Quare ſi alias ratione ordinis, aut beneficij obligationem officij Canonici recitandi quis habet, ea propter excommunicationem non liberatur, ne ex propria iniquitate commodum ferat. Omnes DD. Qui addunt idem dicendum eſſe, tametſi beneficiatus propterea, quod in excommuuicatione officium præſtare non poſſit, fructibus interim priuatur: quia ipſius culpa id accidit, ſiue per eum ſtat, quo minus fructus percipiatur. Damnum autem, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet, non alij imputare. reg. 86. & Pomponius reg. 203. ff. quodquis ex ſua culpa damnum ſentit non intelligatur damnum ſentire.

Orare non licet cum excommunicato denunciato.

1 Excommunicatus denunciatus non ſolum prohibetur Officia Diuina cum alijs dicere, aut ab alijs audire, ſed etiam alij eadem Officia Diuina, & Miſſam excommunicato præſente audire, aut celebrare prohibetur, Sicut enim ipſe alios in Diuinis, ita alij ſic excommunicatum in eiſdem vitare tenentur. c. is, qui, & cap. fin. §. adijcienus, & §. in feſtiuitate de ſent. excom. Ratio eſt, quia celebrare Officia, vel Miſſam coram excommunicatis, eſt participare in diuinis cum illis, quod non licet cuiquam, & talis contrafaciens peccat mortaliter, non tamen fit irre-

Oculorum defectus quando reddit irregularem. Vide Monoculus.

1 CVm certum ſit oculos membra eſſe, cæcus abunde ſatis eſſet, qui cæcum à natiuitate, vel infirmitate, caſu ve factum irregularem non iudicaret. cap. fin. diſt. 53. quod non ſolum verum eſt, quando oculus eſt erutus, aut effoſſus, ſed etiam quando eſt orbatus. ex gloſ. in cap. 2. in verb. in viſu. de verb. ſignif. l. 6.

Item qui maculatos habet oculos, ſi ſit nimia deformitas, erit irregularis. c. cum de tua de corp. vit.

Idem de habentibus nubeculam, vel albuginem in oculo. Viuald. de irreg. n. 145.

De Strabonibus, qui oculos habent diſtortos, iudex erit Epiſcopus, an ſit notabilis, ita, vt promotionem impediat. Maiol. l. 1. de irreg. c. 10. n. 6.

Idem etiam iudicandum de lippis, & eis, qui palpebris carent, lippus autem dicitur, qui habet oculos lacrymantes perpetuo. Non tamen lippitudo omnis impedit promoueri, ſed ea ſola quæ nimis acrem habet diſtillationem, & putreſcentem, & quæ horrorem inſpicientibus affert abſque ſubtili inſpectione. vnde res tota ab arbitrio Epiſcopi pendet. Maiol. de irreg. cap. 10. n. 5. Viuald. de irreg. num. 144.

Siquis cæcus cauſa prædicationis promoueri velit, poteſt Papa diſpenſare, vt & Sacerdos,

cerdos, & Epiſcopus fiat, & ſi enim ob defectum occultum Sacerdotium in Sacramentis, & in ſacrificijs exercere nequeat, tamen confeſſiones audire, concionari, & iudicialia exercere valet, vt contingit Ruberto Scoto cæco à puerili ætate; qui Pariſijs Theologiam perdidicit adeò inſigniter, vt Romæ creatus Sacerdos, & Archiepiſcopatu Armacano in Hybernia, & legatione pro Iulio III. fuerit perfunctus. ex Surio Anno Domini 1551. & Maiol. cit.

Occidens aliquem caſu abſque culpa aliqua, vel mutilans irregularis non eſt.

1 Ideo licite promoueri poteſt tex. in cap. ſignificaſti. 1. & c. dilectus de homicidio, & omnes DD.

Occidens aliquem, vel mutilans culpa aliqua interueniente quando eſt irregularis.

1 INter Doctores fit hæc diſtinctio; ſcilicet quod aut aliquis dabat operam rei illicitæ, & adhibuit omnem diligentiam, vel operam debet rei licitæ, nulla, vel parua adhibita cautela, ne homicidium, mutilatio ve ſequeretur, vel culpa fuit lata leuis, vel leuiſſima. Quo ſuppoſito. Reſpondetur. In quocunque caſuali homicidio, vel mutilatione, lata, vel

leuis

leuis culpa irregularitatem inducunt. c. Clerico iacente. 50. diſt. Culpa leuiſſima (illa dicitur quando quis illud non cogitauit, & prouidit quod acutiſſimus vir cogitare potuiſſet) ſi ſit in omittendo, ab irregularitate excuſat. Secus ſi ſit in committendo lata. Omnes. Vide Viuald. de irreg. n. 266.

Occidens excommunicatum eſt irregularis.

1 QVamuis excommunicatus ſit ſuffragijs Eccleſiæ; communioneque fidelium priuatus; Nihilominus tamen proximus noſter eſt, ideo talem interficiens eſt irregularis. text. eſt in c. excommmunicatorum 23. q. 5.

2 Niſi zelo Sanctæ Fidei, & pro S. Eccleſia illum occidiſſet, vt in eodem textu patet. Quia hic excuſabitur à peccato homicidij, non autem ab irregularitate. Maiol. l. 5. c. 48. Sot. l. 5. de iuſt. & iure. q. 1. a. 5.

Occidens, vel mutilans in Eccleſia non deliberate, ſed accidentaliter, & calore iracundiæ, & prouocatus gaudet immunitate.

1 ITa Farinac. de immunit. Eccleſ. cap. 16. n. 240. & alij apud Dianam. de immun. Eccleſ. reſol. 11. & hoc maxime procederet, ſi tale homicidium fuiſſet in Eccleſia perpetratum non ſolum ex riſſa ſubitanea, ſed ad alterius

terius prouocationem, & multo magis ad ſe defendendum; nam in præfatis caſibus occidens, vel mutilans non videtur habere animum irreuerentem offendendi, & violandi ipſam Eccleſiam.

Occidens fatum animatum cum aliqua potione non gaudet immunitate Eccleſiæ.

1 RAtio eſt quia talis occidit proditorie illum, qui nullo pacto præuidit, nec præcauere potuit talem mortem. Peregrin. de immun. c. 3. n. 8. Farinac. in appen. c. 8. n. 138. & alij penes ipſos contra Bonac. & Dian. de immunit. reſol. 72.

Occidens aliquem veneno non gaudet immunitate Eccleſiæ.

1 NOn gaudere docent fere omnes Doctores; quos vide apud Dianam de immunit. reſol. 36.

2 Sed Farinaccius de immun. c. 9. n. 142. putat in tali caſu debere Epiſcopum conſulere Summ. Pontificem, & iuxta illius reſponſum ſe regulare, & exequi.

Occupans bona naufragantium eſt excommunicatus. Vide Naufragantium.

Offi-

Officialis quando eſt excommunicatus.

1 OFficiales tertio requiſiti, negantes facere iuſtitiam ſunt excommunicati. Habetur in cap. Adminiſtratores 23. quæſt. 7. Graff. 1. p. lib. 4. cap. 24. num. 22. & nulli reſeruatur.

2 Excommunicatio eſt contra omnes Superiores, & inferiores Officiales, ac Miniſtros tam Vrbis Romæ, quam totius Orbis, qui DD. Cardinalium Inquiſitorum generalium præceptis, & mandatis in quibuſcunque officium Sanctæ Inquiſitionis concernentibus non parent, & obediunt, & nemini reſeruatur. extr. 175. Sanctiſs. Pij V.

Officialis S. Pœnitentiariæ Apoſtolicæ quando eſt excommunicatus.

1 EXcommunicatio eſt. Primo contra Sacræ Pœnitentiariæ Apoſtolicæ Officiales, & Miniſtros aliquid etiam ſponte oblatum à partibus capientes; aut alias, ſiue pro expeditionis celeritate, ſiue pro alio extraordinario labore tam procurando, quam ſcribendo, aut recognoſcendo, aut examinando, etiam capientes.

2. Contra eoſdem aliquid partibus doloſe, & fraudulenter ſugerentes, quo facilius optata impetrare poſſint, & reſeruatur Papæ. Atq.

adeo

adeo tales conuincti dolum, vel fraudem feciſſe, aut quicquam, vel minimum pró labore, aut alias quoquo modo accepiſſe, ſunt eo ipſo officio priuati, inhabiles ad ea, & infames. extr.85. in omnibus Pij V.

Officiales, & miniſtri comprehenſi in hac cenſura ſunt. primò Regens. 2. Datarius. 3. Magiſter in Theologia, ſeu Decretorum Doctori. 4. Corrector. 5. Sigillator. 6. Procurator. 7. Scriptores.

Actiones vero hic prohibitæ ſunt]. Primo quouis modo capere pro expeditione ad officium Pœnitentiæ ſpectante. 2. dolum, vel fraudem in illius officij exercitio dimittere, aut captionem inducere. 3. ſugerere doloſe, vel fraudulenter.

2 Excommunicatio eſt contra Officiales S. Pœnitentiariæ, quo homine intellige Regentem. Correctores, Scriptores, Procuratores, Reuiſores, Sigillatores, & alios quoſcunque, qui in conceſſionibus, & expeditionibus ſibi interdictis à Pio IV. quouis priuilegij, & indulti prætextu ſe intromittere quoquo modo præſumunt, & nemini reſeruatur. extr. 61. in ſublim. Pij IV.

Officium Diuinum exequens eſt irregularis non audiens.

1 Non eſt irregularis, qui cenſura irretitus diuinis intereſt, dum fiunt, eademque audit, quia diuinis intereſſe, & ea audire, tam laicorum eſt, quam clericorum, & in

& in cap. cum medicinalis,& cap. is, cui de ſent. excom. l. 6. ſolum irregularitatem incurrere dicuntur qui Diuina Officia exequuntur, & non qui audiunt. Sayr. l. 7. c. 10. n. 12.

Officiales S. Officÿ non ſunt irregulares ſecuta deformatione.

1 IRregularitatem nullam incurrunt Iudices Sanctæ Fidei Inquiſitionis, eorumque Officiales tradentes reum mortis brachio ſæculari ſequuta deformatione, etiam ſi nullam faciant proteſtationem. Franc. Penia in ſuo Direct. p. 2. com. 20. Imo poſſunt inſtare ſine ſcrupulo irregularitatis, vt Iudices ſæculares, quibus traditur reus, eorum ſanguinis ſententiam latam contra reum, exequantur. Med. l. 1. ſum. c. 11. §. 10. reg. 4. & Tabien. irreg. 2. §. 15.

S. Officÿ Miniſtrum offendens eſt excommunicatus.

1 EXcommunicatio eſt contra omnes cuiuſcunque conditionis, ſtatus, & dignitatis, qui publice, vel occulte offendunt aliquem miniſtrum S. Officij Inquiſitionis, vel alicuius Epiſcopi id munus in ſua Diœceſi, vel Prouincia obeuntis, vt Aduocatum, Procuratorem, Notarium, Accuſatorem, Denunciatorem, vel teſtem in cauſa Fidei quomodocunque productum, vel euocatum. Et nemini reſerua-

ſeruatur. Quæ extenditur etiam contra ſcientes, præſtantes auxilium, conſilium, vel fauorem, etiam ſi nullus ſequutus ſit effectus. Et qui carcerem ſeu cuſtodiam, etiam priuatam effregerit, vinctum extraxerit, ſeu commiſerit, capiendum prohibuit, captum vel eripuerit, receperit, occultauerit, ſeu facultatem fugiendi dederit, etiam ſi effectus non ſequatur. extr. 85. ſi de propagandis. Pij V. Ann. 1569.

Actiones hic prohibitæ per offenſiones ſunt, occidere, verberare, deijcere, perterrefacere, expugnare, inuadere, incendere, aut expilare Eccleſias, ædes, aliaſue res publicas, vel priuatas S. Officij, vel Miniſtrorum, comburere, diripere, aut quomodocunque exportare libros, litteras, protocolla, ſcripturas, aliaſue inſtrumenta publica, vel priuata, aut eſſe cauſam illa capiendi, aut ſupprimendi ex occaſione incendij, direptionis &c. effringere cuſtodiam, extrahere ex ea vinctum, prohibere capiendum, eripere, recipere, vel occultare captum, ſeu facultatem ei dare fugiendi, vel id fieri iubere cæterum, ſeu concurſum facere, &c.

Officij Inquiſitores quando ſunt excommunicati. Vide Inquiſitores.

Officij Inquiſitoribus non parens eſt excommunicatus. Vide Inquiſitoribus.

Omiſ-

Omiſſio quando ſequuto homicidio irregularitatem inducit.

1 VNuſquiſque proximum defendere tenetur, vel ex lege charitatis vel iuſtitiæ. Ideo cum vtroque caſu poſſit culpa ex negligentia omiſsionis oriri, videndum eſt quando ex tali omiſsione irregularitas incurratur. Ideo.

Prima ſit Concluſio. Omnis ille, qui lege iuſtitiæ, quia dominus, Iudex, Gubernator, Miniſter Iuſtitiæ, & alij ſimiles, tenétur alium defendere, & non defendit, ſequuta morte, vel mutilatione, erit irregularis, quia peccauit contra Iuſtitiam. S. Thom. 22. q. 60. art. 6. Nau. in Man. cap. 27. num. 23. Maiol. l. 5. c. 48. §. 5. n. 2. Aug. Sylu. & alijs. Hinc medicus, qui publico, vel priuato ſtipendio conductus officium ſuum non exequitur, ſi quis eius negligentia, vel ignorantia moriatur, ſit irregularis, talis enim dicitur à medico occidi argum. cap. abſit diſt. 50. & homicidia dicuntur quodammodo illi voluntaria. Sic etiam Chirurgi, & venæ ſectatores, ideſt Phlebotomantes, ſi ob eorum imperitiam, vel negligentiam mors, aut mutilatio ſequatur, irregulares ſunt, cùm & ipſi etiam aliquando medici vocentur.

Similiter pater, quia ſcit matrem velle occidere prolem animatam, & cum impedire poſſit, non impedit, eſt irregulatis. Roderic. cum alijs, quos citat verb. aduocati. cap. 6. n. 3.

n. 3. Ratio eſt, quia tenetur ex iuſtitia tueri vitam filij, cum poteſt.

Secunda Concluſio. Omnis particularis perſona, quæ tantum Charitatis lege tenetur ...lium defendere, ſi propter negligentiam, ...gnauiam, vel perplexitatem, vel quia non vult miſereri conſerui ſui, non defenderit proximum patientem; etiam ſi mutilatio, vel mors ſequatur, non erit irregularis, quamuis mortaliter peccabit contra legem Charitatis. . Anton. lib. de cenſ. c. 95. Alberic. homicidium 1. Raym. & alij.

...rare pro excommunicato quando licet.

Licitum eſt ſaltem in memento, quod fit in Miſſa orare pro excommunica... denunciato. Quia illud videtur eſſe ora... priuatim facta, datur enim illud tempus ...cerdoti, vt oret pro quibus velit, & omnes ...ctores docent, & ratione id licitum eſſe, ...od Sacerdos tunc orat, vt priuatus, non ...tem, vt miniſter Eccleſiæ; & à fortiori po...rit quilibet chriſtianus priuatas orationes ...o excommunicatis licite facere, vt conuer...tur, & redeant ad Eccleſiam per humilem ...nitentiam, à qua præciſi ſunt per excom...nicationem. Vnde Hoſtienſis in Sum. l. 5. de ſent. excom. n. 17. ſic ait, Si in memen... recogites de aliquo amico excommunica... & ores, vt Deus infundat ſibi gratiam, ita ...od conuertatur, non reprobo, nec pro...

pter

iſp. 12. ſect. 2. & colligitur ex cap. reſponſo ;
: ſent. excom. Quare ſi alias ratione ordinis,
ut beneficij obligationem officij Canonici
citandi quis habet, ea propter excom-
unicationem non liberatur, ne ex propria
iquitate commodum ferat. Omnes DD. Qui
dunt idem dicendum eſſe, tametſi benefi-
itus propterea, quod in excommuuicatione
ficium præſtare non poſſit, fructibus inte-
a priuatur: quia ipſius culpa id accidit, ſiue
r eum ſtat, quo minus fructus percipiatur,
mnum autem, quod quis ſua culpa ſentit,
i debet, non alij imputare. reg. 86. & Pom-
nius reg. 203. ff. quodquis ex ſua culpa
nnum ſentit non intelligatur damnum
tire.

*are non licet cum excommunica-
to denunciato.*

Excommunicatus denunciatus non ſo-
lum prohibetur Officia Diuina cum
dicere, aut ab alijs audire, ſed etiam alij
:m Officia Diuina, & Miſſam excommu-
to præſente audire, aut celebrare prohi-
ır, Sicut enim ipſe alios in Diuinis, ita
ic excommunicatum in eiſdem vitare te-
ur. c. is, qui, & cap. fin. §. adijcienus, &
feſtiuitate de ſent. excom. Ratio eſt, quia
›rare Officia, vel Miſſam coram excom-
icatis, eſt participare in diuinis cum
quod non licet cuiquam, & talis con-
ciens peccat mortaliter, non tamen fit
irre-

ſ irregularis. Omnes Doctorum.

2 Sed quid agendum quando adeſt excommunicatus tempore, quo Officia Diuina, aut Miſſa celebrantur? Reſpondent DD. quod ſi nondum ſint incæpta Officia Diuina, aut miſſa, monendus eſt excõmunicatus vt exeat: quod ſi ſic monitus exire noluerit eijci debet vi per aliquos laicos præſentes aut illis non præſentibus à Clericis expelli debet, & licet talis excommunicatus Clericus eſſet, non tamen excommunicantur laici, vel clerici eum vi excludentes. cap. veniens, & ibi gloſ. in verbo celebrationum, & ibi DD.

3 Nomina Diuinorum officiorum intelliguntur Sacræ functiones, quæ ab Eccleſia publice, & ſollemniter fiunt. Cuiuſmodi in primis eſt Miſſa, Canonicarum horarum preces, omnis publica oratio, proceſſio, item benedictio, conſecratio, vel ſimilis cerimonia, quæ ex Eccleſiæ, vel Chriſti inſtitutione à Miniſtris ad id ordinatis ſollemniter fiunt.

Orare quando licet excommunicato occulto.

1 Miſſam audire, & celebrare excommunicatus occultus poteſt ad vitandum ſcandalum; vel grauem iacturam Miſſam audire, & celebrare, nec fiet irregularis. Nau. c. 27. n. 239.

Ordinem nouum inſtituens quando eſt excommunicatus. Vide Habitum.

Ordi-

Ordinatus quando eſt ſuſpenſus. Vide prima tonſura.

1 SVſpenſio à Sacrorum Ordinum vſu eſt contra Clericos in Vrbe Roma commorantes, qui ſine licentia Vrbis Vicarij in ſcriptis obtenta fidem facientis de eorum idoneitate, & ſcientia per examen approbati, faciunt ſe ad ſacros ſe promoueri extra Vrbem, etiam ſi habeant licentiam ſuorum Ordinariorum ad Ordines, & miniſtrantes in ſic ſuſceptis ante abſolutionem à dicta ſuſpenſione, fiunt irregulares, & reſeruatur Papæ. Vide Decretum Vicarij 24. Nouembris 1603. de mandato Clementis VIII. à Sanctiſs. Paulo V. dum Cardinalis Vicariatus munere ſanctiſſime fungebatur in Vrbe editum.

2 Suſpenſio eſt ab Ordinis ſuſcepti vſu, & ſuſceptione Superiorum, nec non ab officio, & beneficio contra eum, qui ad Sacrum Ordinem fecit ſe promouere poſt contractum matrimonium, etiam non conſumatum, & reſeruatur Papæ, niſi hic Religionem ingreditur, quia tunc poteſt cum eo Epiſcopus diſpenſare. extr. vnic. de voto, & vot. red. lo. 22

Circa quam nota matrimonium hoc ratum non diſſolui per ſuſceptionem Sacri Ordinis; ſed ſolum per mortem, aut per emiſſam in approbata aliqua Religione profeſſionem, etiam altero coniuge inuito. c. 2. Verum &c.

ex part. elect. 2. de conuerſ. coniug. Quia matrimonium conſumatum nullo modo diſſoluitur per emiſſionem profeſsionis in quacunque Religione, ſi alter coniugum remanens eſt de incontinentia ſuſpectus. cap. 13, ad Apoſtolicam eod.

Nota etiam ſuſpenſionem contractam per ſuſceptionem Sacri Ordinis poſt matrimonium ratum durare, etiam poſt mortem talis vxoris, vt conſtat ex eod. vn.

3 Suſpenſio ab ordine per ſaltum ſuſcepto eſt contra eum, qui omiſso v.g. Diaconatu, fecit ſe promoueri ad Presbyteratus ordinem, & reſeruatur Epiſcopo, qui cum eo ex legitima cauſa poteſt diſpenſare, ſi in eo non miniſtrauerit, alias Papæ. Idem intellige de prætermiſso ordine. Conc. Trid. ſeſſ. 25. de refor. cap. 14. Suar. loc. cit. num. 48. Ordine, qui fecit ſaltum priuetur ab illo. Ordinate ad Ordines accedendum eſt; nam caſum appetit, qui ad ſumma loci faſtigia poſitis gradibus, per abrupta aſcenſum querit. Greg. in regiſt.

4 Suſpenſio à ſuſceptis eſt contra eum, qui à proprio etiam Epiſcopo in aliena etiam Diœceſi ſine expreſſa loci licentia Ordines recipit, Conc. Trid. ſeſſ. 8. c. 5. Quo fit, vt qui ſine dimiſſorijs litteris proprij Epiſcopi ab alio Epiſcopo, in aliena Diœceſi abſque debita licentia miniſtrante Ordines ſuſcipit, duas cõtrahit ſuſpenſiones; quarum altera eſt quia ordinatur ſine dimiſſorijs, altera vero, quia ab alieno Epiſcopo in tali loco ſuſcipit ordines. Suar. loc. cit. ſect. 1. diſp. 31. n. 21.

5 Su-

5 Suſpenſio à ſuſceptis eſt contra Vltramontanos promotos in Italia abſque ſui Epiſcopi, vel Summi Pontificis licentia, & reſeruatur Papæ.cap.de temp. ordin. in 6.

6 Suſpenſio ab ordine ſuſcepto eſt contra eum, qui ficto, & ementito titulo ordinatur, vtendo aliquo dolo, vel fraude; primo ſi cum ipſo Epiſcopo ordinante, vel cum alio, qui ipſum ad ordines præſentet, paciſcatur, aut cum iuramento, vel alio firmo modo ſe obliget, quod non petat ab eo beneficium, vel aliquid aliud, vnde ali poſſit. 2.ſi ab aliquo accipit titulum patrimonij ſub pacto occulto iterum dandi, modo id fiat ſpecialiter ad finem ſuſcipiendi ordines illo titulo, & reſeruatur Papæ. c.de ſimon.& c.per tuas. eod.

Circa quam nota primo eum, qui à ſuo Epiſcopo proprio litteras dimiſſorias ficto, & ementito titulo patrimonij, vel beneficij, aut penſionis impetrat, falſo probando habere, quod re vera non habet &c. ſi poſtea ordinetur, dupplicem ſuſpenſionem incurrere, quarum altera eſt, quia ſine validis dimiſſorijs litteris, altera vero, quia ſine titulo vero ordinatur. Suar.diſp.11 ſect 1.n.33. vſque ad 37.

Nota etiam eum excuſari ab hac ſuſpenſione. primo qui ſine vlla fraude deceptione, vel malitia ſe permittat ab Epiſcopo ordinari. 2. qui petit ab alio ordines ſincere confitendo ſe nullum habere titulum, & nihilominus ordinatur, ex Suar.loc.cit.quicquid alij dicãt.

Nota 3. hanc ſuſpenſionem non ſolum comprehendere Clericos ſæculares, qui fecerunt ſe promoueri ad Ordines Sacros ficto ti-

tulo, ſeu varijs artibus, ac fallacijs confingentes ſe illum ſufficientem habere, aliqua demõſtrando, per quæ ordinatus credidit, vel credere debuit; ſed etiam Religioſos, ac etiam Clericos ſęculares more Religioſorum viuentes in communi non profeſſos, qui eodem modo ſine titulo faciunt ſe ad Sacros Ordines promoueri. extr. 74. Romanus Pontifex Pij V. Religioſis Societatis Ieſu exceptis. extr. ex Sede Apoſt. Greg. XIII.

Regularis, qui ſcit profeſſionem ſuam eſſe irritam, & ordinatur: peccat mortaliter, & eſt ſuſpenſus; ordinatur enim tunc ſine titulo patrimonij, quod eſt contra ius commune, & propterea manet ſuſpenſus. Dian. dub. reg. tract. 2. reſol. 113.

Huius prohibitionis potiſſima ratio eſt, ne Clerici Diuini cultus Miniſtri cũ maximo totius ordinis Sacerdotali dedecore mendicare cogantur. Turpis enim in Clero viſa eſt mendicitas. Deut. Non ſit omnino mendicus inter vos. Etiam ſi ſemper dilecta fuit paupertas voluntaria, & diuitiarum contemptus. Miſeria enim ſumma eſt eſſe mendicum. Bald. in l. ſi cap. qui bona cedere, & paupertas ipſa vilitas eſt. Imperator in l. c. quando. Imo, & ſi pauper alias ſit nobilis, omnibus ludibrio, & contemptui eſt. Vnde Iuuenal. 10.

Nil habet infelix paupertas durius ei
Quam quod ridiculos homines facit,

Ordinatus ſine titulo non eſt ſuſpenſus; ſed Epiſcopus tenetur alere. Deciſum referunt DD. apud Barboſ. alleg. n. 20. 27.

Ordinatus ſine titulo non promoueatur ad

ad alios ordines. Deciſum referunt DD. apud Barboſ. ibid. n. 22.

Graduatum in iure Canonico, aut in Sacra Theologia ſine titulo, aut patrimonio poſſe ordinari affirmant multi apud Dianam miſcel. 4. reſol. 52. quia tali non defecturum eſt, vnde viuat, & ſic adimpletur mens Concilij. Sed hæc opinio libenter eſſet conſulenda in collegialibus ex aliquo Collegio maiori Salmaticenſi, aut Complutenſi; nam in dictis collegijs; quæ ſolent vocari equi troiani Doctorum hominum, recepto gradu, certum eſt cito graduatum habiturum pluſquam cõgruam ſubſtentationem. Sed obeſt declaratio Cardinalium, quam affert. Sà correctus. ver. Ordo. n. 27. Barboſ alleg. 19. n. 72.

7 Suſpenſio ab ordine ſuſcepto eſt contra eum, qui aliquo Sacro Ordine ab alieno Epiſcopo ordinatur ſine teſtimonio proprijs Epiſcopi, quo eius probitas, & mores commendentur, etiam ſi id fiat cuiuſuis generalis, aut ſpecialis reſcripti, vel priuilegij prætextu, etiam ſtatutis temporibus, quæ durat quandiu videbitur proprio Ordinario expedire. Trid. ſeſſ. 25. c. 8. de refor.

8 Suſpenſio à Sacris ordinibus eſt contra eum, qui ſine canonica diſpenſatione, aut legitima licentia ordinatur ſacris ante legitimã ætatem, vel extra tempora à iure ſtatuta, aut abſque dimiſſorijs litteris proprij Epiſcopi, & reſeruatur Papæ ſi in ſic ſuſceptis quis miniſtrat, antequam cum eo legitime diſpenſetur. extr. 6. Cum ex ſacrorum Pij II. & ibi communiter DD.

Circa quam nota ad incurrendam hanc cẽſuram requiri dolum, quia verbum. præſumpſerit in dicta extrau. poſitum, licet videatur potius ſuper vſum ordinis ſic ſuſcepti cadere, quam ſuper illius receptionem, tamen, vt ex communi aſſerit. Auil. cadit ſuper vtrũque. Auil. loc. cit. dub. 7. §. pro intelligentia.

Hinc fit, vt qui facit ad ſacrum ſe promoueri ex ignorantia etiam culpabili non incurrere hanc cenſuram, niſi eſſet craſſa ignorantia facti, vel ignorantia iuris, etiam ſi talem extrauagantem ignorauerit; quia ignorare id, quod communiter omnes ſui ordinis tenentur ſcire, dicitur præſumere, vt obſeruat Sacra Pœnitentiaria. Tolet. l. 1. c. 61.

Nota etiam in tribus caſibus poſſe aliquem ab alieno, ſed viciniori Epiſcopo ordinari ſine dimiſſorijs proprij Epiſcopi, & non incurritur hæc cenſura. 1. caſus eſt quando Epiſcopus eſt ſuſpenſus, eo quod alienos ordinauit ſine dimiſſorijs proprij Epiſcopi. 2. quando interuenit ratihabitio proprij Epiſcopi, quod intellige de ratihabitatione de præterito, vel de præſenti expreſſa ſigno aliquo exteriori; non tamen de ratihabitatione de futuro. 3. eſt quando quis fuit familiaris per triennium alicui Epiſcopo præſenti, & habenti Diœceſim, non autem abſenti, vel titulari. Auil. loc. cit. §. dico quint.

Regulares poſſunt ordinari ab Epiſcopis extra tempora à iure ſtatuta. Dian. tract. 2. de dub. reg. reſol. 31.

Rationes vero propter quas his temporibus ſtatutis, potius quam alijs ordines ſacri mini-

miniſtrētur adducũtur à Gulielmo Durand. Rationali diuin. l. 2. c. 1. nempe, quia Sacerdotes, & alij Clerici eum in Sacroſancta Eccleſia locum obtinent; quem olim leuitæ apud Iſraeliticum populum obtinuerũt, quos vt legitur libro Numerorum, Dominus pro primogenitis recepit eos, & in Aegypto, dum primogenita Aegyptiorum interficerentur, cuſtodiuit, cum quaſi primitiæ ſint, equidem quaſi primitias Deo ſumme gratas offerimus, cum aliquos ſacris ordinibus donamus; Vnde conſentaneum eſt, vt pro primitijs temporum ſcilicet quattuor temporibus, hominum primitias offeramus.

Rurſus, vt ordinati ſub quattuor Euangelijs Deo, & Eccleſiæ ſeruire firmiſſimis animis concipiant. Vere, vt virtutibus floreant, in Aeſtate, vt fructus afferant, in Autunno, vt fructus operum metant, in Hyeme, vt iam collectos fructus in horreo conſeruent, vt eis cum domino fruantur.

Ideo autem potius in Sabbatis quattuor temporum, quam in quartis, vel ſextis ferijs fiunt ordinationes; quia illa dies Spiritui Sancto conſecrata eſt, cuius dona in ordinibus recipiuntur.

Fiunt etiam in Sab batis in ſignum quod ordinandi debent habere Sabbatum temporis, vt tandem tranſeant ad Sabbatum æternitatis. Ordinatio autem, quæ fit in Sabbato ſequentis diei eſt.

9 Suſpenſio ab ordine ſuſcepto eſt contra eum, qui ordinatur ab Epiſcopo hæretico, ſciſmatico, interdicto non toleratis, aut

ſimoniaco per ſententiam declarato ; vel qui ordinatur ab Epiſcopo, qui Epiſcopatui abſolute renunciauit : & reſeruatur Papæ, vt ex cap. 1. & 2. de ſciſm. & cap. 1. de ord. ab Epiſcopo, qui ren.

Nota 1. ſcienter ſic ordinatum ligari hac cenſura Papæ reſeruata, quia licet hic veros ordines recipiat, non tamen eorumdem exequutionem; nemo enim dare poteſt quod non habet, ſupradicti carent ſolum exequutione ordinum : ergo eam dare nequeunt, ſecus eſt : ſi ordinetur per ignorantiam probabilem (modo non ſit ignorantia craſſa) quia tunc quando incurritur ſuſpenſio ab ignorante inuincibiliter, non eſt vere cenſura; quia celebrando non fit irregularis, ſed quædam inhabilitas, quia in foro tantum exteriori impeditur, donec ad adminiſtrandum à legitimo iudice facultatem recipit. Auil. 3. p. diſp. 5. dub. 8. §. ad arg.

Nota etiam hac cenſura ligari etiam obtinentem per ſimoniam dimiſſorias ad ordines, quia cenſetur commiſſa in ordine. Nau. conſ. 67. de ſim. in fine.

Ordinatus quando eſt irregularis.

1 IRregularitas eſt contra Clericum in Sacro Ordine miniſtrantem ſuſcepto ab alieno Epiſcopo, etiam cuiuſuis generalis, aut ſpecialis reſcripti, vel prætextu priuilegij ſine teſtimonio proprij Ordinarij, quo eius probitas, & mores commendentur. Vt habetur ex declaratione Congr. Card. in Concil. Trid. ſeſſ. 23. c. 8.

2 Ir-

2 Irregularitas eſt à ſuſcipiendis ordinibus contra Clericum ſerio miniſtrantem in ordine, quem non habet cum ſollemnitate, & modo, quo non poteſt à laicis exerceri, vt ſi ſollemniter cantat Euangelium cum ſtola, carens Diaconatu, & ſimil. manet tamen ſuſpenſum per biennium, vel triennium iuxta arbitrium Epiſcopi ab inferiori ordine legitime ſuſcepto, in quo, ſi interim miniſtret, fiat etiam irregularis. Suar.loc.cit.ſect. 1.nu.4. & Coin.loc.cit.

3 Irregularitas eſt contra Sacerdotem, qui non eſt Epiſcopus ſi exerceat actus Epiſcopales, v. g. ſi adminiſtrat Sacramentum Confirmationis.vel Ordinis.Auil.de cenſ.p.7. diſp.9 ſect.2.dub.5. verſ. v. manet autem ſolus irregularis ne in Epiſcopum conſecrari poſſit. In Sacerdotio vero manebit ſuſpenſus biennio, vel triennio arbitrio Epiſcopi. Ab exequutione inferiorum ordinum non manebit impeditus. Suar.tom 5.de cenſ.diſp.42. ſect.4. n.7.verſ.ſed quod. Conſule Maiolum de irreg. l.4.c.13. vbi n. 1, ad finem affirmat ſatis eſſe ad incurrendam irregularitatem, ſi Sacerdos benedicat publice, vt Epiſcopus cũ illis verbis. Sit nomen domini benedictum.

4 Excommunicatus ſuſcipiens minores ordines non ſit irregularis. Nau. de ſent. excom. conſ. 28. contra Sylu. & alios. Suſcipiens vero maiores ſit. DD communiter. Intellige prædicta de excom.maiori.DD.cit.

5 Irregularitas eſt contra Clericum ſuſcipientem vno, eodemque die quattuor ordines minores, & Subdiaconatum, vbi contra-

ria conſuetudo non eſt, vel duos ſacros ordines,& reſeruatur Papæ ad Superiores ordines ſuſcipiendos, & quoad vſum prius ſuſceptorum reſeruatur Epiſcopo. Nau.c.27.n.241.

6 Irregularitas eſt contra clericum miniſtrantem in ordine per ſaltum ſuſcepto antequam abſoluatur à ſuſpenſione ab Epiſcopo. & reſeruatur Papæ. Auil. p.7. diſp. 9. ſect. 1. Quamuis ordo ſic ſuſceptus non eſt iterandus, quia præpoſteratio facti non vitiat factum, ſiquidem ordo in collatione, ſine receptione ordinum eſt tantum de neceſſitate præcepti, & non Sacramenti. S. Thom. in 4. q.23. a. 2.

7 Irregularitas eſt contra Clericum excommunicatum maiori excommunicatione. vel ſuſpenſum ab ordine, aut perſonaliter interdictum tam toleratum, quam non miniſtrantem ſollemniter in aliquo ſacro ordine, niſi id ille faciat ad euitandum ſcandalum, & grauem infamiam ex manifeſtatione delicti, vel probabiliter ignoret id iure prohiberi ligato cenſura, & reſeruatur Papæ. Auil, p. 7. diſp. 9. ſect. 2. dub. 1.

8 Irregularitas eſt contra Religioſos, qui nondum abſoluti à ſuſpenſione, miniſtrant in ordine ſuſcepto ante emiſſam profeſſionem, ſiue vel ſub ficto titulo beneficij, penſionis, aut patrimonij, & reſeruatur Papæ. extr. 74. Romanus Pontifex Pij V. ex his excipe Religioſos Societatis Ieſu per Bullam ex Sedis Apoſtol. Greg. XIII.

9 Irregularitas eſt contra Religioſum ordinem ſuſcipientem in excommunicatione maiori,

maiori, & reſeruatur ſuo Prælato, niſi ordines ſic excommunicatus ſuſcepit ante ingreſſum Religionis, in qua poſt illius ingreſſum laudabiliter poſt aliquod tempus vixerit, poteſt cum eo Epiſcopus diſpenſare, alias reſeruatur Papæ. Sylu.ver.irregul.q.2.n.4. Idem de Religioſo perſonaliter interdicto ordines ſuſcipiente. Nau.cap.17.n.241.

10 Irregularitas eſt contra Religioſum ſuſcipientem ſacrum ordinem contra prohibitionem ordinantis, vt ſub pœna excommunicationis nemo accedat ab eo non probatus. Nau c.25.n.7.§.6.

11 Irregularitas eſt contra Religioſum, qui ſine diſpenſatione canonica, aut legitima licentia miniſtrat in ſacro ordine ſcienter ſuſcepto extra tempora, vel ante legitimam ætatem, aut ſine dimiſſorijs litteris vt habetur præter. extr. Pij III in reg.cancell.reg.33. & in extr.Sanctum,& ſalutare Sixti V. contra male promotos.

Hic tamen Religioſus Sacerdotio initiatus ante legitimam ætatem poteſt ſine metu irregularitatis inter eſſe omnibus actibus conuenctus ad Sacerdotes pertinentibus, & in electione habere actiuam, & paſſiuam vocem, quamuis peccet, honoris actus exercendo. Nau, conſ.9. de cleric.excom.

12 Ordinatus presbyter ante 25. annum non fit irregularis, eo quod cum Epiſcopo ordinante celebret in ſuſpenſione, non enim illa prima miſſa habetur in conſideratione ab Eccleſia, tanquam prima Miſſa ab ordinato celebrata, nec illa celebratio eſt actus diſtin-

ctus ab ordinatione. Henriq.de irreg.c.3.§.6.

13 Exercens ordinem, quem non habet eſt deponendus, vel perpetuo ſuſpendendus nunquam vlterius promouendus. Sylu. ver. Ordo p. 8.

Ordinis, & Confirmationis iteratio non inducit irregularitatem. Vide Confirmatio.

P

Papa mortuo quando Ciuitas interdicitur.

1 INterdictum, & priuatio Pontificalis dignitatis eſt contra Ciuitatem, vbi Sum. Pontifex mortuus cum ſua Curia reſidebat, cuius Domini, Prætores, & alij Officiales, ad quos regimen Ciuitatis pertinet, in electione futura Summ. Pontificis ibi facienda non obſeruant omnia, quæ in tali electione ſeruari debent, vel fraudem in eis, vel circa ea committunt. c.14. vbi periculum §. præterea de elect. in 6.

Papa mortuo cui conueniat à cenſuris, & à caſibus pontificijs abſoluere.

1 PApa mortuo maiori Pœnitentiario iuxta poteſtatem, quam viuente Papa habebat,

bebat, non Collegio Cardinalium conuenit à cenſuris, & à caſibus pontificijs abſoluere. Clem. ne Romani §. eo tamen de elect. Quia priuilegium non extinguitur morte concedentis. Collegium vero Cardinalium Sede vacante Pontificiam iuriſdictionem exercere non valet, & præcipue, quæ ſunt Romano Pontifici reſeruata, & ſic inquit a cenſuris Pōtifici reſeruatis abſoluere. Ita habetur in Clem. ne Romani. §. irritum de elect. & docet Sylu. ver. Cardinalis. Suar. tom. 5. de cenſ. diſp. 7. ſect. 2. n. 5.

2 Dices. Inferiora Canonicorum Collegia poſt obitum ſui Antiſtitis, Epiſcopali iuriſdictione funguntur: ergo & Collegium ſuperius Cardinalium hoc poterit Sede vacāte.

Reſpondetur, concedendo antecedens; quia hoc illis de iure conceditur: vt patet cap. ſi Epiſcopus de maior. & obed. 6. & cap. is, cui de electione. 6. Collegio autem Cardinalium à iure denegatur in d. Clem. ne Romani, idque merito factum eſt, vt Cardinales Romani Pontificis electionem maturent. Azor. p. 2. inſtit. moral. l. 4. c. 3. dub. 1.

Papa nullo modo poteſt excommunicari.

1 PApa nullo modo poteſt excommunicari, niſi in duobus caſibus, ſcilicet Hæreſis, & Apoſtaſiæ. Flores Theol. q. 4. d. 189. vnic a. 4. Vide excommunicatio n. 34.

Papam

Papam electum à tertia parte Cardinalium recipiens, eſt excommunicatus.

1 EXcommunicatio eſt contra recipientes in Papam eum, qui tantum fuerit à tertia parte Cardinalium electus; & contra conſentientem tali ſuæ electioni, & nemini reſeruatur ſecluſo ſciſmate. Caiet. 19. Sed hic ſemper ſolet interuenire ſciſma, & conſequenter reſeruatur Papæ in Bulla Cœnæ c. 1. Suar. diſp. 23. ſect. 3. n. 9.

Papa viuente, aut mortuo facientes promiſſiones ſunt excommunicati. Vide Sponſiones.

1 EXcommunicatio eſt contra laicos, & Clericos cuiuſcunque ſtatus, & dignitatis facientes promiſſiones, ſtipulationes, conuentiones, atque pacta (quæ vulgo ſcommeſſæ dicuntur) aut contractum nominatum, vel inominatum faciunt ſuper futura electione Summi Pontificis viuente ipſomet Pontifice, aut vacante Sede Apoſtolicæ; Gregi XIV. Quæ incipit. !. naluagi.

Papæ electio ob nullam Cardinalium excommunicationem, ſuſpenſionem, vel Interdictum infirmari poteſt.

1 ITa in Clem. ne Romani 6. cæterum de elect. in 6. Deinde ſi plures electores ſint

ſint tametſi aliqui excommunicationis impedimentum habeant, nihilominus aliarum ſuffragia valebunt, & electo ius tribuent: ſi ipſorum numerus ſufficit ad electionem cõplendam: quia vtile per inutile non debet vitiari: reg. 37. in 6.

Papatum ambientes ſunt excommunicati.

1 EXcommunicatio eſt contra Clericos, & laicos, qui Papatum ambiunt, eiuſque cauſa ſimoniam committunt aut viuente Summo Pontifice per ſe, vel per alios verbis, aut ſcriptis, ſeu nuncijs de futuro Pontifice eligendo tractant. Paul. IV. An. 1558.

2 Excommunicatio eſt contra Cardinales ambientes Papatum, vel eo viuente, & inconſulto tractantes de futuro Papa eligendo. 2. contra eorum complices, & fautores & reſeruatur Papæ. extr, 38. cum ſecũdum Pauli V.

Audiant ambientes Papatum Pium II. dicentem. Graue eſt Pontificis onus, & beatus qui illi bene defert, & Adrianum V. Pontificem, qui dum rogaretur, quod nam ſupplicium capitali ſuo hoſti imprecaretur, reſpondit, vt ſit Pontifex. Plat. in eius vita.

Summi Pontificatus pericula magnus Gregorius plangebat, atque in ſua aſſumptione grauiſſime deplorabat, dicens. Cor meum dereliquit me, nolite vocare me Noemi, filios enim perdidi, ideſt opera per terrenas curas. Prius eram ſuper altitudines terræ; ſed

poſt

poſt curarum fluctibus,& tempeſtatibus ſum depreſſus. Qui ad hoc ſufficit onus? Symia vocari Leo poteſt. Quid eſt aliud poteſtas culminis,niſi tempeſtas mentis? Quanto quis altior erigitur, tanto curis grauioribus oneratur, & Aug. Sicut nihil in hoc ſæculo excellentius. ita nihil in hac vita laborioſius,nihilque difficilius, aut periculoſius Pontificatus officio, ſi eo modo militetur, quo Imperator Chriſtus iubet, & Hieron. Non eſt facile in loco Petri, & Pauli tenere Cathedram. Ideo D. Bernardus inquit. Quid eſt honor,niſi onus? Quid eſt Potentatus? niſi cruciatus? Quid eſt ſublimitas, niſi naufragioſa tempeſtas? Quis poteſt eſſe in honore ſine dolore? Quis in Prælatione ſine tribulatione? Quis in dignitate ſine vanitate.

Quaris onus magnũ, magnũ dum quaris honorẽ.

Adrianus IV. dicebat Cathedram Roman. Pontificis circumquanque ſpinis eſſe clauſam iter vndique confertum aculeis. Dicebat etiam. Nemo eſt Romano Pontifice magis miſer; ergo qui titulum habet, Beatiſſimi, ab alijs, à ſe habet miſerrimi. Italicè Pontifice par detto dalle ponture.

Marcellus Secundus,cum aliquando pranderet, manu feriens menſam, non video, inquit, quomodo qui locum hunc altiſſimum tenent ſalui eſſe poſſint: Per exagerationem id eſſe dictum ſcimus, quod tamen oſtendit muneris magnitudinem. In eius vita.

Et Leo XI. in fine dixiſſe dicitur. Quam melius fuiſſet, ſi Monaſterij, quam Cæli clauem tenuiſſem.

De

De Brunone quidam meminere.
Renuit oblatum ſibi Bruna Pontificatum;
Cernens eſſe ſtatum magnatum raro beatum.

Corona dicitur, quia cor onerat; vnde onerati potius, quam honorati dicuntur Principes.

Ambire Papatum eſt inordinata cupiditate Papatum quærere. Ambitio enim ex S. Th. 2.2. q.131. a. 1. & alijs doctoribus eſt inordinata cupiditas honoris, & dignitatis. Tunc autem cupiditas inordinata eſt, dum quæritur dignitas medijs illicitis, ſeu prohibitis, vt in noſtro caſu, in quo vetitum eſt procurare Papatum viuente ipſo Pontifice ob periculum captandæ illius mortis.

Dicitur autem ambitus ab ambiendo, ideſt circumeundo, eo quod ambiens dignitatem nunc ad iſtum, nunc ad illum adeat, vt dignitatem conſequatur. Et hoc dicitur crimen affectati honoris vetitum l. Iulia ambitus à Caio Cæſare Octauiano. Teſte Suetonio.

Papa poteſt diſpenſare, aut permittere, vt quis cum excommunicato participet.

1 RAtio eſt, quia præceptum hoc vitandi excommunicatos humano, & Pontificio iure inſtitutum eſt, vnde poteſt Papa, qui non eſt aſtrictus iuri communi, ex cauſa concedere participationem in diuinis, & Sacramentis cum excommunicato, & de facto diſpenſauit in extrau. Ad euitanda ſcandala

Mar-

Martinus V. cum Concil. Conſtant. ne vitare teneamur excommunicatos non denunciatos. Vide Sylu. Henriq. Tab. Hugol. Sayr.

Papa vi directiua tenetur vitare excommunicatos.

1 LIcet Papa nec vi coactiua ipſius legis, nec ratione præcepti à ſe lati ad vitandos excommunicatos obligetur, tenetur tamen vi quadam directiua, & quæ principem ratione ad rectum, & æquitatem dirigit humanæ conſtitutioni, etiam à ſe ipſo latæ, ſe ipſum ſubmittere, eamque obſeruare, quia ratio naturalis dictat Principem legem illam ſeruare debere, quam ipſe tulerit. arg. c. cum omnes de conſtit. & ſapientis dicat authoritas. Patere legem, quam tu ipſe tuleris.

Par à pari non poteſt excommunicari. Vide excommunicatio, n. 37.

Paralyſis facit irregularem.

1 PAralyſi laborantes irregulares ſunt. cap. vlt. de cleri ægrot.

2 Paralyſis eſt reſolutio neruorum in altera tantum corporis parte. Nam in omnibus apoplexia nominatur. Vnde Paralyticus, id eſt membris diſſolutus, & deſtitutus. Laborantes. Paralyſi irregulares ſunt, ſiue diſſolutæ ſint manus, ſiue pedes, ſiue lingua, ſiue ali-

qua

qua quælibet pars corporis. Maiol. l. 2. c. 24. n.1.& citat S.Thom.3.p. q.82.ar.in fin.

Parochus quando eſt ſuſpenſus.

1 SVſpenſio eſt contra Religioſos etiam Parochos, qui alterius Parrochiæ ſponſos præſumunt matrimonio iungere, aut benedicere ſine propria eorum Parochi licentia, etiam cuiuſuis priuilegij, aut imme morabilis conſuetudinis prætextu, & durat donec ab ordinario eius Parochi qui matrimonio intereſſe debebat, ſeu à quo benedictio ſuſcipienda erat, abſoluatur. Concil.Trid.ſeſſ.24. de reform.

2 Si Parochi negligentia aliquis ſine baptiſmo moriatur, eſt deponendus. Quicunque presbyt.de conſec.d.4. Iuſt. can.l. 2. de baptiſmi §. baptizandi, & ibi gloſ. Periculoſa certe, atque grauis ſarcina eſt cura paſtoralis. Nam cuiuslibet ouis perditio illius periculum eſt, ad quem Propheta ait. Et erit anima tua pro anima illius. Vnde Auguſt. Clerici officium ſi perfunctorie geritur, nil apud Deum miſerius, triſtius, & damnabilius.

3 Parochus in miniſtrando Sacramenta Infirmis debet eſſe multũ expeditus, ne propter eius negligentiam aliquis ſine eis moriatur. Nam damnationis ouis in hoc eſſe poterit cauſa; quia ſi quis tantum eſſet attritus, ex vi Sacramenti ſic fieret contritus, qui ſine Sacramento decedendo tantum attritus damnaretur.

4 Parochus in aliena Parochia ſine licen

tia

tia Epiſcopi loci aſſiſtens matrimonio ſuorum Parochianorum, ceſſante ſcandalo; non peccat, nec pêr Epiſcopum puniendus venit. Barboſ. de pot. Epiſ. p. 2. alleg. 32. n. 97.

5 Parochus, aut quilibet etiam regularis Sacerdos, qui intereſt clandeſtinis nuptijs, triennio ſuſpenditur, & ſi culpa exegerit grauius punietur. Can. Pœnit. 11. 1. cap. cum Inhibitio. Et licet ſolum dicat, quod in hoc delinquens ſuſpenditur ab officio, intelligendum eſt, quod talis ſuſpenſio inducit etiam ſuſpenſionem à beneficio; cum hoc ſit regulare. Vt notat gloſ. in Clem. cupientes de pœnit. in gloſ. magna.

6 Hæc pœna triennalis ſuſpenſionis ab officio ex iure canonico non poteſt diminui ab Epiſcopo. DD. apud Barboſam alleg. 166.

7 Hæc ſententia iuxta Lopez in annot. ad Diaz. c. 7. non imponitur Ipſo iure, ſed Iudicis ſententia deſideratur, quod manifeſte colligitur ex d. c. cum Inhibitio §. fin. ibi ſuſpendatur. Et ſic per ſententiam cum illud verbum, ſuſpendatur, actum Iudicis in futurum exigat, & ea ratione eſt canon ferendæ, non latæ ſententiæ.

8 Matrimonium clandeſtinum iuxta Trid. ſeſſ. 24. de refor. eſt, in quo non fuerit Parochus, vel alius de ipſius Parochi, vel Epiſcopi licentia, & duo, vel tres teſtes; quod eſt nullum; & contrahentes ad ſic contrahendum inhabiles.

9 Prohibuit Eccleſia acerbe matrimonia clandeſtina ob multa animarum pericula inde prodeuntia; contigebat enim ſæpiſſime, vt

Eccle-

Eccleſia, quæ ſecundum approbata iudicat, compelleret coniugem ſeparari à vero coniuge, & habitare cum non ſuo; quia ſecundum matrimonium nullum ſecundum ſe probatur externe verum, & verum externe nullum.

10 Parochus aſſiſtens matrimonio, ſi ſit adminiſtratione interdictus ſuſpenſus, vel excommunicatus non toleratus, modo non ſit actualiter depoſitus, ſed titulum, ac poſſeſſionem retineat, validum eſt matrimonium.

Ratio eſt: quia aſſiſtere matrimonio non eſt actus iuriſdictionis, vel adminiſtrationis: cum etiam ab inuito, ſeu cauto valide præſtari poſſit: ſed eſt actus teſtimonij, ex iuris diſpoſitione ad matrimonij ſubſtantiam requiſitus. Ita Sanchez Henreq. ladeſma Rodriq. Conin. & alij.

Pater familias quando eſt irregularis.

1 Pater familias paupertatis cauſa prolem in lecto ſuo collocans, & opprimens eſt irregularis, non adhibitis debitis circumſtantijs, Armill. irreg. n. 51. Qui caſus in c. quæſitum de pœnit. & remiſſ. Caiet. 22. quæſt. 64. num. 8.

2 Pater familias ferocem canem alens, & incaute ligans, ſi aliquem hic canis hominem occidat eſt irregularis. Sylu. homicidium 2. quæſt. 24. Nauar. cap. 27. num. 227. Auila diſt. 7.

Pater

Pater occidens filiam adulterantem eſt irregularis.

1 ABbas in cap. veniens de ſponſal. quamuis ſecundum leges ciuiles liceat illam occidere.

Pedagia noua imponens eſt excommunicatus. Vide imponens.

Penſio ſuper beneficio Eccleſiaſtico facta excommunicato eſt irrita.

1 QVia poſt Pium V. penſio videtur titulus Eccleſiaſticus, & penſione fruens clericali tenetur ad horas B.V. Mariæ recitandas, vt habetur in extrau. Pij V. quæ incipit ex primo. Et matrimonium contrahens, amittit penſionem, ſicut beneficium.

2 Quia penſiones licet beneficia non ſint, redditus tamen ſunt Eccleſiaſtici. Sayr. l. 2. de cenſ. c. 5. n. 13.

Pœnas pecuniarias Cameræ Apoſtolicæ non applicantes quando ſunt excommunicati.

1 EXcommunicatio eſt contra Sedis Apoſtolicæ Gubernatores, qui pœnas pecuniarias, ſeu multas, aut bonorum in partem,

tem], vel in totum confiſcationes contra delinquentes per ſtatuta, vel bandimenta impoſitas alteri; quam Cameræ Apoſtolicæ applicare quouis modo præſumunt, & nemini reſeruatur. extr. 56. Decet Pij IV.

Pœna excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, & irregularitatis quando inducit culpam grauem, vel leuem.

1 Poena excommunicationis, ſeu latæ, ſeu ferendæ ſententiæ obligat ad mortale. cap. Epiſcop. & cap. Nullus 11. q. 3. niſi ante Iudicis ſententiam concedatur ab ipſa lege admonitio, nimirum, niſi admonitus reſipiſcat, excommunicetur; hæc enim verba indicant leuem culpam. Caiet. verb. Præceptum §. pœna. Nau. c. 23. n. 52. Henriq. de Synod n. 262.

2 Pœna tamen ſuſpenſionis non arguit obligationem ad mortale. Caiet. verb. Suſpenſio. Nau. c. 27. n. 5. Neque item pœna irregularitatis. Nau. n. 220. Caſtro de lege pœn. c. 5. Turrecrem. ad c. quæuis de conſecrat. d. 4. Couar. relect. de homic. d. p. 2. §. 4. n. 9. Claret. ex cap. tua nos c. ad audientiam. 1: de homicidio volunt. Ratio eſt. quia huiuſmodi pœnæ incurri poſſunt ob ſolam culpam venialem.

3 Veruntamen pœna interdicti obligat ad mortale. Gouarr. cap. Alma mater. 2 p. §. 1. num. 5. Sylu. interdictum 3. quæſt. 1. Sot. in 4. diſt. 22. q. 3. a. 1. concl. 2. Ratio, quia huiuſmodi

di Pœna non incurritur, niſi propter grauem culpam. Medull.part.2.cap.4.§.6.

2 Creditor, qui clam accipit de bonis creditoris, quod ſibi debetur, quando alias illud recuperare non poteſt, non tenetur illud reuelare, ſi Prælatus præcipiat hoc ſub pœna excommunicationis, idem dicendum de omnibus, qui vere ſciunt tale factum. Sylu. ver. furtum q.15.n.19.Nauar.cap.17.Sum.n.112. & 113.

Pœnæ Canonicæ quæ, & quot ſunt.

1 Pœna canonica eſt pœna inflicta per canones prohibens, vel arcens punitum ab aliquo gradu Eccleſiaſtico, qui alias ſibi liceret.

2 Sex ſunt pœnæ canonicæ videlicet. Depoſitio, ſiue Degradatio, Infamia, Irregularitas, Excommunicatio, Interdictum, & Suſpenſio.

Pœna excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, & irregularitatis quando obligant.

1 Excommunicatio, irregularitas, ſuſpenſio, & ſimiles pœnæ, quæ priuant ſolis bonis ſpiritualibus, ſtatim obligant in conſcientia, ſi ipſo iure, apponatur, omnes DD. quantumuis occultum ſit crimen, vt conſtat ex Trident. cap. 6. de reform. Vbi decernitur poſſe Epiſcopum diſpenſare in irregularitate orta

orta ex crimine occulto, præterquam in ea, quæ oritur ex homicidio voluntario.

Pœnæ excommunicationis, & ſuſpenſionis Ordinum poteſt quis ſe obligare. cap. cum dilectus. cum ibi notatis per gloſ. ver. obligauit. de elect. & cap. quoties cordis. cap. q. 7.

Pœnitentia ſollemnis quando inducit irregularitatem.

1 NVlla pœnitentia ſollemnis hodie inducit irregularitatum, niſi adiunctam habeat infamiam. Bonac. q. 3. p. 2. prop. 2. n. 4.

2 Cum ſollemniter pœnitentibus, ſi dubitatur de irregularitate, poteſt Epiſcopus diſpenſare ob neceſſitatem, vel vtilitatem ad minores ordines, Barb. alleg. 43. n. 8.

2 Si Epiſcopus ſollemniter pœnitentem ignoranter ordinauerit; tantum ordinatus deponitur; quia tempore ordinationis ſuæ ſuum impedimentum non manifeſtauit Epiſcopo. Si vero Epiſcopus ordinauerit eum ſcienter; etiam ipſe poteſtate ordinandi priuabitur: can. ex pœnitentibus. 55. diſt. 50. Quod intellige quando ordinauit ſcienter abſque diſpenſatione, vel indiſcrete diſpenſauit, ſecundum Archidiaconum in cap. placuit. ead. diſt.

3 Hodie ſollemnis pœnitentia non eſt in vſu, non peccatorum defectu, ſed Prælatorum in curia. Teſte Diaz. in pract. crim. c. 23. in princ. Nauar. vero in can. Siquis n. 2. de pœnit. diſt. 5. & poſt eum Couarr. l. 2. verb.

V reſo-

reſolutio. c. 10. n. 3. teſtantur apud Saxones veſtigia aliqua ipſius reperiri.

Pœnitentiariæ officialis quando eſt excommunicatus. Vide Officialis S. Pœnitentiariæ.

Percutiens Epiſcopum quando non incurrit in Bulla Cœnæ.

1 PErcutiens Epiſcopum nondum conſecratum, non incurrit in Bullam Cœnæ. Nau. man. c. 27. n. 67.

Percutiens Clericum quando eſt excommunicatus. Vide Teſtes.

1 EXcommunicatio eſt contra percutientem Clericum, vel Monachum ſuadente Diabolo, ideſt cum peccato mortali, mortale enim peccatum neceſſario requiritur ad incurrendam hanc cenſuram, tam ob leuem, quam ob grauem percuſſionem, quamuis excommunicatio ob leuem referuetur Epiſcopo, ob grauem vero Papæ. cap. ſiquis 13. q. 4. & ibi DD.

2 Hæc cenſura ita generalis eſt, vt omnes in vniuerſum perſonas vtriuſque ſexus laicas, & Eccleſiaſticas cuiuſuis dignitatis comprehendat, excepto Summo Pontifice, & ijs etiam exceptis, qui non ſunt baptizati, vel incapa-

ces

ces malitiæ, atq; adeo peccati mortalis, quod cum adeſt in materia hoc canone prohibita, ſemper cenſetur fieri ſuadente Diabolo ab ijs, qui illius ſunt capaces.

Sub nomine Clerici intelligitur etiam qui habet primam tonſuram, modo coronam, & habitum clericalem geſtat, quamuis ſit coniugatus, ſi tamen ſemel tantum, & cum virgine contraxerit: imo etiam Clericus excommunicatus, interdictus, ſuſpenſus irregularis, degradatus ſolum verbaliter, ſed non realiter.

Sub nomine Monachi intelligimus Monachos, & regulares profeſſos, & conuerſos, imo nouitios, & nouitias: Similiter Fratres Tertij Ordinis S. Dominici, vel Franciſci, qui gregatim viuunt, & habitum religioſum portant. Item equites Hyeroſolimitani, ipſi enim emittunt tria vota: Item Hæremitæ, qui ſpecialem aliquam obligationem Eccleſiaſticam habent, vt ſunt religioſæ regulæ aſtricti, vel Epiſcopo ſpecialiter ſubiecti voto pacto, &c.

Nomine manus intelligitur etiam pedes, brachia, & alia membra: nominatur autem manus, quia manus eſt organum organorum, & aptius membrum ad percutiendum.

Nota primo actionem, per quam incurritur hæc cenſura debere eſſe iniurioſam opere externo completam, quæ contingat ipſam perſonam. vel rem aliquo modo inhærentem illi, ita, vt ei vis inferatur, licet contractus phyſice conſideratus leuiſſimus ſit. Quare actiones, quæ fiunt in rebus clerici, vel alijs perſonis illi coniunctis etiam ſi ſint iniurioſæ, non comprehenduntur in hoc canone.

Item quando aliqua actio fit contra honorem, vel contrarius, vt ſi violenter clericus detineatur, incarceretur, reputatur grauis iniuria in perſona illius, ſic etiam eripere violenter rem è manibus clerici, quæ ipſius eſt, virga percutere, expuere in eum, vel ſimilem actionem facere ita, vt arbitrio prudentum exiſtimetur actio iniurioſa clerico, ſatis eſt ad cenſuram. Vnde non eſt neceſſe, vt pars corporis immediate attingatur; ſatis enim eſt veſtem, pileum, aut quid ſimile, vel attingi rem, quæ deferat, aut contingat talem perſonam, modo actio ſit iniurioſa: Vt ſi detineatur violenter equus freno deferens clericum, vel claudatur in cubiculo, vel domo, ita, vt inde exire non poſſit, aut non ſine magno pudore.

Nota 2. in hac cenſura comprehendi etiam mandantes talem percuſſionem fieri, ratam habentes eorum nomine factam, conſentientes, auxilium, fauorem præſtantes ſequuto effectu. c. mulieres de ſent. excom. in 6.

Clerici percuſſionem mandare dicitur is, qui non mandat Clericum percuti, ſed dixit ſuis ſe vindictam eius expetere, credere debens, quod ex hoc illi mouerentur ad percutiendum. Vnde ſecuta percuſsione, erit excommunicatus, licet non eo animo dixerit. Nau c. 27. Sum num. 78. Sylu. excom. 6. n. 5. & alij.

Item non impedientes talem percuſsionem, ſi teneantur ex iuſtitia, vt Superiores, miniſtri eorum, Patres, Domini, & ſimiles. Vel ex charitate in caſu, quo poteſt impediri ſine

pro-

proprio periculo, & damno in aliqua extrema, vel graui neceſsitate. cap. mulieres, & ep. Quantæ de ſent. excom. & cap. cum quis eod. in 6.

Item qui ſclopum explodit in clericum, qui ob terrorem moritur, quamuis pila ne leuiter quidem tactus, vel læſus fuerit hæc re cenſetur actio violenta, & iniurioſa in clericum. Figliucc. n. 17. & alij.

De Clerico conſentiente in ſuam percuſſionem; quæ ab alio fit, dic ipſum non incurrere, ſed eſſe excommunicandum; quia non tam cenſetur conſentire, quam permittere ad euadendam maiorem alterius offenſionem, & percutiens incurrit, ſi illius actio eſt ordini clericali iniurioſa, alias non. Suar. num. 58.

Excipiuntur ab hac cenſura. 1. Superior Eccleſiaſticus, ſiue regularis, ſiue ſæcularis, qui ob iuſtam correctionem, & debito modo factam percutit ſibi ſubditum.

2. Excipitur percutiens clericũ ioci cauſa.

3. Excipitur percutiens clericum, etiam grauiter ex ignorantia.

4. Excipitur Iudex ſæcularis, qui in crimine inuentum clericum capit, & detinet in caſibus, & modo ſibi à iure permiſſo.

5. Excipiuntur magiſtri, qui diſciplinæ cauſa clericum verberant, idem dic de patre, hero, & ſimilibus, ſiue per ſe, ſiue per alios, modo correctio ſit proportionata perſonæ caſtiganti, & quæ caſtigatur, cum ea tamen intentione, ſeu fine, quo decet paternam correctionem, & diſciplinam.

7. Excipitur Clericus vltro ſe offerens percuſsioni.

Quod ſi obijcies clericum illum participare in crimine criminoſo, & ideo incurrere excom, Reſp. negatiue: Quia participare in crimine criminoſo eſt participare in crimine, propter quod quis excommunicatus eſt, iam contracta excommunicatione. Vide ſi excõmunicantur fœminę, quæ cum coniugatis copulam habuerint illicitã, prima fœmina, quæ cum coniugato communicent non contrahit prima vice excommunicationem.

Sed aliæ, & prima pro ſecunda vice, & reliquis.

8. Excipitur etiam percutiens clericum ob iuſtam ſui defenſionem, modo defenſio ſit in continenti; ideſt, ipſo actu aggreſſionis, vt mulier tentata à clerico aliquo impudico facto, eum percutiens, non incurrit.

Idem dic de percutiente clericum aggreſſorem, quia fuga eſt iniurioſa ſibi, & de inſequente eundem àſportantem ſua bona, ſi vi illum detineat.

Idem de percutiente clericum turpiter peccantem, vel turpiter inuentum cum propria vxore, matre, filia, aut ſorore in loco ſuſpecto, quamuis non inueniat in actuali delicto, aut lecto. Nau. c. 27. nu 84. ſecus cum alijs cognatis inferioris gradus.

Idem de percutienda clerico bigamo. Vide Bigamo.

9. Denique excipitur Clericus voluntarie percutiens ſe ipſum. Barboſ. in collect. t. 1. p. 2. decreti. cauſa 17. q. 4. n. 38. Turrianus de

cenſur.

cenſur.l.3.diſp.29. dub.3.contra Carolum de Graſſis,de effectibus Clericatus,effect.9.n.82. qui citat, & ſequitur 30. Doctores. Quia illud priuilegium factum eſt in fauorem ordinis. Sed noſtram ſententiam probabiliorem putat eſſe Turrianus 1.quia prædictus Canon ſiquis ſuadente: manifeſte loquitur de perſona diſtincta à percutiente clericum. 2. quia oppoſitum nullo iure probatur, nam cap. contingit loquitur de actione iniurioſa, de qua loquitur Canon, ſiquis, & hic,vt dixi, de actione alterius perſonæ loquitur.

Nota 3. percuſſores clericorum eſſe excommunicatos tum ſi percutiantur viui, tum etiam ſi mortui Felin. c. à nobis 2. n. 4. de ſent. excom.

10 Percutiens vno ictu, & vnica percuſſione plures clericos, plures etiam incurrit excommunicationes.Quia tot ſacrilegia committit, quot perſonas ſacras iniuria afficit: ergo tot erunt cenſuræ, quot ſunt perſonæ ſacræ quæ percutiuntur. Nau.in Sum.c.6.n.18. Sayr.l.1.de cauſ.c.10.n.9. citans Vgolinum, & alios.

11 Percutiens clericum pluribus ictibus ſucceſſiue per aliquod tempus, ſine tamen interruptione morali, vnam tantummodo incurrit excommunicationem: arg. cum pro cauſa. de ſent. excom. Vbi qui clericum in dormitorio verberauerit, & poſtea eundem verberando per clauſtrum traxit, ſemel excommunicatus fuiſſe dicitur. Tum quia cenſetur vnus tantum actus moralis, vna percuſſio, vnum delictum:ergo vna tantum excommuni-

municatio incurritur. Tum quia ſic agens vnam habere cenſetur intentionem de vno delicto prohibito ſub pœna cenſuræ committendo. Nau.tom.2.conſ.l.5. de pœnit. & remiſ.conſ.14.n.2. Sayr.l.1.de conſ.c.10.n.9.

12 Percutiens Caium clericum credens inuincibiliter illum non eſſe Caium, ſed Titium ſimiliter clericum incurrit in excommunicationem. Quia tam intentio, quam opus externum eſt iniurioſum ſtatui clericali [Sayr. l.3.de cenſ c.27. n.4.Sanchez l.9. de matrim. diſp.37.n.27.

13 Percutiens Monachum initiatum prima tonſura, in duas incidit excommunicationes; quia licet huiuſmodi percuſſio in eod. can. Si quis ſuadente. 17.q.4.[contineatur tamen, vt diſtinctæ percuſſiones traduntur;ſcilicet clericum, vel monachum,&c. Tum quia illius percuſſio duplex transgreſsio formaliter cenſetur. Vna contra reuerentiam debitam ſtatui Religioſo: Altera contra reuerentiam ſtatui clericali debitam, eſt enim circumſtantia monachi diuerſa ſpecie à circumſtantia clerici, nam alia eſt conſecratio clerici,& alia Religioſi,&c.Bonac. to 1.diſp.1.q.1.p.5.n.9.

Si quis telum in clericum inijciat, & mox antequam ad ipſum perueniat per contritionem vere doleat de peccato, adhuc incurrit excommunicationem, ſi poſtea telo clericus vulneretur. Quia ad cenſuras incurrendas ſatis eſt, quod quis liberam cauſam factis ſub cēſura prohibitis dederit, & quod effectus ſit ſecutus. Medin. 1.2. quæſt. 71. art. 5. Sanchez. l. 1. oper. mor. cap. 16. num. 46. Azor.

par.

par. 1. inſt. mor. l. 1. cap. 7. quæſt. vnic.

14 Percutiens leuiter clericum excommunicatum nolentem exire ab Eccleſia dum ſacra peraguntur, non eſt excommunicatus Philiar. l.3.c.33 de offenſ. ſacerd. n. 3. cap. 16. Sayr. c. 27. n. 15.

15 Pueri ante duodecimum, vel decimum quartum annum afficiuntur excommunicatione, ſi manus violentas inijciant contra clericum, & ſint doli capaces c. 1. & vlt. de ſent. excom. Nam ibi eſt ſermo de pœna, quæ ipſo facto incurritur. Sylu. verb. homicidium 3. q. 1. dicto 5. & q. 2. dict. 3. Vbi ait pueros occidentes alios eſſe irregulares. Et ſi populo ſacris intereſſe Interdictum ſit, etiam pueri doli capaces comprehenduntur. Sanchez. l. 1. oper. moral. c. 12. n. 7. & 8. Bonac. tom. 1. de Sacram. diſp. 5. q. 5. ſect. 2. p. 4. n. 5.

16 Poteſt Epiſcopus ab hac excommunicatione abſoluere. 1. quando percuſsio eſt leuis. 2. impuberes, eſto læthaliter percutiendo, peccauerint. gloſ. in cap. mulieres. de ſent. excom. 3. ægrotos perpetua, vel diuturna ægritudine impeditos nequientes iter facere. Nau. c. 27 ſum. n 88. 4. mulieres cuiuſcunque ætatis, quia periculoſum eſt mulieres peregre proficiſcere, & ſe virorum cœtibus immiſcere. 5. monialem, ſi monialem, vel conuerſam, aut clericum percuſſerit, etiam ſi percuſsio ſit enormis. Sylu. v. abſolutio. 4. nu. 5. Denique omnes, & quoſcunque legitime impeditos, ne poſsint Papam adire DD. fere omnes in d. c. mulieres.

17 Si quis tribus vulneribus continenter

inflictis clericum percutiat, in vnam dumtaxat excommunicationem incurrit, cenſetur enim moraliter vna numero percuſsio. Azor. Couar. Mol.

18 Secus ſi Epiſcopus imponat pro quolibet vulnere peccatum excommunicationis. Tunc enim pro numero vulnerum debet pœna multiplicari. Couar. Graff.

19 Clericos collegialiter, ſeu communiter viuentes, qui ſe ſe mediocri, & non enormi percuſsione afficiunt, poteſt Epiſcopus abſoluere ab hac excommunicatione cap. quoniam de vit. & hon. cleric.

20 Monialis abſolui poteſt ab Epiſcopo loci, ſi Monialem, vel conuerſam, aut Clericum percuſſerit, etiam ſi percuſsio ſit enormis. Sylu. verb. abſolutio 4. n. 3. verſ. tertius eſt.

Materiæ paruitas excuſat ab excommunicatione in percuſsione clerici, licet fuerit facta interius prauo animo. Vide materiæ paruitas.

Percutiens Clericum publice, & notorie quando eſt euitandus.

1 VT quis dicatur publicus percuſſor clerici, vt illum vitare teneamur, neceſſe eſt, vt talis percuſsio nulla poſsit tergiuerſatione celari, & nullo iuris remedio niti. Couarr. in cap. Alma mater. p. 1. § 2. n. 7. & Fagun. præcep. 1. l. 2. cap. 5. n. 12. Sayr. de cenſ. l. 2 c. 11. n. 18. Vnde qui publice, & notorie percuſsit clericum poteſt dicere ſe fuiſſe

ebrium

ebrium, aut in ſuam iuſtam defenſionem feciſſe, vel ignoraſſe excommunicationem percuſsioni eſſe adnexam, & alia tergiuerſatione celari, allegando in iudicio rumoris falſitatem, ideo quamdiu non conſtat per iudicis ſententiam illum iuris remedio non poſſe excuſari, nunquam dicitur notorius clerici percuſſor. Opus eſt ergo, vt conſtet percuſſorem nullam habuiſſe cauſam percutiendi, vt vitetur!

Peregrini non obligantur cenſuris locorum generali ſententia, aut ſtatuto decretis.

1 HAnc ſententiam tenet Diana tract. Miſcell. reſol. 73. Layman. in Theolog. moral. l. 1. tract. 4. p. 1. cap. 4. n. 5. & alij ex textu claro in cap. à nobis c. 1. de ſent. excom. nam poteſtas iuriſdictionis tantum ſe ad ſubditos extendit; ſed ſicut ſententia, ita, & ſtatutum manat à poteſtate iuriſdictionis: ergo ſolum ligat ſubditos, non autem aduenas, & peregrinos. Vnde excommunicatio lata contra eos, qui ſciunt aliquod furtum, ſeu delictum eſſe commiſſum, non ligat tranſeuntes.

2 Contra Suar. Barboſ. Vgolin. Nauar. & alios. Plerique tamen mouent doctrinam ſuam intelligendam non eſſe de ſolo tranſitu, ſed ſi hoſpes ad breue tempus, ſaltem vnius diei manſurus ſit, legibus loci proprijs obligari, probantes auctoritate S. Ambroſij apud S. Aug. ep. 18. ad Ianuar. cum Romam venio,

Sabbatum ieiuno: ſic & tu, ad quamcunque Eccleſiam veneris, eius morem ſerua: ſi cuiquam non vis eſſe ſcandalo nec quemquam tibi, & c. quiſquis d. 41. vbi Gloſ. ait ver. viuit. Nota, quod quilibet conformabit ſe ſocijs ſuis in cibis, & in moribus. Et altera Gloſ. in cit. c. illa, hinc verſum ortum eſſe inquit.

Si fueris Romæ, Romano viuito more,
Et ſi ſis alibi, viuito ſicut ibi.

Peregrinum moleſtans eſt excommunicatus. Vide Romipetam.

Peſtis reddit irregularem.

1 PEſtis, ſeu peſtilentia irregularem ita reddit, vt nec promoueri poſſit, nec in ſuſceptis miniſtrare, quia ea laborantes, maximum periculum eſt, ne halitu, aut fætore alios inficiant. arg. cap. ex parte de cleric. ægrot.

Pigmei ſunt irregulares. Vide Gigantes.

Pirata eſt excommunicatus.

1 FErtur excommunicatio in Bulla Cœnæ contra omnes Piratas, curſarios, & ſimiles latrunculos maritimos, contra receptatores, fautores, & defenſores eorumdem. Per Piratas intellige eos, qui principaliter in

mari

mari verſantur cauſa depredandi, capiendi, ſpoliandi, mutilandi &c. eos, qui cauſa negotij, vel alijs de cauſis nauigant. Pirata græce, prædo latine dicitur à nomine primi latronis, qui prius mare infeſtauit, à quo omnes maritimi prædones piratæ dicti fuerunt, & vulgo dicuntur curſarij, ideſt, qui ſine bello indifferenter, & principaliter verſantur in agendis prædis maritimis. Et vt tales latrunculi incurrunt hanc cenſuram neceſſario requiri, vt diſcurrentes mare Eccleſiæ præſertim à monte Argentario vſque ad Terracinam, illud ingreſſi ſint animo depredandi, &c. Chriſtianos, non infideles, quamuis deprædationis effectus non ſit ſequutus, &c.

Hic non diſcurrentes hoc mare ob alium finem, & per accidens, ſi ſemel, vel iterum deprædentur, ſpolient &c. vel diſcurrant flumina animo deprædandi, non incurrunt hanc excommunicationem. Sylu. excom. 7. n. 56.

Nota etiam eos incurrere hanc excommunicationem qui eoſdem ſcienter receptant, ſeu occidunt, defendunt, ſeu iuuant verbis, aut factis, vt tales malefactores.

Non comprehenduntur Chriſtiani facti ſerui infidelium remigantes in nauibus piraticis ſcienter auxilium dantes, licet peccent mortaliter, quia debent prius mala pœnæ pati, quam culpæ. Nau. 27. n. 63.

Neque qui recreationis gratia, vel alia de cauſa nauigant, ſed interipſos ſuborta rixa aliquem occidunt ligantur hac pœna huius Canonis; quia non dicuntur latrones maritimi, vel Piratæ. Alter. de cenſ. cap. 3. diſt. 5

Du-

Duard, quæſt. 8. cap. 3, & alij.

Neque qui nauigant cauſa negotiationis, ſeu mercaturæ; ſed oblata opportunitate deprædantur, ligantur hac cenſura. Quia Piratæ, vel latrunculi maritimi iuxta communem ſententiam dicuntur illi, qui quaſi ex officio nauticum latrocinium exercent, ſeu ſe nauigationi dederunt animo deprædandi; non autem illi, qui aliquando ſolum, & incidenter deprædantur. Sayr. Nau. Suar. Figliuc. Regin. & alij.

Neque incidunt in excommunicationem hanc Piratæ ſtatim ac mare diſcurrere incipiunt; ſed eſt neceſſaria vna harum actionem, deprædari, mutilare, aut interficere, aut aliquem bonis ſuis ſpoliare. Si autem vel ſemel horum aliquid fecerint: excõmunicati ſunt. Caiet. verb. excommunicatio. cap. 18.

Sed qui in mari verſantur, & flumen ingrediuntur, vt alios deprædentur incidunt in hanc excommunicationem: nam maritimi piratæ dicuntur, non vero qui ſolum in fluminibus deprædantur. Angel. verb. Pirata.

Sed vtrum Pirata fidelis ſpolians alterum piratam excommunicationem huius Canonis incurrat. Reſpondeo diſtinguendo. Vel pirata mare pontificium diſcurrit intentione deprædandi, occidendi, vel ſpoliandi alterum piratam, vel intentione ſpoliandi alios fideles, quos iuſte ſpoliare non poteſt. Si mare diſcurrit intentione ſpoliandi, vel occidendi tantummodo piratam, non incurrit excommunicationem. Tum quia licitum eſt piratas occidere, & ſpoliare; c. ſi quis 23. q. 3.

q. 3. Tum quia piratæ æquiparantur hoſtibus fidei, & Principis ex Bald. in Authen. nauigio, cap. de futuris. Si vero diſcurrit mare pontificium animo ſpoliandi ſolum piratas, verum etiam alios, incidit in excommunicationem quia exercet actionem in Bulla vetitam ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda. Bonac. de cenſ. p. 3. q. 3. diſp. 1. q. 4. p. 2. Audiant Piratæ.

Latronum finis funis: mors vltima merces
Furca capit fures, hinc furca nomen habet.
At multi euaſere: dabit Deus his quoq; funem.
Rarus ſum o ſto fur ſine fune perit.

Podagra, vel Chiragra quando inducunt irregularitatem.

1 PОdagra, vel Chiragra laborantes, quæ manuum, aut pedũ vſum ita impediunt vt nec Sacramentum tractare, nec ad altare ſtare valeant, durantibus morbis iſtis, iure naturali impediti ſunt ad ordines ſumendos, vel exercendos, ceſſantibus autem his morbis cum nullum ſit impedimentum, nulla eſt irregularitas. Sayr. l. 6. cap. 9. n. 4. Sed quando ceſſabunt cum de podagra dicatur.

Soluere nodoſam neſcit medicina podagra.

Prædicator quando eſt excommunicatus.

1 EXcommunicatio eſt contra Prædicatores, qui in ſuis ad populum concionibus

nibus prædicant: primo aliud, quam euangecam veritatem, eiuſque Doctorum declarationem ſenſui, & verbis Sacræ Scripturæ conſonam. 2. tempus præfixum futurorum malorum, vel certum Antichriſti, & iudicij futuri aduentum. 3. alia futura ſibi quaſi ſpecialiter reuelata, aut inanes, & alienas diuinationes. 4. ſcandaloſam Prælatorum, aliorumque Superiorum detractionem, & reſeruatur Papæ. Concil. Later. ſub Leone X. ſeſſ. 11.

Verba prædicantium Chriſtum debent eſſe ſagittæ potentis acutæ ad penetrandum corda: carbones deſolatorij ad delenda vitia; gladij ancipites in manibus ad præſcindendas occaſiones. Vnde Bernar. ſuper cant. ſer. 16. Prædicator plus intendere debet ad imbuenda corda, quam ad exprimenda verba. Ideo peccant grauiter Prædicatores vaniloqui, auricolas dixerim, qui nihil aliud intendunt, quam lingua loqui, & auribus titillare, multa noua, vana, & ficta comptis, calamiſtratiſque verbis proferendo. Non ita tamen prædicatio debet eſſe ieiunia, & ſine ſale, vt lepore careat. Eccleſiaſtica tantum prædicanda, non humana, & Philoſophica Hyer. ad Hodibiam q. 10. Et Greg. Penſandum quoque nobis eſt qualiter loquamur, nam ſæpe verba, quæ hunc ad ſalutem reuocant, alium vulnerant. Qui contra ſupra poſitam ſibi poteſtatem murmurat, liquet, quod illum redarguit, qui eandem homini poteſtatem dedit. Vnde Chriſtus Sacerdotes alloquens.

Omnibus tenemini veſtris prædicare:

Sed quid, quibus, qualiter, vbi, quando, quare

De-

Debetis ſollicite præconſiderare,
Ne quis in officio dicat vos errare.

Clericus maledicus, maxime in Sacerdotibus, cogatur ad poſtulandam veniam, ſi noluerit, degradetur, nec vnquam ad officium abſque ſatisfactione reuocetur. Conc. Cartag. 4. d.46 c.ead.

Prælatorum Eccleſiaſticorumque vitia non ſunt ſilentio prætereunda; ſed in communi debita reuerentia, & ita prudenter, vt magis videamur dolere, quam reprehendere. Nau. a. 35. n. 142.

Quod ſemel emittis nũquã eſt reuocabile verbũ
Cur, vbi, cui quando, quidue loquare vide.

Fama res fragilis, & delicatiſſima, quæ ſi ſemel fuerit amiſſa, tarde recuperatur. Vnde verſus.

Quem ſemel horrendis maculis infamia nigrat
Ad bene tergendum multa laborat aqua.
Alterius oculo qui vult reprehendere labem,
De proprio potius eruat ipſe trabem.

Et Cato.

Turpe eſt Doctori cum culpa redarguit ipſum.

2 Excommunicatio eſt contra omnes, qui prædicando, vel diſputando, impugnare audent Montes Pietatis auctoritate apoſtolica hactenus probatos non eſſe licitos, in quibus pro ſeruientium miniſterio aliquid exigitur vltra ſortem ab ijs, quibus mutuum datur, & nemini reſeruatur. Concil. Later. ſub Leone X. ſeſſ. 10. 4. Maij 1515.

3 Excommunicatio eſt contra quoſcunque, qui prædicare, docere, vel defendere præſumunt fratres Prædicatores, vel Minores non

non eſſe in ſtatu perfectionis, vel eis non licere de eleemoſynis viuere aut prædicare, aut audire confeſſiones cum licentia Papæ, aut aliorum inferiorum Prælatorum ſine licentia Rectorum Eccleſiarum, aut presbyteri parrocchialis; & reſeruatur Papæ Ant. 3. p. tit. 24. cap. 70. & Caiet. cap. 81. Nau. cap. 27. num. 109.

4 Excommunicatio eſt contra quoſcunque tam concionatores, quam alios cuiuſuis ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis, qui quomodolibet affirmare præſumunt.

Primo hæreſim eſſe aut peccatum mortale credere, aut tenere B. Virginem in ſua conceptione à peccati originalis macula fuiſſe, vel non fuiſſe præſeruatam.

2. Peccatum aliquod eſſe celebrare Conceptionis officium, conciones ve eorum, qui immaculatam eam prædicant, audire.

3. Audire libros poſt hanc extrauag. ſuper iiſdem aſſertionibus editos legere, tenere, aut habere, vt veris, & reſeruatur Papæ. extr. 2. graue nimis de reliq. & vener. Sanct. Sixti V.

Circa quam nota primo hanc excommunicationem fuiſſe confirmatam, & innouatam contra omnes Eccleſiaſticos ſæculares, & regulares cuiuſuis Ordinis, conditionis, & dignitatis, qui in quibuſcunque locis, & actionibus publicis, in quibus ſcandalum ſuper his oriri poſſit præſumunt aſſerere B. V. conceptam fuiſſe in peccato originali, vel in dictis actibus impugnare alteram opinionem, donec aliter à Sede Apoſt. fuerit definitum. extr. 9. Regis pacificum, append. Bulla Pauli V.

No-

Nota 2. eiuſmodi aſſertionem hic prohiberi in publicis actibus; non autem in priuatis diſputationibus, vbi nullum poſſit ſcandalum oriri.

Hinc fit, vt quilibet in priuatis diſputationibus poſſit de vtraque quæſtione differere, & alterutram partem impugnare. Vide Decretum Congr. Cardin. de mandato eiuſdem Pauli V. coram quo de hoc 31. Auguſt. 1617. fuit habita generalis Congregatio.

Nota 3. quod in colloquijs priuatis, ſeu ſcriptis nemo audeat aſſerere Conceptionem cum peccato, neque de hac opinione affirmatiua agere ſine ſpeciali indulto Sedis Apoſtolicæ. Greg. XV. 24. Maij 1622.

Dominicani tamen poſſunt inter ſe dumtaxat, non inter alios, neque cum alijs de materia eiuſdem Conceptionis differere, neque ſuper his moleſtari debent. Idē. 28. Iulij 1622.

In officio Conceptionis eiuſdem non aliud nomen, quam Conceptionis adhibeatur ſub pœnis prædictis. Idem.

5 Ex communicatio eſt contra laicos concionandi munus exercentes. ex 6. Syn. gen. cap. 64. Valent. tom. 1. diſp. 10. quæſt. 1. q. 3. aſſert. 4.

Sæculares, & mulieres, licet poſſint hortari, ſedendo, vt Abbatiſſa, & Priores Societatum, non tamen prædicare formaliter, etiam cum licentia Epiſcopi, & maxime mulier; quia officium hoc virile eſt. Pan. in cap. noua de pœnit. & remiſſ.

Munus prædicationis per Epiſcopum committi poteſt, etiam clerico, qui non ſit in ſacris

eris Ordinibus conſtitutus, nō enim eſt actus ordinis. Simanca. de Cathol.inſtit.tit.49.n.1. Nau.conſil.7.de offic.deleg.vol.1. Ita S.Congregatio Concilij ad cap.4. de reform. cenſuiſſe fertur declarando, ſecus de mero laico.

Prædicatores hortantes Principes ad faciēdum iuſtitiam in communi, etiam quod ex eorum verbis moueantur ad inquirendum, & puniendum malefactores pœna mortis, non fiunt irregulares; quia non ſunt cauſa alicuius particularis occiſionis. Omnes.

Prælatus quando excommunicatur.

1 Excommunicatio eſt contra quoſcunque Prælatos, etiam Patriarchas accedentes ad Romanam Curiam, vel ab ea recedentes inſcio Papa, & nemini reſeruatur. Quæ cenſura eſt etiam contra quoſcunquē, qui tales apud Sedem ipſam receptare præſumunt, niſi ante receptionem eidem Romano Pontifici illorum aduentum ſignificauerint. extr. 3. & ſi deceat.de maior. & obed. Io.22.

2 Excommunicatio eſt contra Prælatos, vel alios, qui vocantur, & interſint electionibus monialium, ſiquid faciunt, ex quo poſſit oriri, & nutriri diſcordia inter ipſas moniales, ſuper huiuſmodi electionibus faciendis, & nemini reſeruatur. c. indemnitatibus §. poſtremo de elect. in 6.

Hæc cenſura quoad perſonas accerſitas ad illud munus dirigendi electionem per conſilium, exhortationem, & quid ſimile eſt generalis, modo ipſi etiam eo nomine accedant, & in-

interſint. Vnde ſi quis non vocatus interſit, perturbet, vel vocatus, ſed poſt electionem m factam perturbat, non incurrit hanc cenſuram. Gloſſ hic, & Caiet. c. 80. ſecus ſi non vocatus Superior eſſet; qui ſi iſte perturbat, cum intereſt, cenſura ligatur. Suar. loc. cit. num. 8.

3 Epiſcopus, vel alius Prælatus exercens iuriſdictionem in ipſius ſubditum in Curia commorantem, excommunicationem contrahit in nouo Canone Bullæ Cœnæ contenſam. Leon. Durand. in commun. ad d. Bullam Cœnæ l. 2. q. 33. n. 7.

Prælatus quando eſt irregularis.

1 IRregularitas eſt contra quemuis Prælatum ſuſpenſum, ſeu interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ exercentem intra eam actum aliquem Sacri Ordinis, aut muneris pontificalis; quia cui eſt interdictus ingreſſus Eccleſiæ, eſt etiam interdicta in ea quælibet diuinorum celebratio. excom. is, cui decet excom. in 6. Suar. diſp. 33. ſect. 3. n. 1. & ſeq.

Prælatus Religionis excommunicatus à quo abſoluendus.

1 HOdie Religioſi fere omnes priuilegia habent, vt etiam ab enormi clerici percuſſione abſolui poſſint à Prælatis ſuis, ne alioquin, ſi ad Papam mittendi eſſent; occaſio vagandi illis tribueretur. Et de monachis

dicitur

dicitur, etiam de Prælato incidente in excõmunicatione dicendum eſt quantum ad abſolutionem: quia caput non debet eſſe minus fauorabile membris, & appellatione Monachorum venit Abbas. in materia fauorabile. ſin. de ver. ſignif.

Prælatus Religionis quando eſt ſuſpenſus.

1 SVſpenſio abſolute poſita eſt contra Prælatos religionum, qui requiſiti non ſatisfecerint intra menſem Eccleſijs, aut perſonis Eccleſiaſticis damnificatis, ſeu læſis de hijs quæ ad eos quoquomodo peruenerint occaſione quorumdam exceſſuum ſuorum Religioſorum. Clem. I. 1. de priuil.

Presbyter excommunicatus excommunicatione minori poteſt abſoluere ab excommunicatione non autem à peccatis.

1 RAtio eſt, quia excommunicatio minor priuat à participatione Sacramentorum, non autem ab vſu iuriſdictionis Paſtor. in cap. excommunicatio in gloſſ. 1. de Reiud. Vnde ſi eſſent duo excommunicati minori, & vellent ſe inuicem confiteri, vnus poteſt alterum abſoluere ab excommunicatione, & abſolutus alterum poteſt abſoluere ab excommunicatione, & à peccatis, & poſtmodum facere ſe abſolui à peccatis.

Pr ſ

Presbyter excommunicatus in neceſſitate poteſt abſoluere ab excommunicatione.

1 SI ſint duo tantum presbyteri approbati in vno Oppido notorij Clerici percuſſores, & adeſt neceſſitas confitendi, & quiſque habet facultatem abſoluendi ab excommunicatione in foro pœnitentiali poſſunt ſe inuicem abſoluere ab excommunicatione, quamuis excommunicatus maiori excommunicatione priuetur actiua adminiſtratione omnium Sacramentorum. Ratio eſt, quia neceſſitas non habet legem Nam in neceſſitate licet excommunicato baptizare cap. præter 32. diſt. Deinde in eadem neceſſitate poteſt abſoluere à peccatis, vt docet Tabien abſolutio 2. §.6 Roderic. de Reg. q. 26. a. 12. ergo in eadem neceſſitate poterit abſoluere ab excommunicatione. Nec aliud credendum eſt de pia Eccleſiæ voluntate erga filios. Medull. p.4 c.7. §.3 n.2.

Primam tonſuram conferens quando eſt ſuſpenſus. Vide Epiſcopus quando ſuſpenditur.

1 SVſpenſio per annum à collatione primæ tonſuræ eſt contra Epiſcopum conferentem primam tonſuram illitterato, qui ſalte requiſita in Conc. Trid. non habet, vt infanti

ſanti infra ſeptennium, niſi forte religionem intrat, cuius habitum ſuſcipiens dicatus, vel oblatus à parentibus emiſſurus poſtea profeſſionem in ætate conuenienti; vt ſolitum erat; vel coniugato, niſi vellet matrimonio non conſumato Religionem ingredi, vel ad Sacros Ordines promoueri, prout iura concedunt, & reſeruatur Papæ. cap. fin. de temp. ord. in 6. Sayr. l. 4. c. 12. n. 18. & Suar. diſp. 31. ſeſſ. 5. n. 51. & ſeq.

2 Vltramontanis non conferatur prima tonſura, nec ordo minor, niſi cum dimiſſorijs prius recognitis à Nuncijs, & poſtea à Vicario Vrbis ſub pœna promouentibus ſuſpenſionis ad annum à Pontificalibus, promotis autem perpetuæ ſuſpenſionis eo ipſo, Vrbanus VIII. 1629.

3 In Regno Neapolitano antequam prima tonſura, ſeu ordines minores dentur, publicentur à Parocho initiandorum nomina, & huc traſmittat teſtimonium de natalibus, ætate, moribus ad ordinantem. Cong. Card. 10. Iulij 1637. relata à Gauant. in Enchirid. epiſt. verb ordines minores n. 20.

Si dentur dimiſſoriæ, dentur vni, & certo ordinario ad electionem concedentis cum mentione dictæ diligentiæ. Alias promotus ab executione collati; & à ſuſpenſione Superioris ordinis perpetuo ſuſpenſus ſit, & ordinans, ſeu dimiſſorias concedens à collatione ordinum eo ipſo per annum.

4 Prima tonſura ſine litteris dimiſſorijs à non ſuo Epiſcopo ſuſcepta non poteſt; vnde is, qui ſuſcepit, non poteſt ad vlteriores gradus

dus promoueri, nec eſt capax beneficij, nec gaudet priuilegio fori, vel Canonis. Azor. inſt. moral. p. 2. l. 3. c. 49. q. 4. Cautela eſt impetrare perinde valere, vt apud Rebuff. in Prax. benef. tit. de litteris dimiſſorijs. n. 5.

Prima tonſura non poſſunt initiari irregulares ſine præuia diſpenſatione.

1 HAec eſt communis ſententia, à qua non eſt recedendum, & ideo omnino tenenda eſt, quam docent multi; quos vide apud Dian tract. 2. de irreg. n. 88. aſſerentes irregularitatem reddere hominem inhabilem etiam ad primam tonſuram. Sed ſuppoſita ſententia Theologorum D. Thom. in 3. p. q. 4. art. 1. Vaſq. Bellar. Filliuc. Hurtad. Martini Fornarij conciuis, & familiaris mei, de Sacr. Ord. c. 7. & aliorum aſſerentium primam tonſuram non eſſe ordinem, aduerſus hanc ſententiam eſt maximum argumentum. Quia in odioſis non eſt facienda extenſio de vno caſu in alium. Sed Canones aſſerunt irregularem eſſe incapacem ordinum: ergo non eſt incapax primæ tonſuræ, quia proprie non eſt ordo, vt aiunt Theologi. Tonſuratus enim ordinatus dici non poteſt: quia ordinatus habet peculiare officium ad Euchariſtiæ celebrationem directum. Sed tonſuratus nullum habet officium circa Miniſterium Altaris, ita, vt dici poſsit deputatus ad ordines; ſed non ordinatus; ergo.

Principum Aulam Monachus petens quando eſt excommunicatus. Vide Monachus.

Procurator non poteſt eſſe qui eſt excommunicatus.

1 PRobatur ex generali prohibitione communicandi cum alijs, & in ſpeciali facta in iuribus, ex quibus ſolum permittitur excommunicato, vt ſe defendat in iudicio: quod verum eſt tam in procuratore ex parte actoris, quam ex parte rei; licet reus excommunicatus poſsit defendere ſe in iudicio; hoc tamen conceſſum eſt propter neceſſariam ſui defenſionem. Procurator vero voluntarius eſt, eius tamen acta valida ſunt, quamdiu a Iudice non repellitur, ſi inſtitutus fuit Procurator ante excommunicationem. Si vero quando inſtitutus fuit, excommunicatus erat, res eſt difficilior, ſed probabilior pars affirmatiua. Dian. 5. p. to 9. de excom. reſol. 114.

Proditores non gaudent immunitate Eccleſiaſtica.

1 FArinac. conſil. 76. n. 15. appellat proditorem eum, qui per ſimulationem amicitiæ nefariæ prodit, & quaſi à tergo, vel dormientem offendit.

Ad

Ad hoc autem, vt quis proditor dicatur, oportet, vel quod fidem datam frangat, vel ſimulatione inſidietur, ſimulans vnum facere, cum aliud habeat in corde. Vnde bene reſpõdit Sanctiſs. Papæ Clemen. VIII. Farinacius conſ. 76. n. 7. Quod licet inimicus per inſidias occiderit ex feneſtra cum archibuſio: non per hoc dicetur proditorie commiſſum homicidium, quia inimicus bene poterat futuram vindictam præuidere & ſibi cauere; & proinde gaudere debet immunitate Eccleſiaſtica,

Profeſſionis fidei omiſſio quando inducit excommunicationem. Vide Fidei profeſſionis.

Profeſſio Religionis quando inducit ſuſpenſionem.

1 SVſpenſio à receptione ad profeſsionem eſt contra Religioſos Mendicantes aliquem ad profeſsionem admittentes intra annum probationis, & reſeruatur Papæ, cap. non ſolum, &c. Conſt. de regul.

Circa quam nota primo hanc ſuſpenſionem habere locum non ſolum in ordinibus mendicantium iam exiſtentibus ante has Cõſtitutiones, ſed etiam extendi ad Ordines Mẽdicantes poſtea natos, vt Minimorum S. Franciſci de Paula, Societatis Ieſu, Clericorum Regularium S. Pauli, Scholarum Piarum Matris Dei, Theatinorum, &c. ac etiam ad naſci-

turos modo à Sede Apoſtolica approbati fuerint. Suar. diſp. 31. ſect. 6. n. 7.

Nota 2. Religioſos, qui in ſuis peculiaribus Conſtitutionibus à Sede Apoſtolica approbatis habent, vt nemo admittatur ad profeſsionem, niſi poſt biennium, non incurrere hanc ſuſpenſionem, ſi poſt annum ſtatim ad profeſsionem recipiunt, quia licet committant contra Conſtitutionem, non tamen peccant contra ius commune, & ideo poſſunt ab eorum Superiore abſolui. ex gloſ. in d. cap. non ſolum. ver. ſuſpenſio. Suar. loc. cit.

Principes, & Rectores locorum quando excommunicantur.

1 EXcommunicatio eſt contra Principes, & Rectores quorumcunque locorum qui per domos, & ſinagogas Iudæorum Talmudicos libros diligenter inquiri, & inuentos comburi non faciunt, & nemini reſeruatur in 1. tom. Bull. fol. 122.

Hæc excommunicatio extenditur ad omnes Chriſtianos cuiuſcunque ſtatus, ordinis, & conditionis, qui ſcienter retinent, habent, legunt, edunt, typis excudunt, ſeu imprimunt deſcribunt, aut exemplant, aduehunt, emunt, vendunt, donant, commutant, aut alios quomodolibet diſtrahunt, vel alienant non ſolum dictos libros Talmudicos ſæpe damnatos, ſed etiam alia opera commentaria, tractatus, volumina, & quæcunque alia ſcripta tacite, vel expreſſe continentia hæreſes, aut errores contra

tra vetus teſtamentum, vel contumelias, vel blaſphemias contra Deum, Sanctiſsimam Trinitatem Saluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum, & Sanctos omnes extr. 20. cum Hebreorum §. 6. Clem. VIII. vide extra. 46. Iulij III. & extr. 39. Pauli IV. & aliorum.

Promittentes, dantes, vel accipientes pro iuſtitia, vel gratia ſunt excommunicati.

1 EXcommunicatio eſt contra promittentes, dantes, vel accipientes aliquid pro iuſtitia, vel gratia obtinenda apud Sedem Apoſtolicam. 2. contra ſcientes, & non reuelantes infra triduum à facta correctione fraterna; quæ non eſt in vſu. 3. contra vtentes ſic obtentis. 4. contra præſtantes in hoc auxilium, conſilium, vel fauorem, & reſeruatur Papæ. extr. 103. ab ipſo Pontificatu Greg. XIII. Clemens vero VIII. præcepit, vt eadem hæc cenſura reſeruata habeat locum etiam contra omnes ſupradictos pro gratia, vel iuſtitia obtinenda delinquentes in ijſdem actionibus apud quæuis tribunalia, & eorum quoſcunque iudices etiam laicos Almæ Vrbis in Curia, & extra eam in quibuſcunque locis temporali Sedis Apoſtolicæ ditioni mediate, vel immediate ſubiectis; quare omnes perſonæ, & actiones in Conſtit. Gregorij XIII. prohibitæ comprehenduntur, etiam in hac Clem. VIII. extr. pro commiſſa §. 22.

Circa quam Gregorij Conſtitutionem in-

tegrum confecit opus Nauarrus: ex quo notatur primo quoad perſonas comprehendere omnes vtriuſque ſexus laicos, & Eccleſiaſticos, regulares, & ſæculares cuiuſcunque dignitatis, etiam Epiſcopos, & Cardinales, & quoad peccatum etiam Papam, quia omnia, quæ hic prohibentur, videntur eſſe emptiones, & venditiones iuſtitiæ, & gratiæ quæ iure naturali, vel diuino, quibus omnes ligantur, vetantur emi, vel vendi vbi gentium, & locorum n. 11. §. 2. in fine.

Actiones hic prohibitæ ſecundum Nauarrum ſunt ſexdecim cum omiſſione, & ob quamlibet ex his incurritur hæc cenſura. Idem n. 13. & ſeq.

Primo paciſci cum Iudice pro gratia, vel iuſtitia obtinenda, aut cum tertio, vt eam procuret fieri, licet effectus dandi non ſequatur.

2. Promittere eodem modo aliquid, etiam paruum, quod tamen mouere poteſt animum à recto iuſtitiam, vel gratiam concedentis, aut procurantis eam. Idem n. 16. & ſeq.

3. Acceptare talem promiſſionem illicitam, vel etiam generaliter, & licite factam ad finem corrumpendi animum ſuum, & deuiandi à recto ob ſpem obtinendi ex illa aliquid notabile bonum; licet datio non ſequatur. Idem n. 24.

4. Recipere rem promiſſam illicitam: & de ſe mortiferam in pactum deductam.

5. Promittere tertio, vel mediatori, ſeu proxenetæ in vtilitatem impetraturi gratiam, vnde lucrum non manet in dicto tertio, ſed in

vtili-

vtilitatem gratiam impetratis mediante dicto tertio.

6. Acceptare talem promiſſionem.

7. Dare, vel recipere ſine promiſſione, vel pactione, quæ in hoc diſtingueretur à quarta & quinta, quia ille ſupponunt pactionem ex promiſſione; iſtæ vero dationem, ſiue promiſſionem in pretium non in mercedem, &c. num. 31.

8. Omittere denunciationem huius criminis intra triduum à fraterna facta correctione, & non ſequuta emendatione. n. 37.

9. Vti ſcienter illicita gratia, vel iuſtitia obtenta, quia eſt nulla, & ideo malum illa vti. num 4.

10. Sordide nundinari expeditiones, ideſt, emere, vel vendere gratiam, vel iuſtitiam in conquirendis expeditionibus negotiorum vt qui ſe iactat habere fauores potentiorum quamuis nihil aliud faciat, niſi pactum, vel promiſſionem, quia id illicitum eſt, & graue peccatum. Molin. de iuſt. & iur. diſp. 93.

11. Ambire donis, & pollicitationibus ſordide apud eos, quos gratiam præſtare arbitramur apud eos, qui ea facturi ſunt, quamuis non ſequiatur, nec dona acceptentur, quod differt à ſexta, quia illa eſt de promittente tertio tanquam proxenetæ in vtilitatem impetraturi, hæc autem de promittente tertio tanquam proxenatæ in vtilitatem impetraturi, hæc autem de promittente, vel dante tertio, quaſi proxenetæ, apud quem lucrum promiſſum per munera illicita eſt per manſurum. Nau loc. cit. n. 41.

12. Fingere mendacem pactionem pretij, vel muneris, etiam non obtenta gratia, vel iuſtitia, vt qui mendaciter fingit ſe dediſſe pretium, vel promiſiſſe ei, qui gratia valet apud eum, qui gratiam, vel iuſtitiam eſt facturus, & poteſt mouere ad eam faciendam, etiam ea non obtenta n 41.

13. Auxiliari. 14. Conſulere. 15. Facere aliquam actionem ex præfatis, monendo, perſuadendo, precando, præſupponendo, vel præponendo vtilitatem inde ſequuturam ſequuto effectu conſilij, auxilij, vel fauoris, etiam non ſequuta, aut obtenta gratia; vel iuſtitia, idque ſiue pro ſe, ſiue pro alio occulte, vel manifeſte, directe, vel indirecte faciat. idem n 12. 25. 27. 41. & 44.

Ad incurrendam hanc cenſuram requiritur, vt quis faciat aliquam actionem ex dictis. quæ ſit contra ius naturale, vel diuinum, aut humanum; quod cognoſcitur, ſi fiat. Primo ad corrumpendum iudicem, ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus cauſis tam pro iuſtitia temporalium, quam ſpiritualium illicita obtinenda, pro quibus acquirendis, etiam ſi aliquo iure debita ſint, nullum tamen pretium dari, nec vlla pactio pro his fieri poteſt.

2. Si fiat pactio ad perſuadendum, &c. Iudici, quod cupit, non conſiderando, an ſit iuſtum, nec ne: quia eſt contra ius naturale pacisci dare aliquid iudici, vt certam pro eo in re dubia ferat ſententiam, volens abſolute habere pro ſuo id, de quo dubitat an ſit ſuum,

3. Quæ dicta ſunt de pactione dandi aliquid Iudici pro iuſtitia facienda, intellige de

pactione

paction dandi aliquid procuranti illam.

4. Hæc omnia ſupradicta habent etiam locum in pactione dandi aliquid primo gratia obtinenda ab inferiori Papa, vel tertio, vt eam ſibi, vel alijs à petenti illam concedere procuret. Idem n.16.quia iuſtitia, & gratia ſuapte natura ſunt res ineſtimabiles, & per conſequens inuendibiles.

Ex his omnibus collige hanc cenſuram non habere locum primo in eum, qui aliquid dat,quod nullo modo iudicis animum à recto flectere poteſt conſiderata conditione perſonarum,temporum,& locorum.

2. Nec in promiſſione non prohibita iure naturali,vel diuinó,aut humano.

3. Nec in promiſſione gratitudinis iure naturæ debitæ, verbis, vel ſcriptis generalibus, ſine animo ad aliud ſpeciale ſe obligandi ciuiliter,ſed ad ſolam complacentiam ex vrbanitate. Idem n.11. & ſeq.

4. Neque in datione, vel receptione ob obtinendam iuſtitiam, vel gratiam, ſed ob aliquam aliam cauſam. Vnde quæ dantur Iudici, Notario, Aduocato &c.& alijs ſimilibus tanquam lege, conſuetudine, vel ſtilo debita, non inducunt hanc cenſuram.

5. Neque in datione, & receptione Xeniorum, & munerum, quæ circa Domini Natalitia dantur Auditoribus Rotæ, & quibuſcunque alijs iudicibus in ſignum gratitudinis pro ſtudio, & labore; quæ ſuſcipiunt in cognoſcenda cauſa, modo talia non fiunt, vt probabiliter moueant animum illorum à recto inſpecta qualitate perſonarum,&c.

Qui ficte promittit animo non adimplendi promiſſionem, non ſubiacet pœnis huius excommunicationis, quia ficta promiſſio non eſt promiſſio, niſi oretenus, vt patet in contractibus. Tum quia verſamur in materia pœnali, conſequenter odioſa, conſequenter non extendenda. Tolet, l 5. c. 9. ad fin. Bonac. in hac Bulla. Leſſius l. 2. c. 35. n. 11. d. 6. l. 1. Sot. l. 3 de Iuſt. & iur. q. 8 a. 1. & alij.

Hic tamen in foro externo preſumitur excommunicatum aliaſque pœnas contraxiſſe, quia forum externum iudicat de externis.

Quæ dicta ſunt de datione, & receptione Xeniorum, & munerum Iudicum facienda indicibus, intellige de vtraque facienda auctoribus gratiarum, & eas impetrantibus.

Nota etiam hic tria. 1. vtentes impetratis per ſordes præter eorumdem nullitatem, incurrere etiam hanc cenſuram. 2. facientes aliquam ex dictis actionibus prohibitis dolo, & temeritate eandem incurrere, ſecus ſi bono, & ſimplici animo faciant. 3. ligatos hac cenſura teneri antequam abſoluantur, male ſic accepta pauperibus reſtituere, & non danti. Idem n. 23.

Prorogatio facta à parte inſcio Iudice cenſuras ſuſpendit.

1 VOluntas, ſeu conſenſus illius, in cuius fauorem conceſſa fuit cenſura, ſufficit ad ſuſpendendum cenſuram, ne incurratur. Vnde ſi Petrus v. g. obtinuit à Summo Pontifice

tificè excommunicationē contra ſuos debitores non reſtituentes intra ſex menſes, prorogет, inſcio Summo Pontifice terminum vſque ad annum, debitores elapſis primis ſex menſibus non afficiuntur excommunicatione. Nam ſi inſcio Iudice ferente cenſuram creditor debitoribus condonaret abſolute debitum, cenſura omnino ceſſaret ratione materiæ ablatæ, ſupra quam cadebat, vt inquit. Sylu. excom. 2. n. 1. Bonac. tom. 1. de cenſ. diſp. 1. q. 2. p. 4. n. 1. ergo ſi ſuſpendatur à conditore obligatio debiti conceſſa prorogatione termini inſcio Iudice ferente cenſuram, ſuſpenditur etiam ipſa cenſura, quia Iudex non magis intendit obligare debitorem, quam velit, & intendat ipſe creditor: ergo ſi pars vult terminum differre, etiam Iudex videtur differre velle; cum nihil aliud agat, niſi, vt partes ad concordiam deducat. Suar. to. 3. de cenſur. d. 3. ſect. 6. n 6. contra Sayr.

Pauper excommunicatus ob percuſſionem Clerici quando ab Epiſcopo poteſt abſolui.

1 PAuper ſiquidem arte, qua iter agendo vti nequit, viuens, ab Epiſcopo ſuo abſolui poteſt. cap. Quod quamuis. Non enim tenetur quis mendicare, vt ad Curiam pro abſolutione vadat niſi alias mendicus eſſet, tunc enim volunt DD. etiam mendicando ad Curiam ire oportere, vt abſoluatur ſi robuſtus corpore ſit ad eundum, niſi mendicando

ſoleret ſibi, & vxori prouidere, & iter agendo id præſtare nequeat. Sed in hac re vir bonus, & prudens iudicabit, vt inquit Sylu. v. abſolutio. 4. n. 3,

Puer ob percuſſionem Clerici excommunicatus à quo eſt abſoluendus.

1 PVeri impubes, qui doli capaces ſunt abſolui poſſunt ab Epiſcopo, & hoc ſiue ante, ſiue poſt pubertatem abſolui poſtulant, nec tenentur ſe Sedi Apoſtolicæ poſtea præſentare; nam beneficium ſemel indultum minori, ex quo cæpit habere locum, non extinguitur per ſuperuenientiam maioris ætatis. Panor. cap. fin. Iſtos enim excuſat ætas à labore itineris. Si non ſunt doli capaces, non ſunt excommunicati.

Pueri ante pubertatis annos poſſunt fieri irregulares.

1 PVer maior ſeptennio occidens fit irregularis. Gauant. in man. verb. irregularitas. n. 91. Præpoſitiu. in 3. p. q. 5. de irreg. dub. 10. n. 76. Dian. tract. 2. de irreg. reſol. 67. Bonac. q. 4. p. 7.

Pueri quando per cenſuras coguntur ad confeſſionem.

1 VSque ad annum ætatis duodecimum ab Eccleſia per cenſuras non coguntur

tur pueri ad confeſſionem. Ita Sot. in 4.d.18. quæſt. 1. art. 3. quem ſequitur Suar. tom. 4. in 3. p. diſp. 36. ſect. 8. num. 5. Sed relinquit eos ſub diuino iure. Vide verb. cenſura num. 24.

Q

Quando Epiſcopus concubinarius cenſendus eſt non emendatus. Vide Epiſcopus quando ſuſpenditur. num. 15.

1 EPiſcopus notorius concubinarius, qui admonitus à Synodo Prouinciali non reſipiſcit, ipſo facto eſt ſuſpenſus, vt ſupra diximus. Epiſcopus quando ſuſpenditur. Nunc quæritur quando nam Epiſcopus cenſendus eſt non emendatus, vt hanc cenſuram incurrat. Bonaccin. de ſuſpenſ. quæſt. 7. num. 6. reſpondet Epiſcopum ſuſpenſione ligari, ſtatim ac concubinam poſt admonitionem carnaliter cognoſcit, tunc enim verificantur verba Concilij, ſuſpendentes Epiſcopum, ſi ab huiuſmodi crimine non abſtinuerit, & à Synodo Prouinciali admonitus non ſe emendauerit. Imo Suar. & Alterius. exiſtimant Epiſcopum affici ſuſpenſione, niſi ſtatim, & abſque morali dilatione tollat occaſionem delicti, & ſcandali, ſi adſit.

Quo

Quotuplex admonitio requiratur, vt Epiſcopus hanc ſuſpenſionem incurrat.

1 VT Epiſcopus non reſipiſcens hanc ſuſpenſionem incurrat vnicam ſufficere admonitionem ait. Alterius. diſp. 16. c. 3. ſub finem. Suar. diſp. 31. ſect. 6. n. 24.

Quas cenſuras incurrunt Prælati limina Apoſtolorum non viſitantes. *Vide Limina Apoſtolorum.*

Quæſtores eleemoſynarum poſſunt Excommunicari.

1 POteſt Epiſcopus quæſtores eleemoſynarum licet exemptos incarcerare, excommunicare, & caſtigare. Barboſ. alleg. 109. nu, 35.

2 Quæſtores ſunt qui quæſtum ſibi referunt. Bald. apud Barboſ. loc. cit. n. 8.

3 Praui eleemoſynarum quæſtorum abuſus tollantur, quæſtores excludantur. Trid. ſeſſ. 21. cap. 9. & præſertim pro conſecutione Indulgentiarum. Idem ſeſſ. 25. decret. de Indulgent.

R

Raciocinium ad reddendum obligatus quando eſt irregularis. Vide Obligatus.

Rapientes res Eccleſiæ cum effractione, &c. ſunt excommunicati.

1 RApientes res Eccleſiæ cum ipſarum Eccleſiarum effractione, ipſo iure ſunt excommunicati, & ſi denunciati poſtea fuerint, ad Papam ſunt pro abſolutione mittendi: ante denunciationem vero non eſt neceſſarium; poſſunt enim ab Epiſcopo abſolui. cap. conqueſti. de ſententia excommunicatione.

Et nota duo eſſe neceſſaria ad contrahendam hanc excommunicationem. Rapere res Eccleſiæ, & cum effractione, ſcilicet portarum, vel ſerarum, vel murorum, vt habet ibi Panorm. Per Eccleſiam vero intellige Hoſpitalia, & alia loca pia, vt notat Abbas in cap. tua ſent. excom.

Non effugiet in rapina peccator. Eccleſ. 16.

Qui viſibiliter rapit, ſubito vrgente exitu inuiſibiliter rapietur. Greg.

Turpia lucra fuge, nam ſunt æqualia damnis
Non habet euentus ſordida præda bonos.

Raptores mulierum ſunt excommunicati.

1 RAptores mulierum, & dantes eis conſilium, auxilium, vel fauorem ad huiuſmodi raptum excommunicantur, alijſque pœnis etiam ipſo facto ſubijciantur. Non tamen excommunicatio eſt reſeruata. Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 6.

Nota ex Panorm. cap. cum cauſa nu. 1. de rapt. tunc dici raptum, cum rapitur mulier cauſa libidinis; ſimiliter etiam cum rapitur cauſa matrimonij quando non præceſsit tractatus matrimonij, & mulier non conſenſit; ſi enim mulier conſenſit in raptu, & præceſsit tractatus matrimonij, licet reclament parentes non eſt raptus, quo pœnæ ſubijciantur vt habetur: cap. cum cauſa allegato. Requiritur etiam, quod mulierem quis de loco ad locum conducat, idque ad effectum abducendi, non autem cauſa commodioris coitus, alioquin, vt notat Clarius in prax. crim. §. raptus non eſſet raptus.

Et ideo ſi quis puellam ex vna camera ad aliam conduxerit, & ſuper lectum proiecerit non eſt tanquam raptor puniendus, vt in facti contingentia conſuluit. Bertrand. conſil. 89. l. 6.

Idemque dicendum eſt in eo, qui puellam inuentam cum beſtijs in campis, cæpit, & per aliquot paſſus abduxit, vt eam carnaliter cognoſceret, vt pariter in facti, contingentia

con-

conſuluit. Layman. conſil. 96.

Non eſt murus, vel pecunia tam difficilis cuſtoditu, quam mulier. Eurip.

Ratihabitio homicidij non inducit irregularitatem.

1 NOn contrahitur irregularitas ex ſola ratihabitione homicidij ab alio commiſſi, ſuo tamen nomine. Sayr l.7.c.4. n.17. vbi alij. Quia pœnæ ſunt reſtringendæ, & quia irregularitas non incurritur niſi in caſibus à iure expreſsis. cap. is, qui de ſent. excom. l. 6. In iure autem non habetur ratihabitione incurri irregularitatem. Item quia ad irregularitatem incurrendam neceſſaria eſt actualis culpa homicidij, cap. ſi aliquis de homicid. At vero ratum habens homicidium, quod nec præcepit, nec conſuluit, licet peccet peccato mentis, & voluntate, non tamen peccat peccato homicidij actualis. Sola autem voluntas non ſufficit ad conſtituendam irregularitatem in eo caſu, quo in exteriorem actum non fuerit deducta, nec etiam in eo, quo actus exterior ab eo animo procedere non potuit, nec cauſam deducere, qualis eſt hic caſus noſter.

Nec obſtat Regula Iuris Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur eſt enim ratihabitio facti nomine noſtro geſti comprobatio, quia Regula illa non eſt vniuerſaliter vera, vt optime tradunt gloſ. in cap. 1. verb. procurauerint, & ibi Panorm. num. 10.

de

de conu. inſid & maxime in illis caſibus, in quibus neceſſarium eſt vel ſpeciale mandatum, vel ſpecialis expreſſio, & conſtitutio Iuris. Vnde licet ex mandato contrahatur irregularitas, non tamen idem erit in ratihabitione, cum de mandato hoc ſit in iure expreſſum, non autem de ratihabitione. Ratihabitio igitur, & mandatum æquiparantur quo ad peccatum, non autem quo ad irregularitatem.

Nec etiam obſtat. Quia ratam habens percuſſionem clerici nomine ſuo factam excommunicatus eſt, ſicut is, qui percuſsit.cap cum quis de ſent. excom. l. 6. ergo. & ratum habens homicidium ſuo nomine factum, irregularis erit.

Quia hoc expreſſum eſt de excommunicatione, non autem de irregularitate, cum tamen hæc, non niſi in caſibus iure expreſsis incurratur. Vide Sayr. loc. cit. n. 19.

Reges non poſſunt excommunicari ab Epiſcopo. Vide excommunicatio num. 45.

Reges an poſſint expellere Epiſcopum ab Epiſcopatu.

1 Bobadilla in polit. tom. 1. l. 2. c. 18. n. 65. ait poſſe Reges expellere Epiſcopum ab Epiſcopatu, ſi ſimoniace electus eſt.

2 Sed hæc opinio eſt falſa, cum tam reſpe

ctu

ctu cauſæ, quæ ſpiritualis eſt, quam reſpectu perſonæ, quæ Eccleſiaſtica eſt, illius cognitio ſpectat ad Summum Pontificem, & ideo Reges tunc Bobadillæ ſententiam ſequentes certum eſt in excommunicationem Bullæ Cœnæ incurrere, ita docet. Magalius in 3. p. l. 3. c. 11. n. 18.

Regulares an poſſint ab Epiſcopo excommunicari.

1 EPiſcopus poteſt excommunicare Regulares nolentes ad proceſsiones accedere. Riccius. Genuenſis, & alij, quos citat; & ſequitur Barboſ. de pot. Epiſc. p. 3 alleg. 78. n. 15. & ita declaraſſe Sacram Cardinalium Congregationem teſtatur.

2 Non deſunt tamen Doctores contrarium ſentientes; quas vide apud Dianam, tract. 2. dub. reg. reſol. 76.

3 Et ad declarationem Cardinalium reſpondet, quod de illa non conſtat authentice. Imo Rodriquez. in comp. 99. reg reſol 118. n. 1. ex Quaranta, & Fortel. in addit. ad dub. Reg. ver. Proceſsiones. n. 1. ex Barboſa, notant Sacram Cardinalium Congregationem plu-ries determinaſſe non poſſe Regulares compelli ab Epiſcopo per cenſuras ad proceſsiones.

4 In Eccleſijs Regul. poſſunt Epiſcopi diuina Officia priuatim, & publice audire, & ea etiam in Pontificalibus ibidem celebrare, & ſollemniter populo ibidem benedicere per

illa

illa verba. Sit nomen Domini benedictum,& ibidem facere coram ſe celebrari, ſed ſine Pontificalibus: non poſſunt tamen propter hoc in dictis Regularium Eccleſijs ea, quæ iuriſdictionem dicunt, exercere, vt chriſmare, ordinare, confirmare, degradare, &c. poſſunt tamen in dictis Eccleſijs Baldachino vti, & contradicentes Fratres ad id pœnis, & cenſuris Eccleſiaſticis cogi per Decretum Sacræ Congregationis. Datum Romæ die 19. Iunij 1603. vt refert Peirinus in priuilegio Minorum tom. 1. & Diana dub. reg. tract. 6. reſol. 100.

Regularis percutiens regularem eiuſdem monaſterij, vel alterius Clauſtri, vel Clericum ſæcularem à quo eſt abſoluendus.

1 SI Regularis percutiet regularem eiuſdem Clauſtri abſoluetur à ſuo Prælato. cap. Monachi. de ſent. excom. ſi peccaſſerit Clericum ſæcularem, abſoluetur ab Epiſcopo c. Religioſo de ſent. excom. lib.

2 Quod ſi percuſſerit regularem alterius Clauſtri, abſoluetur per Prælatum proprium, & Prælatum eius, qui paſſus eſt iniuriam. c. cum illorum de ſent. excom. Quod ita ſecundum Doctores debet intelligi, nimirum, quod Prælatus, illius, qui percuſsit iuramentum recipiet, & abſoluet, & ſaltem ſemel percutiet, vt ſeruetur forma conſueta.

Prælatus vero percuſsi ipſum percuſſorem ver-

verberabit ; quia Prælato percuſsi ſatisfieri debet de iniuria ſuo ſubdito irrogata, & monaſterium percuſſoris pro percuſſore ſatisfacere non tenetur; quia delictum perſonæ non debet in detrimentum Monaſterij redundare. arg. cum venerabilis. §. intelleximus de exceſ.

Regularium Monaſterium ingredientes mulieres ſunt excommunicatæ. Vide Monaſteria.

Religionis ingreſſus quando inducit excommunicationem. Vide Profeſſio.

1 Excommunicatio eſt contra omnes per modum pacti, & conuentionis aliquid dantes, vel exigentes directe, vel indirecte ob ingreſſum Religionis, & reſeruatur Papæ. extrau. com. 1, de ſimon. & licet inuſitatum ſit inter Religioſos viros aliquid dare, vel accipere pro ingredientis victu, etiam in ſubſidium pauperrimæ Religionis, tamen ſi pro ingreſſu aliquid datur, vel accipitur, inuoluentur hac cenſura, niſi detur, vel accipiatur ob conſuetudinem, & ſine pacto, vt gloſſ. & Felin. afferunt de monialibus pauperibus.

Excuſantur à cenſura primo dantes, vel accipientes cum pacto in dotem pro victu mulieris ingredientis, vel etiam vltra dotem in communem vſum Domus, aut Sacriſtiæ. 2. ſi quid datur, vel exigitur pro ſollemnitate profeſsionis

feſsionis iuxta loci conſuetudinem. Suar. diſput. 22. ſect. 5. n. 5. & ſeq.

Habitum nouum Religionis accepiens eſt excommunicatus. Vide habitum.

Religioſus Parochus quando eſt ſuſpenſus. Vide Parochus.

Religioſus tranſiens ad aliam Religionem quando eſt excommunicatus. Vide Fratres Ordinum.

1 Excommunicatio eſt contra Religioſos omnes Mendicantes profeſſos ad aliã Religionem tranſeuntes, excepta Carthuſienſi, abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, & reſeruatur Papæ, quæ habet locum tam in recipientibus, quam in receptis. extr 1. de reg. iur.

Duæ actiones hic prohibentur, tranſitus ſcilicet, & receptionis: quoad tranſitum prohibentur omnes Mendicantes profeſsi, etiam per vota ſimplicia in aliqua Congregatione, & Societate approbata quoad vero receptionem prohibentur omnes Religioſi S. Benedicti, Ciſtercienſis, Camaldulenſis, Vallis Vmbroſæ, Canonicorum Regularium S. Auguſtini, & aliorum Monaſticorum Ordinum.

Hic nota primo tranſitum, & receptionem ab vno ordine mendicantium ad alium fieri poſſe. 2. tranſire volentibus ad aliam Religionem, quam Carthuſienſem profeſsis tam per

vota

vota ſimplicia, quam ſollemnia Religioſis Societatis Ieſu, qui inter Mendicantes numerantur, ſufficere licentiam Præpoſiti Generalis, idque habent ex priuil. Greg. XIII.

Religioſus audiens leges, vel medicinas quando eſt excommunicatus. Vide Medicina, num. 2.

Religioſus habitum dimittens quando eſt excommunicatus. Vide Habitum.

Religionis Prælatus quando eſt interdictus. Vide Prælatus.

Religioſus non ſeruans interdictum eſt excommunicatus. Vide Interdictum.

1 EXcommunicatio eſt contra Religioſos etiam exemptos. Primo qui non ſeruant interdictum generale poſitum per Sedem Apoſtolicam, vel Ordinarium loci. Clem. grau. de ſent. excom.

2. Qui generalem ceſſationem non ſeruant quam ſciunt Cathedralem matricem, ſeu Parrochialem loci Eccleſiam ſeruare. Clem. de ſent. excom. & nemini reſeruatur, ſiue ſit lata à Papa, vel Epiſcopis, aut Concilijs prouincialibus

De boue, inquit Colunbella. l.6. c.1. de re ruſtr. Bos laborioſiſſimus ad hoc hominis ſocius in agricultura, cuius tanta fuit apud antiquos veneratio vt tam capitale eſſet bouem necare quam ciuem. Et Varro. Nec dubium quin cæteras pecudes bos honore ſuperare deberet. De agricultura legitur. Prou. Qui operabitur terram ſuam replebitur panibus. Et Cicero. 1. offic. nihil eſt agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius.

Pro contrauentione dictæ conſtitutionis requiritur dolus, & temeritas hoc enim ſignificant illa verba Pontificis audeant, & præſumant. Ideo ſequitur, quod ignorantia etiam vincibilis, & craſſa excuſat, vt late probant multi auctores apud dictum Dianam loc. cit. & Barboſa tract. de dict. d. 278. & n 3. Vbi ſic ait. Diſpoſitio puniens aliquid præſumentes, non comprehendit illum, qui id bona fide, & ignorantia facit. Vnde qui cum ignorantia dictæ conſtitutionis mactaret dicta animalia, non eſſet excommunicatus.

Religioſus noua loca recipiens quando eſt excommunicatus. Vide Monaſteria noua.

1 Excommunicatio eſt contra Religioſos Mendicantes cuiuſcunque Religionis, & Congregationis, qui de nouo recipiunt domos, vel loca ad habitandum, vel recepta hucuſque mutant, vel ea transferunt in alios

cuiuſuis alienationis titulo abſque ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia, & nemini reſeruatur. Clem. cupientes de pœnit.

Hic nota primo ex vi textus huius non eſſe prohibitum Mendicantibus antiquas domos, vel Eccleſias, quas tunc habebant, reficere, reædificare, vel augere, &c. quia non eſt de nouo recipere. 2. per priuilegium Leonis X. hoc ius transferendi, vel alienandi derogatum eſſe, conceſſit enim Prouincialibus Minorum vt ex cauſa neceſſaria poſſent ab vno loco in alium transferre Eccleſias, & Monaſteria, & conuertere in alios vſus, prout vtilius viſum fuit. 3. per priuilegium Minimis poſt hoc ius poſſe ea omnia facere, & per conſequens reliquas habentes cum illis communicationem. Vnde ex vi horum priuilegiorum dicta Clement. non videtur amplius habere locum in dicto Religioſo. Vide decreta Gregorij XV. & Vrbani VIII. in verbo monaſteria virorum ſæcularium.

Religioſos perturbans quando eſt excommunicatus.

1 EXcommunicatio eſt primo contra exigentes, vel exigi permittentes datia, gabellas, pedagia, vectigalia à Religioſis Mendicantibus. ſecundo contra eos, qui tales Religioſos perturbant, aut moleſtiam eis inferunt, aut inferri, vel perturbari permittunt toties, quoties. 3. contra exigentes aliquid ab eiſdem pro pontibus, vijs, aquæductis, muris,

mænibus, alijſque machinis ſtruendis, vel reparandis, ſeu reficiendis, aut locorum fortificationibus, aut militum hoſpitijs, & nemini reſeruatur, extr. 14. Pij V. Dum ad vberes.

Hæc cenſura comprehendit etiam eos, qui dictos Religioſos Mendicantes quoad omnia eorum bona, & quoad ſuos colonos, affittuarios, negotiorumque geſtores non dimittunt exemptos ab omnibus executionibus tam urbanis, quam ruſticis, & nemini reſeruatur.

Reliquias Sanctorum extrahens quãdo eſt excommunicatus. *Vide extrahens.*

Remigantes Chriſtiani in Turcarum triremibus quando ſunt excommunicati.

1 Fideles in Turcarum triremibus contra Chriſtianos metu mortis remigantes ab excommunicatione excuſant. Nau. in Man. l. 2. c. 26. n 63. & Sayr. de cenſ. l. 2. c. 7. n. 8. Non enim credendum eſt Eccleſiam, quæ pia, & miſericors mater eſt pauperes iſtos captiuos cum tali periculo mortis excommunicare velle cum ad ſolam vitæ conſeruationem remigare cenſentur, alioquin ab infidelibus occidendi. Tum quia cenſuræ non feruntur, niſi in libere contumaces. Tales vero non ſunt qui metu coguntur non obedire, cum metus non infertur ob iniuriam fidei. Sin vero ta-

les ſint, vt non coacti, ſed tanquam ſpontanei hoc faciant, vt ſunt ij, qui gubernationem in ipſis nauibus infidelium exercent, túc quidem excommunicationem procul dubio incurrerent, cum gubernationis officium voluntarium potius ſit, quam coactum.

Repræſalias contra Eccleſiaſticos concedens eſt excommunicatus.

1 EXcommunicatio eſt contra omnes Superiores ſæculares, qui contra perſonas Eccleſiaſticas pignorationes, vel repreſalias concedere præſumunt, niſi intra menſem à die conceſſionis. re tamen integra præſumptionem huiuſmodi reuocauerint.

2, Contra inferiores, quibus conceduntur tales repræſaliæ contra aliquam Ciuitatem, extendentes talem conceſſionem contra Eccleſiaſticos, aut bona eorum dictæ Ciuitatis, niſi intra menſem à die talis extentionis executionis ceſſent reſtituant, & ſatisfaciant damnum illatum, incurrunt cenſuram hanc nemini reſeruatam. cap. vnic. de iniurijs in 6. Nau. c.27.n.236. Sayr. de cenſ.l 3.c.24.n.22.

Repræſaliæ dicuntur proprie ille, in quibus alius pro alio prægrauatur.

Repræſalie dictæ ſunt, quaſi iteratæ prehenſiones, ſiue oppignarationes bonorum. Nam Princeps, vel Reſp. ſubditis damnum iniuſtum paſſis poteſtatem facit inuadendi terram eorum, qui damnum intulerunt, & occupandi bona incolarum, etiam innocentium,

tium, donec iuſta comprehenſio fiat, modo prius communitas, vel qui communitati præeſt admonitus compenſationem facere, vel imperare neglexerit.

Repræſaliæ ſpecies belli ſunt, quare ſine neceſſitate non concedendæ cum occaſioné præbeant rapinarum. Inſuper ne contra perſonas Eccleſiaſticas, vel bona earum concedantur, aut apprehendantur ſub cenſuris prohibitum eſt, vt ſupra. Quando licitæ ſunt repræſalie. Vide Dianam tract.4.miſcel.reſol.72.

Reſcriptum Sedis Apoſtolicæ ab excommunicato impetratum ipſo iure irritum eſt.

1 ITA c. 1. de reſcriptis in 6. Quapropter eiuſmodi reſcriptis inſeri ſolet abſolutio ad cautelam, dumtaxat ad reſcripti effectum conſequendum. Aliorum vero inferiorum Prælatorum gratiæ, & conceſſiones non videntur ipſo iure infirmari, ſi excommunicato fiant: quia nomen reſcripti, præſertim in materia pœnali, ſtricte accipi debet ſicuti etiam communiter accipi ſolet, pro Principis reſponſo, vti notauit. Nau. l.5.conſil.23.de ſent. excom. ad 1. q. ed. 2. Vide etiam regulam Cancellariæ de inſordeſcentibus apud Nau. in cap. Ita quorundam, gloſ. vlt. de Iudæis. Quod clauſula illa abſolutionis, ad effectum gratiæ, &c. emanans ex Curia Romana non prodeſt ijs, qui in cenſura aliqua per continuum annum, & certis caſibus in ſen-

tentia excommunicationis per quattuor menſes perſeuerarunt.

Reſidentia Epiſcoporum. Vide Epiſcopus quando ſuſpenditur.

Reſuſcitatus non poteſt excommunicari. Vide excommunicatio, n. 32.

Rixantes quando ſunt irregulares.

1 IRregularitas eſt primo contra eos, qui ſimul certo conſilio aliquem aggredientes, occidunt, aut ſubito coorta rixa, etiam non ex propoſito occidendi, ſed ex repentina occaſione, aut ordinario modo, cum quo rixantur interficiunt, ſiue ſciatur, ſiue ignoretur quis eorum læthale vulnus ei inflixerit, omnes fiunt irregulares; quia omnes cooperantur ad homicidium. Suar. diſp. 44. ſect. 3. n. 1. & ſeq.

2. Contra illicite rixantem cum aliquo, cuius amici, vel vocati in ſui defenſionem, vel non vocati, ſed quia veriſimiliter debebat rixans cogitare eos ſuperuenturos, ſi occiduntur ab amicis eius, cum quo rixantur, ſicut ſit irregularis, ſi ſui amici etiam ſine ſuo conſenſu, conſilio, mandato, vel non vocati, ſuperuenientes, occidunt amicos aduerſarij; quibus poterat contradicere, ne in eorum occaſionem venirent, & non contradixerit, ſed tacuit, &c. Nau. c. 27. n. 227.

Ro-

Romipetam, ſeu Peregrinum moleſtans eſt excommunicatus.

1 EXcommunicatio eſt in Bulla Cœnæ contra omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes detinentes, capientes, ſeu deprædantes Romipetas, ſeu Peregrinos ad Vrbem cauſa deuotionis, ſeu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel ab ipſa recedentes, & in his dantes auxilium, conſilium & fauorem.

Circa quam nota primo non omnes, qui Romam petunt hic comprehendi, ſed tantum qui principaliter cauſa deuotionis, ſeu peregrinationis, & viſitandi limina Apoſtolorum, aliaue loca Sacra Romam quouis modo accedunt, Nau. c. 27. n. 63. & 66. quia iſti propriè dicuntur eſſe ſub protectione S. R. E. cap. arguta. 12. q. 6. ſiue ſint externi, ſiue incolæ, qui poſt translatum alio domicilium, iterum Romam repetunt cauſa deuotionis, ſiue ſint Hæretici, Schiſmatici, Iudæi, vel alij Infideles, qui pietatis cauſa, & ob conuerſionem ad Vrbem veniunt, etiam ſi Sedes Apoſtolica Romæ non eſſet. Hugol. §. 1. verſ. 5. & 6. Caiet. c. 13. & 14. Nau. c. 17. Ideo, qui Peregrinos ad S. Iacobum Compoſtellanum, vel ad Sacrum Chriſti Domini Sepulchrum, vel ad ædem Lauretanam proficientes offendit excuſatur ab hac excommunicatione, quia iſti non ſunt Romipetæ, ſeu Peregrini ad Vrbem, nomine enim Vrbis, per antonomaſiam dicitur Roma.

Nota 2. ab hac excommunicatione excuſari primo eos, qui Romipetas iuſte occidunt, vulnerant, &c. vt ſi occidant ad ſui defenſionem cum moderamine inculpatæ tutelæ, vel ſi tanquam exules, vel proſcriptos interficiant in territorio Principis, in quo impune, & licite exules occidi poſſunt Viual. Sayr. Fillinc. Durand. & alij.

2. Excuſantur qui eos iniuſte verberant, modo non vulnerent. Quia non idem eſt percutere, & vulnerare. Vulnerare enim idem, eſt, ac ſauciare, ſiue, vt vulgo dicitur, ferire, tunc autem dicitur ſauciare, & vulnus infligi, cum pars aliqua corporis ictu ſcinditur, ſeu aperitur, & ſeparatur. Percutere vero contingere poteſt ſine vulnere, ideſt, ſciſſura, & ſeparatione in corpore cum ſolo tactu cutis violento. Omnes. Ergo excommunicatio lata contra vulnerantes non ligat ſimpliciter percutientes; nam in pœnis verba ſtricte, & propria ſignificatione accipienda ſunt. cap. in pœnis. de reg. iur. in 6.

3. Excuſantur, qui eos clam, vel occulte, furantur, quia furari potius, quam deprædari dicuntur. cum res non violenter, ſed clam, rapiat. Tum quia deprædari idem eſt, ac iniuſte, & violenter rem alterius auferre.

4. Excuſantur qui Peregrinum iam ab alio occiſum veſtibus: nummis &c. ſpoliant; quia mortuo nullam vim inferunt, nec deprædantur, vis enim iuxta Philoſophos, eſt à principio extrinſeco reſiſtente paſſo.

5. Excuſantur, qui oocidunt, vulnerant, &c. eum, qui cauſa proſequendæ litis, vel alterius

nego-

negotij Romæ peragendi Romam venit; quia non dicitur ad Vrbem cauſa deuotionis venire.

6. Excuſantur Prædones, & Graſſatores viarum, dum aliquem aggrediuntur, qui nullum peregrinationis ſignum exhibet, nec ipſis aliunde notum eſt peregrinum ad Vrbem eſſe. Secus ſi peregrinus conſueta peregrinorum inſignia, & habitum deferat; tunc enim Graſſatores facile conijcere poſſunt illum eſſe peregrinum ad Vrbem, Bonac. de cenſ. p. 3. diſp. 1. q. 12. p. 4. Quia ignorantia inuincibilis, & probabilis iuris, facti, vel etiam pœnæ excuſat ab excommunicatione. Cenſuræ enim ferri conſueuerunt contra contumaces, contumax autem non eſt, qui probabili laborat ignorantia.

Nota 3. non excuſari Romipetam, qui alium Romipetam, ſeu Peregrinum iniuria afficit. Quia clericus, qui alium clericum percutit incurri excommunicationem. cap. ſi quis ſuadente 17. q. 5. ergo etiam Romipeta incurrit, occidendo &c. Tum quia Summus Pontifex generaliter, abſolute, & indiſtincte loquitur: ergo generaliter, & indiſtincte intelligendus eſt.

Nec excuſatur vexans Iudæum, Paganum, Hæreticum, vel excommunicatum, vt ſupra dixi, accedentem ad Vrbem cauſa conuerſionis, vel deuotionis. Ratio eſt, quia cui conuenit ratio diſpoſitionis, conuenit etiam ipſa diſpoſitio. cap. ſecundum 9. fin. de hæretic. l. 6. Præfatis autem perſonis conuenit ratio diſpoſitionis; quia Infideles baptiſmo

carentes poſſunt Romam venire, vt præcepta fidei doceantur, baptiſmum ſuſcipiant, poſſunt Eccleſias inuiſere, in ipſis orationes ad Deum fundere, &c.

Hęretici Romam venire poſſunt, vt abſolutione, & reconciliatione obtenta, ſacras Eccleſias viſitent, & alia quamplurima pietatis, & deuotionis opera in Vrbe præſtent.

Excommunicati etiam ſi communium Eccleſiæ ſuffragiorum, aut indulgentiarum capaces non ſint, nihilominus poſſunt in Eccleſijs priuatim orare. Bonac. loc. cit.

Romanæ Curiæ Procuratores, &c. moleſtans eſt excommunicatus. Vide Prælatus.

1 EXcommunicatio eſt in Bulla Cœnæ primo contra eos, qui occaſione cauſarum, vel negotiorum occidunt, ſeu quoquo modo percutiunt, aut bonis ſpoliant per ſe, vel per alios quemcunque Eccleſiaſticum, vel ſæcularem ſuper eius cauſis, & negotijs recurrentem, ac in illa eadem Curia proſequentem, aut procurantem, negotiorumque geſtores, Aduocatos, Procuratores, & Agentes, ſeu etiam Auditores, vel Iudices ſuper dictis cauſis, vel negotijs deputatos.

2. Contra eos, qui per ſe, vel per alios directe, vel indirecte delicta huiuſmodi committere, exequi, vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel fauorem præſtant.

Circa quam nota primo hanc cenſuram

quoad

quoad perſonas eſſe vniuerſalem; ſed quoad actiones eſſe iam numeratas, quæ non indigent declaratione.

Nota 2. Non puniri has actiones quacunque ratione fiant contra has perſonas; ſed ſolum ſi fiant occaſione cauſarum, aut negotiorum huiuſmodi. Vnde non incurrunt hanc cenſuram, qui aliquam ex dictis actionibus committunt contradictas perſonas ex alia cauſa, quam ex dictis.

Nota 3. hanc cenſuram extendi etiam ad omnes perſonas qui quouis modo cooperantur, vel concurrunt ad prædictas actiones, & qui mutilant, &c. Agentes, & Procurantes eiuſmodi negotia, & cauſas commorantes in Curia Romana dupplici excommunicatione ligari, & alia caſu nono. Vnde dupplici abſolutione indigent vel vna duos complectentes. Suar. diſp. 21. ſect. 2. n. 73.

S

Sacerdos excommunicatus celebrans ſit irregularis.

1 IRregularitas eſt contra Sacerdotem excommunicatum qui celebrat, vel auctoritate ſua in cauſa eſt, vt coram ſe alius celebret; quia ſolus Sacerdos ſic excommunicatus celebrans fit irregularis: ergo etiam ſolus Sacerdos faciens coram ſe celebrare illam incurrit. Suar. diſp. 12. ſect. 1. num. 4. & 8.

Sacerdos excommunicatus ſi excipiat confeſſiones incurrit irregularitatem.

1 ITa Diana tract. 2. de irreg. reſol. 90. vbi alij. Et mouetur ex eo, quod tradit. Nau. in Man. cap. 27. n, 244. vbi pro regula generali tradit fieri irregularem illum, qui celebrat Diuina Officia, vel facit aliquem actum deputatum Ordini ſacro maiori, quem habet. Conſtat autem, quod audire confeſſiones eſt actus ſpecialiter deputatus Ordini Presbyteri. 2. probat ex regula generali, videlicet, fieri irregularem illum clericum, qui exercendo actum Ordinis, violat cenſuram: at Sacerdos excommunicatus audiens confeſſiones. Primo exercet actum Ordinis Presbyterij, vt patet. 2. violat cenſuram excommunicationis, per quam illi interdicitur miniſtrare Sacramenta: ergo fit irregularis. Et hoc intellige quantumcumque excommunicatio, vel delictum ſit occultum.

Sacerdos non habens licentiam confitendi, ſi excipiat alicuius confeſſionem, non ſit irregularis.

1 ITa Bonac. de cenſur. diſp. 7. q. 3. p. 6. n. 6. qui citat Coninch. & Henriq. quia irregularitas incurritur ab exercente ordinem, quem

quem quis non habet. Sed Sacerdos in hoc caſu non exercet actum quem non habet, cum vere ſit Sacerdos: ſed potius dicitur exercere actum iuriſdictionis, quam non habet: ergo non eſt irregularis: cum non ſit lata irregularitas contra exercentem actum iuriſdictionis alienæ.

Sacerdos Epiſcopales actus exercens ſit irregularis.

1 SI Sacerdos, qui non eſt Epiſcopus, exerceat actus Epiſcopales v. g. ſi adminiſtrat Sacramentum Confirmationis, vel Ordinis, irregularis efficitur. Auil. de cenſ. p. 7. diſp. 9. ſect. 2. dub. 15. Manet autem ſolum irregularis, ne in Epiſcopum conſecrari poſſit. In Sacerdotio vero manebit ſuſpenſus biennio, vel triennio arbitrio Epiſcopi, ab executione autem inferiorum ordinum non manebit impeditus. Suar. tom. 5. de cenſ. diſp. 42. ſect. 4. n. 7. Maiol. de irreg. l. 4 c. 13. affirmat ſatis eſſe ad incurrendam irregularitatem, ſi Sacerdos benedicat publice, vt Epiſcopus cum illis verbis. Sit nomen domini benedictum.

Sacerdotem indignum ordinans ſit ſuſpenſus. Vide Epiſcopus quando ſuſpenditur, num. 16.

1 SVſpenſio eſt in cap. ſiqui Epiſcopi 1. q. 1. vbi gloſ. in verbo illi contra or-

dinan-

dinantem indignum Sacerdotem, quia in quo quis deliquit, in eo puniri debet. Nemo in Eccleſia Dei magis nocet, quam qui peruerſe agens, nomen, vel ordinem ſanctitatis, & Sacerdotis habet. D. Aug. multi ſunt Sacerdotes, & pauci ſunt Sacerdotes: multi nomine, & pauci opere. Chriſoſt.

Sacerdos, cui omnis præfertur peccator, antequem ſtatuitur omnis languor in nullo eorum ſit iudicandus, quæ in alio iudicare eſt promptus. Iudicans enim alium, qui eſt iudicandus, condemnat ſe ipſum. Cognoſcat igitur ſe, & purget in ſe, quod alias videt ſibi offerre. Aug. de pœnit. d. 6. cap. qui vult. Epiſcopus, Presbyter, atque Diaconus tam ſancta conſcientia reſplendeant, vt effugiant probitate actum maledicorum obloquia, & teſtimonium in ſe diuinum implere contendat, quo Dominus ait. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in Cœlis eſt. Et Chriſtus Sacerdotes alloquens.

Eſtote beneuoli, ſobrij, prudentes,
Iuſti, caſti, ſimplices, pij, patientes,
Hoſpitales, humiles, ſubditos docentes,
Conſolantes miſeros, prauos corrigentes.
Nam ſi ſic geſſeritis curam paſtoralem,
Vereque vixeritis vitam ſpiritalem,
Poſtquam exueritis clamydem carnalem
Ipſe vobis conferam ſtolam immortalem.

Quia, vt inquit Aug. ſerm. 43. tom. 10. Beatus eſt, qui ſe ſolummodo Domino adiuuante ſaluat: ſed multo beatior eſt, qui ſecum alios ad cæleſte Regnum trahere feſtinat. O fœlicer

Sa-

Sacerdotes, ſi ſacerdotaliter vixeritis. ex incerto auctore.

Sacerdos debet eſſe Chriſti alumnus,
A peccatis ſegregatus,
Rector, non raptor
Speculator, non ſpiculator
Diſpenſator, non diſſipator
Pius in iudicio
Iuſtus in concilio,
Deuotus in Choro,
Stabilis in Eccleſia,
Sobrius in menſa,
Prudens in lætitia,
Purus in conſcientia,
Aſſiduus in oratione.
Humilis in congregatione,
Patiens in aduerſitate,
Lenis in proſperitate,
Diues in virtutibus,
Expediens in actibus,
Sapiens in ſermone,
Verax in prædicatione.

Sacerdos exercens officium Præpoſiti ſæcularis eſt excommunicatus. Vide Teſtis.

1 Excommunicantur Sacerdotes, qui exercent officium Vicecomitis, ſeu Præpoſiti ſæcularis, ſi commoniti nolunt à dicto officio deſiſtere, & nemini reſeruatur. cap. 5. clericus ne cler. vel mon. & licet in priori parte textus ſit ſermo de clericis in ſa-

cris,

cris, & in hoc tamen reſtringitur ad Sacerdotes, vt ex Caiet. cap. 76. aſſerit Suar. loc. cit. n. 21. contra nonnullos. Nota hic cenſuram hanc incurri tantum propter vſum officij Gubernatoris ſæcularis habentis iuriſdictionem tempotalem ſine diſpenſatione Summi Pontificis. Sacerdotes Vicarij ſunt Chriſti, inquit D. Ambroſius homil. 17. ſuper Matt. & Concil. Carthag. 3. c. 15. Placuit, vt Epiſcopi, & Presbyteri. & Diaconi, vel Clerici non ſint conductores, neque Procuratores, neque vllo turpi, vel inhoneſto negotio victum quærant; quia reſpicere debent ſcriptum eſſe. Nemo militans Deo, implicet ſe negotijs ſæcularibus. Et Can. 8. Apoſt. Non oportet Epiſcopum, aut presbyterum, aut Diaconum publicis ſe adminiſtrationibus immittere; ſe vacare: & commodum ſe exhibere vſibus Eccleſiaſticis: In animum ergo inducant hoc facere, aut deponantur: nemo enim poteſt duobus dominis ſeruire. Et capit Epiſcopus 88. diſtinct. Epiſcopus, aut Sacerdos, aut Diaconus nequaquam ſæculi curas aſſumant, ſi naliter deijciatur Procuratores, & Diſpenſatores domorum alienarum, atque villarum quomodo eſſe poſſunt clerici, qui proprias iubentur contemnere facultates? Hyer. nepot. tom. 2.

Sacramentum Euchariſtiæ excõmunicato quando non eſt denegãdum.

1 CVratus ſi per confeſsionem tantum ſciat aliquem excommunicatum non debet

debet ei in generali communione publice petenti Corpus Chriſti denegare; ne videatur proditor, & reuelator confeſſionis. Vnde Raym.

Si quem ſecretum tu cognoſcas maledictum,
Iſque palam domini corpus quærit, dabis illi.
Sic corpus Iudæ Chriſtus porrexit aperte.

Vt in cap. Sacerdos de offic. ord. Poſtquam igitur Chriſtus ita egit, eum poſſumus debemus imitari; quia omnis Chriſti actio noſtra eſt inſtructio. Aug.

Sacramentum Pœnitentiæ ab excommunicato conferri non poteſt.

QVamuis omnes Sacerdotes claues habeant, non tamen poſſunt omnes ligare, & ſoluere; ſicut excommunicati ſuſpenſi, interdicti, & damnati. Hoc autem non eſt propter defectum ordinis; ſed quia non habent materiam debitam, ſcilicet ſubditos, qui auferuntur ab eis, cum excommunicantur. Poſſunt tamen tales baptizare, quia hoc eſt Sacramentum neceſſitatis. Poſſunt etiam tales Euchariſtiam conſecrare; quia hoc ſubſtantialiter adhæret ordini. Compen. Theo. ver. l. 6. c. 27.

Sacramentorum vſus, actiuus, ſeu adminiſtratio excommunicato prohibita eſt.

1 ITa colligitur ex cap. vlt. de cleric. excom. Nam adminiſtratio Sacramentorum, cum ſit miniſterium publicum, Eccleſiæ à Chriſto commiſſa eſt, vt proinde tam indignis, ac contumacibus interdicere iure poſſit.

Excipitur tamen caſus neceſſitatis, qua cenſura Eccleſiaſtica haud comprehenditur. Quapropter miniſter excommunicatus non tantum Sacramenta Baptiſmi, & Pœnitentiæ adminiſtrare poterit, ſi alius non adſit, qui in extrema neceſſitate miniſtret: ſed etiam accidere poteſt caſus, in quo Sacerdoti etiam non tolerato S. Euchariſtiam, vel extremam Vnctionem, morituris, qui aliud Sacramentum ſuſcipere neq. ſciunt miniſtrare liceat vt notat. Nau.c.22.n.4. Auila p.2.c.6. d.3. concluſ.4. Suar. diſp.11. ſect.1. n.17.

Ab hac doctrina excipitur Sacramentum Pœnitentiæ. Cum enim ad eius adminiſtrationem non tantum poteſtas ordinis requiratur; ſed etiam iuriſdictio, quæ ab Eccleſiæ Prælatis inferioribus miniſtris confertur, & propter cenſuram excommunicatis eiſdem aufertur, ſequitur abſolutionem irritam eſſe; quæ fit à Sacerdote excommunicato non tolerato, quippe cui omnis iuriſdictio per cenſuram adempta eſt.

Sa-

Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ non ſuſcipiens excommunicatus voluntarie in excommunicatione perſiſtens, peccat contra præcepta etiam quatenus Eccleſiaſtica ſunt ſuſcipiendi prædicta Sacramenta.

1 QVia illa præcepta per ſe obligant ad mundandam animam,& conſequenter ad tollenda vincula tum mortalium peccatorum, tum etiam excommunicationis. Layman. tract.5.p.2.c.2. Aegid.diſp.15. d.7. n.57.Nau.c.21.n.34. Suar.l.1.

Sacramentis abutentes ſunt excommunicati.

1 SAcramentis abutentes in diuinationibus varijs, & nefarijs precibus Dæmones inuocant aut ſacrificia illis offerunt, aut eos venerantur,& colunt, aut cum eis impia facta faciunt ſunt excommunicati,& nulli excommunicatio reſeruatur. Eſt. Io.22. relata in Directorei Inquiſitorum 2.p. q.43. Azor. 1.p. inſtit. moral l 9.c.26.

2 Religioſi profeſſi non Parochi,qui præſumunt Sacramenta vnctionis extremæ, aut Sacramenta Euchariſtiæ miniſtrare, vel matrimonia ſollenizare ſine Parrocchialis Preſ-

byteri

byteri licentia excommunicantur. Sed Fratres Minores, & Dominicani, & omnes participantes eorum priuilegijs ex indulto, & priuilegio Leonis X. poſſunt quouis anni die miniſtrare Eucharistiam ſæcularibus excepto die Paſchatis abſque eo quod vllam cenſuram incurrant. Nauar. Man. cap. 21. num. 52. ſimile priuilegium Patribus Soc. Ieſu conceſſum eſt.

3 Item dicti Religioſi, qui excommunicatos à canone, præterquam in caſibus eis à Pontifice conceſſis abſoluunt, vel etiam à ſententijs per ſtatuta ſynodalia, vel Prouincialia promulgatis,ſeu à pœna, & culpa (vt aiunt) abſoluere quemquam præſumũt; quod intellige, ſi à tota pœna per plenariam indulgentiam abſoluunt. Suar. infra n.19. & reſeruatur Papæ. Clem. 1. religioſi de priuileg.

Nota hac cenſura affici tantum religioſos, etiam per tria vota ſimplicia alicuius approbatæ religionis delinquentes in ſupradictis, quamuis Sacerdotes ſint, quia veri religioſi per ſimplicia vota conſtituuntur. Vnde in hac cenſura non comprehenduntur clerici ſæculares, neque ij, qui religioſam vitam agunt in religione non approbata; quia non ſunt veri Religioſi. Suar. diſp.22. ſect.4. nu.2. & ſeq.

Deficiente proprio Sacerdote,poteſt alius, etiam Religioſus adminiſtrare extremam vnctionem ſub ratihabitione proprij;poteſt vero dare licentiam proprius. non tamen excõmunicatus aut ſuſpenſus nominatim Sà verb. extr. vnct, n.8. vbi alij. Excommunicatus abſol-

ſoluatur prius ab excommunicatione deinde vngendus.

Viaticum in articulo mortis Regulares poſſunt adminiſtrare ſuis familiaribus ſine licentia Parochi. Dian. 5. p. tract. 3, reſol. 32. & Mancin. in pract. viſit. infir. pract 8. dub. 2.

Saltans cum grauida, ſi illa abortit, quando eſt irregularis.

1 SAltans cum grauida muliere, quæ ob id abortit, non eſt irregularis, ſi licite id faciat, vt frater, propinquus, aut amicus honeſtus; ſecus ſi illicite, vt amator obſcenus, aut clericus, cui ſaltatio eſſet prohibita c. ſicut ex tuarum, cum adnot. ei per pari de homicid. Omnis motus petulantiæ eſt ſaltus in profundum Inferni, ideo quanto altius in chorea ſaltaueris, tanto profundius in Infernum cades. Aug.

Salutare non debemus excommunicatum.

1 QVia eſt ſecundum pręceptum Apoſtoli Ioannis in ſua ſecunda Canonica Epiſ. vbi dicitur. Nec Aue ei dixeritis, & certum eſt non licere dicere ei Aue, Salue, & ſimilia. Item nec licet eundem ſalutare per litteras; in caſu autem, quo liceret excommunicato ſcribere, non debet ſalutari; ſed loco huius accuſatiui, ſalutem, ponere poſſumus

hæc

hæc verba, ſpiritum conſilij ſanioris, vt notant DD.

Dicere etiam ei poſſumus nos ſalutanti, Dominus te emendet, Deus te conuertat, Deus te illuminet, & huiuſmodi verba dicere non eſt ipſum ſalutare, ſed potius ipſum de ſua culpa arguere, & ad impetrandam ſuam abſolutionem admouere, quod licitum eſt.

Scabies quando inducit irregularitatem.

1 Scabies multa, & iugis, cum ſit ſimilis, & affinis lepræ, quæ non ſine ſuſpitione luxuriæ hominem inuadere ſolet, quia ex eadem cauſa plerumque, qua lepra, ſcilicet ex atrabili, originem ducit, vt ſcribit Hyer. Gabuccin. de comit. morb. l. 2 fol. 33. & difficulter excutitur; quia liberum vſum manuum impedit, & Sacramenti contractationem; irregularem conſtituit, ita, vt nec promoueri, nec in ſuſceptis ordinibus miniſtrare permittat. ex Maiol. l. 2. de irreg. c. 18. n. 4. & Henriq. l. 44. c. 8. § 8. quorum opinio eſt vera, quando nimiam ſecum deformitatem afferret, alias impedimentum eſſet temporaneum, non autem irregularitas.

Seluatici Diaconi non gaudent priuilegio canonis, ſed fori.

1 Diaconi ſeluatici in Regno Neapolitano ad ſummum quattuor poſſunt dari Ca-

ri Cathedralibus, ſeu Eccleſijs Superioribus. Congr. ſuper negotia Regni 10. Kalend. Iulij 1623. relata à Gauant. verb. clericus n. 86.

2 Collegiatis, & Parrocchialibus duo, alijs Eccleſijs, in quibus diuina celebrantur, ſi Epiſcopo videbitur vnus. ibid.

3 Qui gratis, & per ſe ipſos ſeruiant, non criminoſi, neque malæ famæ ibid.

4 Hi non gaudent priuilegio canonis, fori autem in criminalibus omnino, & in ciuilibus quo ad corporis diſtrictionem tantum, & immunitate ab oneribus perſonalibus, non ab alijs, durante ſeruitio gaudent. Sine præiudicio maioris priuilegij, & immunitatis legitimæ, ſi alicubi habent.

5 Ordinarij in præmiſſis ſint iudices, præterquam ſi agatur de maiori priuilegio dubio; Papæ enim reſeruatur. ibid.

Sciſmatici ſunt excommunicati.

1 Excommunicatio fulminatur contra Sciſmaticos in primo canone Bullæ Cœnæ Domini. Vere, & proprie ſciſmaticus eſt, qui recuſat Summo Pontifici ſubeſſe, & obedire tanquam Chriſti vices in terris gerenti. Idem eſt, ſi nolet ſe cum Eccleſiæ membris coniungere, quatenus Eccleſiæ membra, & partes ſunt.

Dicuntur Sciſmatici à ſciſmate; eſt autem ſciſma rebellis ſeparatio ab Eccleſiæ capite, & Vicario Chriſti. Quando ſciſma eſt coniunctum cum hæreſi. Vide Tolet. l. 1. c. 2.

Suſpenſio eſt à Sacris Ordinibus, & dignitati-

tatibus contra eos, qui ſponte iurare præſumunt tenere ſciſma, ideſt, affirmare præſumunt cum iuramento omnia facta à ſciſmaticis eſſe valida, ſunt enim omnia ob eis facta irrita, præter ordines, ſecundum formam Eccleſiæ ab eis collatos cap. 1. de ſciſmat. & ibi DD.

3 Clericus ſcienter ſuſcipiens ordines ab Epiſcopo ſciſmatico manifeſto, eſt ipſo iure ſuſpenſus ab eorum vſu. Azor. inſtit. moral. p.1.l 8,c.20. q 9.& 11.Duard.q.56. n.14. in com. Bullæ Cœnæ redditurque inhabilis ad beneficia obtinenda, etiam poſt abiuratum ſciſma. In quo caſu ſolus Papa diſpenſat. Sanchez in decal. tom.1.l.2.n.18. ex Abb. in cap. quia diligentia n. 7.

Sciſma, prout nomen græcum ſonat ſciſſuram ſignificat, eo quod vnionem ſcindat, quæ inter omnia membra, & caput Eccleſiæ eſſe debet, & tales à Patribus peiores illis dicuntur, qui Chriſtum crucifixerunt, cum iſti nec tunicam Chriſti inconſutilem ſcindere, nec oſſa eius frangere fuerint auſi; hi vero, ideſt, ſciſmatici, Eccleſiam eius, in illa tunica, & oſsibus figuratam omnino lacerant, ſcindunt, & diſrumpunt.

Scholas pias erigentes, &c. ſunt excommunicati.

1 EXcommunicatio ipſo facto incurrenda eſt contra alios quoſcunque quauis auctoritate fungentes, qui ſcholas ſub nomine

ne ſcholarum piarum erigere, aut inſcribere, habitumque per dictos clericos regulares ſcholarum piarum geſtare ſolitum audent, ſeu præſumunt. Vrban. VIII. die 7. Aug. 1630. Ad vberiores.

Sedem Apoſtolicam petentes moleſtans eſt excommunicatus.

1 EXcommunicatio eſt in Bulla Cœnæ contra omnes primo qui accedentes, ad Sedem Apoſtolicam, vel ab ea recedentes per ſe, vel per alios interficiunt, mutilant, ſpoliant, capiunt, & detinent.

2. Contra omnes, qui iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam non habentes, eam ſibi temere vendicantes, ſimilia contra commorantes in eadem Curia audent perpetrare.

Circa primam partem nota 1. eos, qui aliquam actionem ex his faciunt contra euntes ad Sedem Apoſtolicam, ideſt, ad negotia, cauſas, vel res ad illam pertinentes, aut quoquo modo gratia illius, incurrere hanc cenſuram.

Hinc ſequitur non incurrere offendentem eum, qui ad Romanam Curiam accedit non cauſa negotiorum, ſed animi gratia. Vgol.

Neque incurrere offendentem eum, qui recurrit ad Sedem Apoſtolicam in ſuis negotijs ipſis iam abſolutis, & terminatis. Quia Summus Pontifex priuilegium concedit recurrentibus ad Sedem Apoſtolicam, hic autem abſoluta cauſa non dicitur recurrens: ſicut in ſimili patet de offendentibus peregrinos, qui

cauſa deuotionis Romam venerunt, ſed domum iam redierunt. Ant. So. diſp. 68. n. 3.

Neque incurrere percutientem, vel ſpoliantem fratres, filios, aut alios conſanguineos recurrentium ad Sedem Apoſtolicam, vel Procuratorem, Auditorem, vel Iudicem, etiam ſi faciat occaſione cauſarum, vel negotiorum; quia nullus de his ſermo eſt in hoc canone. Filliuc. hic.

Nota 2. percutientem Clericum ad Romanam Curiam recurrentem cauſa negotiorum non ſolum ligari excommunicatione huius canonis verum etiam. cap. ſiquis ſuadente à diabolo 17. q. 4. Tum quia duas leges, cenſuram excommunicationis continentes, & ex varijs motiuis latas violat, hæc enim edita eſt non ſolum fauore perſonarum recurrentium, verum etiam cauſarum ne ipſarum expeditio, vel executio impediatur, ſeu fauore Romanæ Curiæ, vt ad illam ſingulis liber aditus pateat. Illa vero, in cap. ſiquis, condita eſt in honorem ordinis Eccleſiaſtici. Tum quia ſicut exercens aliquam actionem in multis canonibus huius Bullæ, & ex varijs motiuis interdictam, ligatur multiplici excommunicatione. Tolet. Alter. Viuald. Vgol. & alij.

Circa ſecundam partem nota eos etiam incurrere hanc excommunicationem qui prætextu iuriſdictionis vſurpatæ prædictas iniurioſas actiones exercerent in eos, qui in Curia morantur.

Hinc collige eos, qui ob aliquam aliam cauſam, quam ob iuriſdictionem vſurpatam aliquem morantem in curia interficiunt, vt ex

rixa,

rixa, vel aliquem furando ſpoliant, &c. non affici hac cenſura, quia non auctoritatiue tanquam iuriſdictionem exercentes id faciunt. Suar. diſp. 2. ſect 2. n. 65. & ſeq.

Sedes Romanorum Pontificum per Antonomaſiam Apoſtolica appellatur non tantum quia in ea Principi Apoſtolorum ſucceditur, ſed quia cum ſimili auctoritate Apoſtolicæ, & vniuerſalis gubernationis ſucceditur. At vero aliarum Eccleſiarum Epiſcopi ſucceſſerunt Apoſtolis in Epiſcopatu particolari, non in Apoſtolatu, ſeu vniuerſali iuriſdictione erga fideles, omnes. Layman. De Sede Apoſtolica inquit Orſ. m. 5. l. 1. c. 5.

Hac eſt Papalis Sedes, & Pontificalis,
Præſidet, & Chriſti de iure Vicarius iſti:
Et quia iure datur, Sedes Romana vocatur,
Nec debet vere, niſi ſolus Papa ſedere:
Et quia ſublimis. al. ſ ſubduntur in imis.

Sepultura Eccleſiaſtica quando inducit interdictum, vel excommunicationem.

1 INterdictum eſt contra Eccleſias, & Cœmeteria: quorum Religioſi, vel ſæculares clerici ibi ſepelierunt eos, quos per votum, iuramentum, aut promiſſionem adduxerunt ad eligendum ſibi apud eorum Eccleſias ſepulturam, vel ad non mutandam ſemel electam, & durat donec plenaria facta fuerit reſtitutio tam corporum, ſi petâtur, quam emolumentorum omnium, quæ ratione dictæ ſe-

pulturæ ad eos peruenerint intra decem dies ijs, ad quos de iure ſpectant. c.de ſepult. in 6.

2 Clerici ſæculares aliquem inducentes ad vouendum, iurandum, vel promittendum, vt apud eorum Eccleſias, eligat ſibi ſepulturam, vel iam electam vlterius non immutet, excommunicantur, & reſeruatur Papæ. Clem. 3. cupientes §. ſane de pœnit.

Nota non ſatis eſſe inductionem actus ad incurrendam hanc cenſuram, ſed requiri obligationem illius actus voti, iuramenti, vel promiſſionis apud Eccleſias inducentium hanc obligationem ſecuto effectu talis obligationis, ſecus ſi inductio fiat in alienas Eccleſias, etiam cum tali obligatione. Suar. diſp. 22. ſect. 4. n. 25.

3 Si Eccleſia eſt interdicta vbi eſt ſepultura maiorum, ſepeliatur cadauer in Parrochiali; ſi hæc eſt interdicta, in Cathedrali, ſi omnes interdictæ in monaſterio proximiori. Sylu. 9. verb. ſepultura q.

Sepelientes Hæreticos ſunt excommunicati.

1 Excommunicatio eſt contra ſcienter præſumentes corpora hæreticorum credentium, receptatorum, & defenſorum eorum Eccleſiaſticæ tradere ſepulturæ, & nemini reſeruatur. c. 2. de hæreſ. in 6. & non abſoluantur, niſi præmiſſa ſatisfactione idonea, vt ſcilicet huiuſmodi damnatorum corpora proprijs manibus proijciant quando oſ-

ſa

ſa eorum ab oſſibus Catholicorum diſcerni poſſunt, alias ſecus. cap. 12 ſacris de ſepult. & Clem. 1. eodem. Vnde Raym.

Hæreticus, credens, defenſor, quique fauens eſt,
Atque receptator, nobiſcum non tumulantur:
Nam ſunt aſtricti vinclis anathematis iſti.
Ipſos, qui tumulat ſacra te llure ſcienter
Banno vincitur, donec faciat ſatis inde,
Nec ſoluetur ad hoc, hi ni prius extumulentur.

Sepelientes excommunicatos, interdictos, & vſurarios ſunt excommunicati.

1 EXcommunicatio eſt primo contra eos, qui tempore interdicti corpora defunctorum ſepeliunt in loco ſacro in caſibus à iure non permiſſis. Clem. 1. de ſepult. & Raym.

At interdicti, qui tempore corpora condit
In terra ſancta: niſi caſu iure permiſſo:
Cenſura ſimili facto conſtringitur ipſo.

2 Contra eos, qui ſcienter publice excommunicatos ſimili ſepulturæ tradunt. ibid.

3 Idem intellige de publicis interdictis, & publice vſurarijs, & nemini reſeruatur. ibid.

4 Excommunicatus etiam denunciatus, dans ſigna pœnitentiæ in articulo mortis, ſepeliatur in Eccleſia: Congregat. Epiſc. 17. Maij 1583. Gauant. in Manual. Epiſc. verb. ſepultura n. 16.

5 Repertus in puteo non ideo priuandus ſepultura Eccleſiaſtica: non enim præſu-

mitur ſe occidiſſe. Sà verb. ſepultura, n. 6.

6 Quia criminis ſuſpitio longe ſemper repellenda eſt. l. merito ff. pro ſocio potuit enim ab alio is in puteum deijci, & non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. l. nam hoc. c. vnde legi l. neque natales.

Sepeliens vno, & eodem actu publicum excommunicatum in Eccleſia, qui etiam ſit nominatim interdictus, & Vſurarius manifeſtus, tres excommunicationes incurrit.

1 RAtio eſt, quia formaliter, & moraliter committit triplicem inobedientiam pro diuerſis cauſis prohibitam, ſeu triplex ſacrilegium formaliter diuerſum. Vnum violando excommunicationem, ſepelit enim excommunicatum publicum, qui priuatur Eccleſiaſtica ſepultura ratione excommunicationis. Secundo violando Interdictum, quod eſt cenſura ſpecie diuerſa ab excommunicatione. Tertio ſepeliendo Vſurarium publicum contra prohibitionem factam ſub excommunicatione. Tria igitur delicta committit, pro quibus ſingulis ob diuerſam cauſam excommunicationis pœna infertur: ergo ter eſt excommunicatus. Hæ prohibitiones habentur in Clem. 1. de ſeq, Vide Sayr. l. 1. de cenſ. c. 10. num. 10.

Sepelientes vſurarios, vel ab eis oblationes recipientes ſunt ſuſpenſi.

1 SVſpenſio eſt ab officio contra clericum, qui ab vſurario ſpecialiter,& nominatim per ſententiam condemnato, vel ſaltem de tali crimine declarato oblationes Eccleſiæ factas ſuſcipit, vel tradit Eccleſiaſticæ ſepulturæ eius corpus ſic defuncti, reſeruatur Epiſcopo. cap. quia in omnibus de vſuris. Vnde qui vtrũmque committit, accipere ſcilicet oblationes, & tradere eius corpus ſepulturæ, duas contrahit ſuſpenſiones,& duplici indiget abſolutione, vel vna vtramque cauſam complectente. Suar. diſp. 31. ſect. 3. n.7.& Raym.

Nummos, vel proprios dante ad fenus manifeſte
Nulli ſacrata licet te tradere terra,
Nam contra faciens ſacro mucrone feritur.

Et alibi.

Sacra ſepultura, atq. etiam communio Chriſti
Non datur, fenus exercenti manifeſte.

Sepultura priuati ſunt iure (niſi in morte dant ſigna contritionis) non ſolum vſurarij manifeſti, ſed excommunicati, morientes in peccato notorio, aut in duello, interdicti Eccleſiæ ingreſſu, fautores hæreticorum, aut infidelium, nominatim interdicti. Religioſi proprietarij. Vnde S. Gregorius in ſterquilinio ſepeliri fecit proprietarium monachum cum tribus argenteis, quos repertus eſt habuiſſe, & fecit eos argenteos ſecum iactari in ſepul-

chrum, dicendo. Pecunia tua tecum ſit in perditionem. Monacho habenti proprium negabit Deus ſuum proprium, quod eſt miſereri, & parcere. Bernard. Vide ſummiſtas verb. ſepultura.

Qui in ipſo actu venereo correptus morbo amiſit loquelam, & paulo poſt expirauit, eſt priuandus Eccleſiaſtica ſepultura. Iacobus marchantius in reſol. paſtor. tract. 5 de moribund. c. 3. q. 4. fol. 635. docet priuandos eſſe ſepultura Eccleſiaſtica omnes, qui moriuntur in peccato mortali notorio, ſeu manifeſto, ſine ſignis pœnitentiæ; vt meretrices, concubinarij, vſurarij, & qui in fragrante delicto occidantur.

Sepultura Eccleſiaſtica negatio quam damnoſa excommunicato.

1 APud S. Cyprianum epiſ. 68. n. 15. magno probro datur Martiali, Pſeudo Epiſcopo Hiſpano, quod filios in eodem Collegio exterarum gentium more apud profana ſepulcra depoſuiſſet, & alienis conſepeliuiſſet. Nunc quoque hominibus execrandis quibus pro ſceleribus vita eripitur complementum ſupplicij decerni ſolet, vt ſepeliantur ſepultura aſini careantque Eccleſiaſtica ſepultura.

De damno excommunicati ob negatam ſepulturam in loco ſacro, nemo recte pronunciarit; niſi qui commoda ſepulturæ in loco

ſacro

ſacro conceſſæ, bene perſpexerit. Non parum cōmodi ad mortuū deriuatur, quod occaſione loci ſancti, in quo iacet commeantium illuc fidelium orationibus adiuuetur. Quæ eſt etiam S. Greg. ratio c. 4. Dial. c. 50. Accedit quod Eccleſia, loco ſacro ſuas preces, ac ſuffragia veluti conſeruit, quod eſt potentiſſimum medium ad leuamen à Deo fidelibus illic iacentibus exorandum. Hos ob cauſas pij quique iam olim magna ſollecitudine curarunt dum adiuuerent, vt poſt mortem tumularentur in locis ſacris, & benedictione Eccleſiaſtica ad ſepulturam fidelium addictis: notiſque, ac cognatis mortuorum magna religio fuit id beneficium illis curare. S. Ambroſius in Satyri fratris Epitaphio his verſibus concinnato, hanc ſibi fuiſſe mentem monſtrauit.

Vranio Satyro ſupremum frater honorem,
Martyris ad leuam detulit Ambroſius.
Hac meritis merces, vt ſacris ſanguinis humor,
Finitimas penetrans abluit exuuias.

Seruus eſt irregularis, & quare.

1 IRregularitas eſt primo contra ſeruos in ſeruitute manentes, qui non poſſunt ordinari, niſi prius à dominis manumittantur. C. Apoſtolorum diſt. 81.

Abſque tui domini conſenſu non tibi detur
Ordo ſacer, ſi ſis ſeruilis conditionis.

II Quod ſi domino ſciente, & non contradicente ſerui ordinentur, eo ipſo fiunt liberi,

Auil.p.7. diſp.4. dub. 7. concl. 5. & 6. Oportet autem completam eſſe ſimoniam : ſi enim non eſt datum ſpirituale, aut temporale, non eſt locus pœnis, etiam ſiquis promiſſionem ſcripto confirmaſſet. Sa verb. ſimonia n. 6.

Simoniaci ſunt excommunicati. Vide Epiſcopus quando excommunicatur.

1 OMnes quacunque dignitate præditi, qui dando, vel recipiendo ſimoniam committunt tam in ordine, quam in beneficio, aut quod illa fiat mediatores exiſtunt, ſeu procurant, excommunicantur, & reſeruatur Papæ. extr. 2. cum deteſtabile. de ſimon. Suar. diſp. 22. ſect. 5. num. 22. & ſequent.

Qui dignitates acquiſiuerit per ſimoniam ipſo iure eſt priuatus, & inhabilis eſt ad eas, & alias obtinendas. Pius V. ann. 1566.

Qui beneficium, aut officium Eccleſiaſticum, ſit illis eo ipſo priuatus, & ad reſtitutionem omnium fructuum tenetur, & perpetuo ſit inhabilis ad alia. ibid.

Qui conuictus fuerit in conſequendis ordinibus de ſimonia, eo ipſo ſit ſuſpenſus ab eorum executione per decennium, & carceri per annum mancipetur. ibid.

Qui pluries conuictus fuerit præter ſupradictas pœnas, corporaliter puniatur, & ab ordinibus degradatus eijciatur à conſortio fidelium. Trident. ſeſſ. 24. c. 6.

Simoniæ crimen computatur inter grauiora

ra crimina, vt eſt tex. in cap. fin. de purg. can. de quo quidem terribilia verba Paſcalis Papa deſcripſit in cap. fin. 1. q. 7. videlicet. Quod omnia etiam crimina ad comparationem Simoniacæ hęreſis quaſi pro nihilo reputantur.

Simoniacus per ignorantiam non incurrit excommunicationem, ſi ignorantia talis erit, quæ excuſet, probabilis ſcilicet facti. Nauar. c. 27, n. 16.

Poteſt Epiſcopus abſoluere à ſimonia occulta. Trid. ſeſſ. 24. c. 6.

De ſimoniaco pure mentali omnes conueniunt non eſſe latam pœnam: Cum tamen in aliquem actum externum emanauit, affirmat Sot. l. 9. de Inſt. q. 8. Oppoſitum tamen eſt aſſerendum cum Tolet. qui id affirmat expreſſe decerni. cap. mandato. de ſimonia. Sylu. ſimonia §. 20. Panorm. cap. mandato de ſimonia. Caiet. ibid. c. 2.

Propter ſimoniam conuentionalem, quæ ex neutra parte ad opus emanauit, ſed ſolum in conuentione, pactoque ſtetit, etiam omnes Doctores negant incurri pœnam. Nec etiam ab eam incurritur pœna, cum datum fuit pretium, ſed non beneficium; vel aliud ſpirituale. Caiet. & Sot. loc. cit. In ea vero, in qua datum fuit beneficium, ſed nondum datum pretium controuertunt Auctores. Negat Nau. cap. fin. de ſimonia. In oppoſitum eſt cõmunis opinio cum Sot. l. 9. de Inſt. q. 8. §. 1. Putatque Toletus eſſe veriſſimam, & expreſſam in c. cum ſuper eo de confeſſ. c. nobis fuit. de ſimon. Tenet id ſtylus Romæ. Ratio Cardinalis eſt; quia tranſlato beneficio,

facta

pulturæ ad eos peruenerint intra decem dies ijs, ad quos de iure ſpectant. c.de ſepult. in 6.

2 Clerici ſæculares aliquem inducentes ad vouendum, iurandum, vel promittendum, vt apud eorum Eccleſias, eligat ſibi ſepulturam, vel iam electam vlterius non immutet, excommunicantur, & reſeruatur Papæ. Clem. 3. cupientes §. ſane de pœnit.

Nota non ſatis eſſe inductionem actus ad incurrendam hanc cenſuram, ſed requiri obligationem illius actus voti, iuramenti, vel promiſſionis apud Eccleſias inducentium hanc obligationem ſecuto effectu talis obligationis, ſecus ſi inductio fiat in alienas Eccleſias, etiam cum tali obligatione. Suar. diſp. 22. ſect. 4. n. 25.

3 Si Eccleſia eſt interdicta vbi eſt ſepultura maiorum, ſepeliatur cadauer in Parrochiali, ſi hæc eſt interdicta, in Cathedrali, ſi omnes interdictæ in monaſterio proximiori. Sylu. 9. verb. ſepultura q.

Sepelientes Hæreticos ſunt excommunicati.

1 Excommunicatio eſt contra ſcienter præſumentes corpora hæreticorum, credentium, receptatorum, & defenſorum eorum Eccleſiaſticæ tradere ſepulturæ, & nemini reſeruatur. c. 2. de hæreſ. in 6. & non abſoluantur, niſi præmiſſa ſatisfactione idonea, vt ſcilicet huiuſmodi damnatorum corpora proprijs manibus proijciant quando oſ-

ſa

ſa eorum ab oſſibus Catholicorum diſcerni poſſunt, alias ſecus. cap. 12 ſacris de ſepult. & Clem. 1. eodem. Vnde Raym.

Hæreticus, credens, defenſor, quique fauens eſt,
Atque receptator, nobiſcum non tumulantur.
Nam ſunt aſtricti vinclis anathematis iſti.
Ipſos, qui tumulat ſacra tellure ſcienter
Banno vincitur, donec faciat ſatis inde,
Nec ſoluetur ad hoc, hi ni prius extumulentur.

Sepelientes excommunicatos, interdictos, & vſurarios ſunt excommunicati.

1 Excommunicatio eſt primo contra eos, qui tempore interdicti corpora defunctorum ſepeliunt in loco ſacro in caſibus à iure non permiſſis. Clem. 1. de ſepult. & Raym.

At interdicti, qui tempore corpora condit
In terra ſancta: niſi caſu iure permiſſo:
Cenſura ſimili facto conſtringitur ipſo.

2 Contra eos, qui ſcienter publice excommunicatos ſimili ſepulturæ tradunt. ibid.

3 Idem intellige de publicis interdictis, & publice vſurarijs, & nemini reſeruatur. ibid.

4 Excommunicatus etiam denunciatus, dans ſigna pœnitentiæ in articulo mortis, ſepeliatur in Eccleſia: Congregat. Epiſc. 17. Maij 1583. Gauant. in Manual. Epiſc. verb. ſepultura n. 16.

5 Repertus in puteo non ideo priuandus ſepultura Eccleſiaſtica: non enim præſu-

mittur ſe occidiſſe. Sà verb. ſepultura, n. 6.

6 Quia criminis ſuſpitio longe ſemper repellenda eſt. l. merito ff. pro ſocio potuit enim ab alio is in puteum deijci, & non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. l. nam hoc. c. vnde legi l. neque natales.

Sepeliens vno, & eodem actu publicum excommunicatum in Eccleſia, qui etiam ſit nominatim interdictus, & Vſurarius manifeſtus, tres excommunicationes incurrit.

1 Ratio eſt, quia formaliter, & moraliter committit triplicem inobedientiam pro diuerſis cauſis prohibitam, ſeu triplex ſacrilegium formaliter diuerſum. Vnum violando excommunicationem, ſepelit enim excommunicatum publicum, qui priuatur Eccleſiaſtica ſepultura ratione excommunicationis. Secundo violando Interdictum, quod eſt cenſura ſpecie diuerſa ab excommunicatione. Tertio ſepeliendo Vſurarium publicum contra prohibitionem factam ſub excommunicatione. Tria igitur delicta committit, pro quibus ſingulis ob diuerſam cauſam excommunicationis pœna infertur: ergo ter eſt excommunicatus. Hæ prohibitiones habentur in Clem. 1. de ſeq, Vide Sayr. l. 1. de cenſ. c. 10. num. 10.

Se-

Sepelientes vſurarios, vel ab eis oblationes recipientes ſunt ſuſpenſi.

1 SVſpenſio eſt ab officio contra clericum, qui ab vſurario ſpecialiter, & nominatim per ſententiam condemnato, vel ſaltem de tali crimine declarato oblationes Eccleſiæ factas ſuſcipit, vel tradit Eccleſiaſticæ ſepulturæ eius corpus ſic defuncti, reſeruatur Epiſcopo. cap. quia in omnibus de vſuris. Vnde qui vtrumque committit, accipere ſcilicet oblationes, & tradere eius corpus ſepulturæ, duas contrahit ſuſpenſiones, & dupplici indiget abſolutione, vel vna vtramque cauſam complectente. Suar. diſp. 31. ſect. 3. n. 7. & Raym.

Nummos, vel proprios dante ad fœnus manifeſte
Nulli ſacrata licet te tradere terra,
Nam contra faciens ſacro mucrone feritur.

Et alibi. 1

Sacra ſepultura, atq. etiam communio Chriſti
Non datur, fœnus exercenti manifeſte.

Sepultura priuati ſunt iure (niſi in morte dant ſigna contritionis) non ſolum vſurarij manifeſti, ſed excommunicati, morientes in peccato notorio, aut in duello, interdicti Eccleſiæ ingreſſu, fautores hæreticorum, aut infidelium, nominatim interdicti Religioſi proprietarij. Vnde S. Gregorius in ſterquilinio ſepeliri fecit proprietarium monachum cum tribus argenteis, quos repertus eſt habuiſſe, & fecit eos argenteos ſecum iactari in ſepulchrum.

chrum, dicendo. Pecunia tua tecum ſit in perditionem. Monacho habenti proprium negabit Deus ſuum proprium, quod eſt miſereri, & parcere. Bernard. Vide ſummiſtas verb. ſepultura.

Qui in ipſo actu venereo correptus morbo amiſit loquelam, & paulo poſt expirauit, eſt priuandus Eccleſiaſtica ſepultura. Iacobus marchantius in reſol. paſtor. tract.5 de moribund. c.3. q.4. fol.635. docet priuandos eſſe ſepultura Eccleſiaſtica omnes, qui moriuntur in peccato mortali notorio, ſeu manifeſto, ſine ſignis pœnitentiæ; vt meretrices, concubinarij, vſurarij, & qui in fragrante delicto occidantur.

Sepulturæ Eccleſiaſticæ negatio quam damnoſa excommunicato.

1 APud S. Cyprianum epiſ. 68. n. 15. magno probro datur Martiali, Pſeudo Epiſcopo Hiſpano, quod filios in eodem Collegio exterarum gentium more apud profana ſepulcra depoſuiſſet, & alienis conſepeliuiſſet. Nunc quoque hominibus execrandis quibus pro ſceleribus vita eripitur complementum ſupplicij decerni ſolet, vt ſepeliantur ſepultura aſini careantque Eccleſiaſtica ſepultura.

De damno excommunicati ob negatam ſepulturam in loco ſacro, nemo recte pronunciarit; niſi qui commoda ſepulturæ in loco

ſacro

ſacro conceſſæ,bene perſpexerit.Non parum cõmodi ad mortuũ deriuatur, quod occaſione loci ſancti, in quo iacet commeantium illuc fidelium orationibus adiuuetur. Quæ eſt etiam S. Greg.ratio c. 4. Dial. c. 50. Accedit quod Eccleſia, loco ſacro ſuas preces, ac ſuffragia veluti conſeruit, quod eſt potentiſſimum medium ad leuamen à Deo fidelibus illic iacentibus exorandum. Hos ob cauſas pij quique iam olim magna ſollecitudine curarunt dum aduiuerent, vt poſt mortem tumularentur in locis ſacris,& benedictione Eccleſiaſtica ad ſepulturam fidelium addictis: notiſque, ac cognatis mortuorum magna religio fuit id beneficium illis curare. S. Ambroſius in Satyri fratris Epitaphio his verſibus concinnato, hanc ſibi fuiſſe mentem monſtrauit.

Vranio Satyro ſupremum frater honorem,
Martyris ad leuam detulit Ambroſius.
Hæc meritis merces, vt ſacris ſanguinis humor,
Finitimas penetrans abluit exuuias.

Seruus eſt irregularis, & quare.

1 Irregularitas eſt primo contra ſeruos in ſeruitute manentes,qui non poſſunt ordinari, niſi prius à dominis manumittantur. C. Apoſtolorum diſt. 81.

Abſque tui domini conſenſu non tibi detur
Ordo ſacer, ſi ſis ſeruilis conditionis.

2 Quod ſi domino ſciente, & non contradicente ſerui ordinentur, eo ipſo fiunt liberi,

ſed ſi ipſo inſcio minoribus ordinentur, manent ſerui; ſicut prius, ſi vero ſacris, fiunt liberi, Sed Epiſcopus, ſi fraudi ſit conſcius, aut alium eum præſentans, tenetur domino duplum reſtituere. Coin. loc citat. dub. 13. in fine. Huius irregularitatis ratio eſt prima ſeruilis vilitas, & clericalis dignitas; per tales enim ſacerdotij dignitas obſcuratur, & diminuitur auctoritas, vt docet S. Baſil. ep. 8. ad Euſebium Altera eſt impotentia ſui, nam in ſuſceptione ordinis homo Diuinis Officijs mancipatur, & ideo debet eſſe iuris ſui, vt libere poſſit ſeruitio Eccleſiæ vacare: ſeruus autem, quia non eſt ſui iuris, ſed domini ſui; ſeruus enim eſt res animata poſſeſſa, non poteſt ſe miniſterio Eccleſiæ mancipare, cum nemo dare poſſit, quod ſuum non eſt, ideoque ad ordines promoueri nequit, niſi herus eum manumittat.

Nemo ſimul dominis par eſt ſeruire duobus.

Quia debet eſſe ſui iuris, vt libere miniſterio Eccleſiæ poſſit vacare, & ea ratione non licet ordinibus inſignito, ſaltem in ſacris, ſe ſe in ſeruitutem tradere, niſi inſignis aliqua pietas interceſſerit, vt de Paullino Nolæ Epiſcopo refert Greg. l. 3. Dial c. 1. qui ſe ipſum Tyrannis vendidit, vt ſubditos redimeret.

Seruus quando poteſt ab Epiſcopo abſolui ab excommunicatione.

1 Seruus abſoluitur ab Epiſcopo, etiam ob enormem percuſſionem clerici in

duobus

duobus caſibus. Vnus eſt quando ſeruus fecit in fraudem, ut ... ſe à domino liberaret. Alter quando etiam ſi non in fraudem fecerit, tamen eius abſentia eſt in magnum detrimentum domini, nec dominus in culpa læſionis fuit.

Adhuc etiam, in his duobus caſibus ab Epiſcopo non poteſt abſolui quando eſt tam enormis læſio, vt ad vitandum ſcandalum, vel tollendum exemplum ſit mittendus ad Sedem Apoſtolicam. c.Relatum de ſent.excom. Si tamen ſeruus in libertatem peruenerit, debet ad Sedem Apoſtolicam venire, quando ab enormem, vel mediocrem eſt abſolutus ab Epiſcopo, & cum tali iuramento eſt abſoluendus. c.quamuis de ſent.excom. Et ſi non adit Papam eſt periurus, & reincidit in eandem excommunicationem, non quod prima reuiuiſcat, ſed eſt noua excommunicatio à iure lata propter contemptum. c.eos ead. l. 6.

Simoniaci irregulares ſunt.

1 Irregularitas eſt contra committentes ſimoniam in ordine, ſecus in beneficio etiam publicam, niſi poſtquam miniſtrauerint in ſacro Ordine ex vi excommunicationis contractæ per ſimoniam realem in beneficio, & reſeruatur Papæ, ſin vero occulta, reſeruatur Epiſcopo virtute Concil. Trid. Nau. conſil. 82. & q. 7. n. 11. & ſeq. de ſimon. Nota hic ſimoniam in ordine notoriam inducere eo ipſo irregularitatem, occultam vero non niſi poſtquam adminiſtretur in Sacro Ordine.

Auil.p.7. diſp.4. dub. 7.concl.5. & 6. Oportet autem completam eſſe ſimoniam : ſi enim non eſt datum ſpirituale, aut temporale, non eſt locus pœnis, etiam ſiquis promiſſionem ſcripto confirmaſſet. Sà verb, ſimonia n. 6.

Simoniaci ſunt excommunicati. Vide Epiſcopus quando excommunicatur.

1 OMnes quacunque dignitate præditi, qui dando, vel recipiendo ſimoniam committunt tam in ordine, quam in beneficio, aut quod illa fiat mediatores exiſtunt, ſeu procurant, excommunicantur, & reſeruatur Papæ. extr. 2. cum deteſtabile. de ſimon. Suar. diſp. 22. ſect 5. num. 22 & ſequent.

Qui dignitates acquiſiuerit per ſimoniam ipſo iure eſt priuatus, & inhabilis eſt ad eas, & alias obtinendas. Pius V. ann. 1566.

Qui beneficium, aut officium Eccleſiaſticum, ſit illis eo ipſo priuatus, & ad reſtitutionem omnium fructuum tenetur, & perpetuo ſit inhabilis ad alia. ibid.

Qui conuictus fuerit in conſequendis ordinibus de ſimonia, eo ipſo ſit ſuſpenſus ab eorum executione per decennium, & carceri per annum mancipetur. ibid.

Qui pluries conuictus fuerit preter ſupradictas pœnas, corporaliter puniatur, & ab ordinibus degradatus eijciatur à conſortio fidelium. Trident. ſeſſ. 24. c. 6.

Simoniæ crimen computatur inter grauiora

ra crimina, vt eſt tex. in cap. fin. de purg. can. de quo quidem terribilia verba Paſcalis Papa deſcripſit in cap. fin. 1. q. 7. videlicet. Quod omnia etiam crimina ad comparationem Simoniacæ hęreſis quaſi pro nihilo reputantur.

Simoniacus per ignorantiam non incurrit excommunicationem, ſi ignorantia talis erit, quæ excuſet, probabilis ſcilicet facti. Nauar. c. 27, n. 16.

Poteſt Epiſcopus abſoluere à ſimonia occulta. Trid. ſeſſ. 24. c. 6.

De ſimoniaco pure mentali omnes conueniunt non eſſe latam pœnam: Cum tamen in aliquem actum externum emanauit, affirmat Sot. l. 9. de Inſt. q. 8. Oppoſitum tamen eſt aſſerendum cum Tolet. qui id affirmat expreſſe decerni. cap. mandato. de ſimonia. Sylu. ſimonia §. 20. Panorm. cap. mandato de ſimonia. Caiet. ibid. c. 2.

Propter ſimoniam conuentionalem, quæ ex neutra parte ad opus emanauit, ſed ſolum in conuentione, pactoque ſtetit, etiam omnes Doctores negant incurri pœnam. Nec etiam ab eam incurritur pœna, cum datum fuit pretium, ſed non beneficium, vel aliud ſpirituale. Caiet. & Sot. loc. cit. In ea vero, in qua datum fuit beneficium, ſed nondum datum pretium controuertunt Auctores. Negat Nau. cap. fin. de ſimonia. In oppoſitum eſt cõmunis opinio cum Sot. l. 9. de Inſt. q. 8. §. 1. Putatque Toletus eſſe veriſſimam, & expreſſam in c. cum ſuper eo de confeſſ. c. nobis fuit. de ſimon. Tenet id ſtylus Romæ. Ratio Cardinalis eſt, quia translato beneficio,

facta

facta fuit vera emptio, & venditio realis: ergo vera, & realis ſimonia.

Propter realem ſimoniam commiſſam in conferendo ordine, & beneficio, & propter eam ſolam incurruntur huiuſmodi pœnæ. Omnes.

Nemo fauore, venalitate, aut ſupplicationibus ad ſacros promoueatur ordines. Greg. in regiſt.

Audiant ſimoniaci Auguſtinum ſerm. 37. ad fratres in Erem. Sed ſi paupertas agreditur, vel aliqua corporis neceſſitate turbamur, & affligimur, dona S. Spiritus vendere procuramus. O Sacerdotes mei nolite hoc malum facere. ſed mementote quoniam gratis accepiſtis, & ideo gratis reddite, ne cum Simone Mago damnemini, cui dixit Petrus. Pecunia tua tecum ſit in perditionem. Qui pretium recipit de Sacramentis, Giezita eſt, & plenus lepra. Si Sacramentum dare diſtuleris etiam ſi fueris omni paupertate vallatus, non paſtor es, non miniſter es, ſed mercator, non igitur petas. non etiam tantum pro baptiſmo recipias, ſi cum Simone perire non velis. Nam facto pacto, Sacramentum vendidiſti, & Saluatorem tuum perdidiſti cum Iuda. Spontanea, & ſincera voluntate porrige ſacramenta, nihil petendo, nihil expectando. nihil de promiſſo deſiderando, ſed ſi tibi datur iuſte recipis, iuſte poſſidere potes. Memento tamen, quod pauperem vitam ſacerdos gerere debet, & ideo ſi ſuperbiam habet, ſi magno beneficio gaudet, præter victum, & veſtitum (quod ſupereſt) pauperibus dare non differat,

rat, quia omnia pauperum ſunt. Audiant, & Chriſtum Sacerdotes alloquentem.

Spectat ad officium veſtræ Dignitatis:
Omnibus petentibus mea, dare gratis:
Nec e nius quam hominum munera prendatis
Ne cum Giezi pariter lepram incurratis.
Gratis Euchariſtiam plebi miniſtrate,
Gratis, & abſoluere gratis baptizare,
Vobis data cœlitus cuncta gratis dare,
Ouium ſalutem ſedulo curare.

Et Raym.

Qui ſacra venundant, vel præſacra pretia dant
Hos procul expello facto de fune flagello.
Hæc duo damna feres, ſi tu ſis Simonis hæres,
Mortuus ardebis, & viuens ſemper egebis.

Societatem Ieſu impugnantes ſunt excommunicati.

1 EXcommunicatio eſt contra quoſcunque primò qui quouis diſputando, vel etiam veritatis indagandæ quæſito colore directè, vel indirectè Societatis Ieſu Inſtitutum. Conſtitutiones, vel etiam aliquem articulum Conſtitutionis Gregorij XIII. impugnare, vel eis contradicere audent.

2 2. Contra eos, qui ſiue extra, ſiue intra dictam Societatem notationes, declarationes, gloſas, vel alia ſcholia ſuper præmiſſis facere, vel ea niſi quantum verba ſonant, interpretari, aut de eis diſceptare, ſeu ſcrupulum aliquod inijcere, vel in controuerſiam, aut dubium reuocare quoquo modo audent, vel talia

talia ad id pertinentia legere, docere, alijſque tradere, vendere, aut apud ſe retinere præſumunt niſi de illis Generalis, aut inferiorum Præpoſitorum licentia, & reſeruatur Papæ. extr. 101. ſedente domino. Greg. XIII.

3 Extat alia excommunicatio in eadem extrau contra eoſdem Ieſuitas deficientes à dicta Societate, & reſeruatur Papæ, vel eidem Præpoſito Generali Vide d. extrau.

Sodomiam exercentes ſunt ſuſpenſi. Vide Clericus Sodomita.

1 Quia ſolent Epiſcopi ſibi reſeruare peccatum ſodomiæ.

Queritur an pueri ſuccubi, & muliebria patientes ante annum 14. includantur in tali reſeruatione. Negant Paludanus in 4. ſenten. d. 34. q. 2. a. 1. & Iacobus de Graffis. t. 1. conſ. l. 5. Quia ſicut minor ætas in foro exteriori excuſat a pœna ordinaria; ita & in animæ iudicio. Ita etiam dixit. Bellochius de caſ. reſer. p. 2. q. 1. n. 203. & q. 17. n. 66.

Affirmant Homobonus, de caſ. reſ. Floronus, & Lazzarius de blaſphe.

Sollicitantes in confeſſione ſunt ſuſpenſi. Vide Confeſſor.

Sponſalia implere recuſans eſt cogendus per cenſuras.

1 Renuens implere ſponſalia, prius monendus, & renuens cogendus per cenſuras

ſuras (præſertim , ſi interceſſit iuramentum) niſi attentis circumſtantijs arbitretur Iudex ex inuitis nuptijs grauia mala , & ſcandala timeri. Couarr. 4 Decret. 1. p. cap. 4. Anton. Cucchus l. 5. inſtit. maior. tit. 10. n 20. & 21. At videns Iudex ſponſum adeo obſtinatum , ita, vt non proſit cenſura , eſt abſoluendus , quamuis abſolutio ab illo non petatur . Sanchez l. 1. de matrim. diſp. 29. n. 4. 7. & 8.

Archid. dicit, quod poteſt cogi , ſed non eſt cogendus , vbi probabiliter timetur difficilis exitus : puta vxoricidium . Nuptiæ inuitæ ſolent malos habere prouentus . Ambroſ. coactiones difficiles ſolent exitus frequenter habere. Panor.

Sponſiones ineuntes quando ſunt excommunicati. Vide Papa viuente.

1 Contra ineuntes ſponſiones ſuper vita, & morte, & futura electione Summi Pontificis, ac promotione S. R. E. Cardinalium eſt lata excommunicatio latæ ſententiæ Gregorij XIV. die 28. Martij 1591. incip. Cogit nos, & reſeruatur Papæ .

Sponſus excommunicatus poteſt communicare cum Sponſa.

1 Negat Sanchez. l. 9. diſp. 14. n. 8. Sayr. l. 2. c. 10. n. 7. Filliuc. t. 1. tract. 13. cap. 6. n. 105. & alij. Sed hæc opinio procedit quoad

ſpon-

ſponſos de futuro, quibus viri, & vxores nomen conuenire non poteſt. Sed ſecus dicas quoad ſponſos de præſenti, quamuis per copulam matrimonium non conſumauerint, quia nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit.l. nuptias ff. de reg. Iur. Vnde Couarr. in 4. decret. 2.p.n. 1. Guttier de ver. confir. p.1. c.51.n. 1. & alij dicunt omnia iura loquentia de marito, & vxore accipienda eſſe quando matrimonium per verba de præſenti contractum eſt, licet copula non ſit ſecuta.

Superior excommunicans quando eſt ſuſpenſus.

1 SVperior præcipiens aliquid ſuis ſubditis pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ſed ſine ſcriptura non propterea dicitur incurrere pœnam latam in c. 1. de ſent. exam. in 6. Contra excommunicantes, & interdicentes ſine ſcripturis, nam textus ille loquitur de ſententia excommunicationis per modum iudicij, & non per modum præcepti. Iacob. Graſſ. conſ. 4. de ſent. excom.

Superior ab inferiori non poteſt excommunicari. Vide excommunicatio, num. 38.

Superiori detrahens Prædicator eſt excommunicatus. Vide Prædicator.

Su-

Superiores Ordinum, & Religionum quando ſunt excommunicati.

1 EXcommunicatio eſt primo contra Superiores quorumcunque Ordinum, & Religionum, qui ſuorum ſubditorum cauſas ad officium Inquiſitionis ſpectantes, eorumque proceſſus omnes non remittunt, & conſignant ipſi Inquiſitoribus, ſeu locorum Ordinarijs reſpectiue.

2. Contra eoſdem, qui non denunciant eiſdem Inquiſitoribus, vel Ordinarijs locorum ſuos Religioſos, quos hæreſis labe infectos, vel ſuſpectos nouerint, & reſeruatur Papæ; quia non eſt amplius locus præuentionis, vt erat antea conceſſus dictis ſuperioribus, extr. 26. Rom. Pontifex Pauli V, §. 6. & extra. 67. Paſtoris externi Pij IV.

Subdiaconus quando eſt irregularis. Vide Diaconus.

1 IRregularitas eſt contra Subdiaconum miniſtrantem in ordine Sacerdotali, quem non habet, & contra Diaconum vſurpantem pontificalia, & reſeruatur Papæ ad ſuſcipiendos ſuperiores, manent tamen eodem modo ſuſpenſi à ſuſceptis per biennium, aut triennium iuxta arbitrium Epiſcopi, qui ſi interim miniſtrent incurrunt eandem irregularitatem reſeruatam Papæ. Suar. diſp. 42. ſect. 4. n. 8.

Surripientes ſcripturas Cam. Apoſtolicæ quando ſunt excommunicati.

1 EXcommunicatio eſt primo contra ſurripientes inſtrumenta, libros, aut alias ſcripturas Cameræ Apoſtolicæ, vel ſubrepta habentes detinentes, & non reſtituentes Cuſtodi Archiuij dictæ Cameræ, vt Commiſſario generali.

2. Contra ſcientes earum raptores, ſeu detentores, & non reuelantes Theſaurario, aut Commiſſario dictæ Cameræ, & reſeruatur Papæ. extr. 24. Cum acceperimus. Iulij III.

Surdus eſt irregularis.

1 SVrdus, & qui nullo modo audire poteſt iure canonico irregularis eſt, & ideo non promouendus eſt, & promotus deijci debet. Sayr. l. 6. c. 8. n. 16.

Surdaſter non eſt irregularis.

1 SVrdaſter cum quis eſt, ſeu cum difficile audit, vel altera aure tantum Surdus eſt, nullo iure prohibetur ad Sacros Ordines promoueri, nec eſt irregularis. Diana tract. 17. & 3. Miſcell. reſol. 30. vbi alij contra Comitulum.

Surdus, aut cæcus, ſi ſit excommunicatus denunciatus non poteſt Officia diuina cum alijs recitare, neque illis intereſſe dum ab alijs fiunt.

1 QVia neque ſurditas neque cæcitas tollit communionem, & participationem in diuinis, quæ tamen excommunicato denunciato prohibetur. Hugol. tab 2. c. 8. § 3. n. 3. Vnde non ſolum intra Eccleſiam Officia diuina audire, vel videre prohibetur, ſed etiam extra Eccleſiam, non enim extra Eccleſiam ei ſic prope ſtare licet, vt diuina audire poſſit. Sayr. de cenſ. l. 2. c. 1. n. 16.

Suſpenſio.

1 SVſpenſio eſt cenſura Eccleſiaſtica, qua clericus ſæcularis, vel regularis ob aliquam culpam à iure, vel ab homine, à beneficiorum, officiorum, ordinum, vel Eccleſiaſticę iuriſdictionis executione in totum, vel in partem perpetuo, vel ad tempus prohibetur.

Dicitur, cenſura, qua ratione diſtinguitur ab irregularitate, quæ non eſt cenſura. Differt etiam à peccato mortali, quia hoc eſt culpa, ſuſpenſio autem eſt cenſura, ideſt pœna. Peccatum autem mortale, cenſura non eſt, ſed antiquius omni cēſura, qualis eſt ſuſpēſio.

Dicitur, Eccleſiaſtica, per quod diſtinguitur à cenſuris ciuilibus, & quia ab Eccleſia eſt inſtituta.

Di-

Dicitur, clericus : vt oſtendatur ſubiectum proprium capax huius cenſuræ, ſolus enim clericus ſuſpenditur.

Dicitur propter culpam, cum enim omnis cenſura eſt pœna, & pœna non habet locum, vbi non præceſſit culpa, non poteſt aliquis vlla cenſura ſuſpenſionis affici, niſi præceſſit culpa.

Dicitur à iure, &c. quia punitio proximi auctoritate priuata, fieri non poteſt, ſed neceſſario facienda eſt auctoritate publica. Superioris.

Dicitur ab exequutione &c. vt cognoſcatur tota materia ſubiecta ſuſpenſionis, quæ eſt cenſura.

Dicitur in totum, vel in partem; quia aliquando quis ſuſpenditur à toto ordine, ſiue ab omnibus ordinibus, aut ab omnibus beneficijs, vel à toto exercitio, aliquando ab aliquo vno certo beneficio, aliquando ab vno certo ordine, aliquando ab omni officio, aliquando à certa parte beneficij.

Dicitur, perpetuo, vel ad tempus, ad oſtendendos varios ſuſpendendi modos, & variam efficaciam ſuſpenſionis.

Triplex eſt ſuſpenſio. Quædam eſt ſuſpenſio officij, & beneficij ſimul, vt in cap. tuarum de priuil. Altera officij tantum, vel partis eius. Tertia beneficij, vel rei ad illud pertinentis. gloſ. in clem. cupientes de pœnitentia.

3 Qui poteſt excommunicare, poteſt ſuſpendere. Communiter omnes.

4 Solum perſonæ Eccleſiaſticæ ſuſpendi poſ-

poſſunt, vt ex ipſa ſuſpenſionis deſtitutione colligitur.

5 Suſpenſionis cenſura tantæ eſt auctoritatis, tantumque inducit canonicum impedimentum; quod ſiquis ipſa negletta, vel contempta, vel per craſſam ignorantiam velit in officio ſuo adminiſtrare, ſtatim erit irregularis à ſolo Papa diſpenſandus, etiam ſi ſuſpenſio emanauerit ab Epiſcopo. Nam & ſi Epiſcopus poſsit auferre ſuſpenſionem, quam intulit, non tamen poteſt auferre eam irregularitatem, quam quis incurrit, adminiſtrando in ſuſpenſione Epiſcopali. Maiolus. Scolenſis de ſuſpenſ. c. 15. & omnes.

6 Suſpenſio non tantum impedit, ne exerceri poſsint ea, quæ ſunt ordinis, vel ordini annexa; ſed etiam reddit incapacem eum, qui ſuſpenſus eſt: beneficia enim non poſſunt conferri ſuſpenſo. Gloſ. in c. tanta de exceſſ. Prælat. Neque fructus ſui beneficij capere poteſt à die moræ petendæ abſolutionis; ſcilicet poſt annum. Io. Andr. in cap. cum bonæ.

Nec agere poteſt nomine proprio pro iuribus ipſius beneficij; habet tamen modicam ſuſtentationem in eo, ſi non habeat vnde viuat. Abb. in cap Apoſtolicæ de except. imò nec litteræ ſuæ impetrationis valent, niſi abſoluatur ab ipſa ſuſpenſione, quandoquidem omnes collationes ei factæ durante ſuſpenſione, ſunt nullæ, nec ſoluantur per ſolam abſolutionem ſubſequentem. Abb. in d. c. cum bonæ.

7 Regulares ſuſpenſus non poteſt exer-

ſcere

cere iura ſui Ordinis, ſcilicet prædicare, confeſsiones audire, & alia Sacramenta miniſtrare. Quod eſt verum quoad omnes tam regulares, quam ſæculares. Specul. per tex. ibi in cap. 1. verbo ſepulturam de relig. dom.

8 Quando quis tantum eſt ſuſpenſus à ſuſceptione Sacramentorum, ſi tali ſuſpenſioni contrauenerit, ſacramenta accipiendo non ideo fit irregularis, licet grauiter peccet vt ex cap. ſi celebret de cleric. excom.

9 Suſpenſus ab vna functione, non videtur ſuſpendi ab altera. Ideo Epiſcopus ſuſpenſus à Pontificalibus, non eſt ſuſpenſus à iuriſdictionibus. Abb. in cap. cum dilectus, de conſuet. Item cum quis ſuſpenditur ab officio, non ideo eſt ſuſpenſus à beneficio, vnde auctoritate beneficij beneficia conferendo, vel ſibi collata accipiendo, non erit irregularis, Sylu, ſuſpenſio. q. 5. verſ. ſi iterum ſuſpenſio.

E contra ſuſpenſus à beneficio, non eſt ſuſpenſus ab officio; ideo poterit adminiſtrare ſpiritualia, ſine irregularitate. Tradit Iudiciale Inquiſitorum. verb. ſuſpenſio. §. vltim. Quia talis ſuſpenſio extenditur ad ſola emolumenta beneficij, quæ mere temporalia ſunt. Sylu. ſupra. Nam celebrare Miſſam, vel Diuina Officia in illo beneficio, a quo quis eſt ſuſpenſus, non inducit irregularitatem. Couarr. in Clem ſi furioſus 1. p. 7. n. 1.

Suſpenſus ab ordine inferiore v. g Epiſcopus ab officio Sacerdotis non poteſt exercere actus Ordinis Superioris, videlicet, Epiſcopales. Doctores plerique apud Suar. diſp. 26.

ſect. 4. talem regulam tradentes.

Suſpenſus ab ordine inferiore, cenſetur etiã ſuſpenſus à Superiore, non vice verſa; Nam cui non licet quod minus eſt, non debet licere quod eſt maius, arg. l. relegat. §. vlt. ff de interdictis ibi, eſt enim per quam ridiculum eum, qui minoribus ordinibus pœnæ cauſa prohibitus eſt, ad maiores aſpirare. Maioribus tamen prohibitus minores petere non prohibetur.

Suſpenſus in vno loco ab officio omnia officia non ſolum in illo, ſed etiam in quouis alio loco exercere prohibetur. Sayr. l. 4. c. 5. n. 7. Vgolin. tab. 4. c. 6. n. 4. Abbas, & alij in cap. Paſtoralis de appel. cum enim cenſura immediate perſonam afficiat, ideo comitatur eam etiam extra territorium ferentis ita, vt ſuſpenſus, vel excommunicatus in vno loco vbique ligatus ſit donec legitime abſoluatur. Excommunicatio inquit idem. Abbas in cap. ad reprimendum. de offic. ordin. afficit perſonam, eamque ſequitur, ſicut lepra leproſum, eademque ratio eſt de alijs cenſuris.

10 Quotieſcunque in iure, vel generali Decreto inuenitur ſuſpenſio, tali ſuſpenſione minime comprehenduntur Epiſcopi, & illis Superiores, ſed tantum clerici omnes vſque ad Sacerdotes incluſiue, niſi de Epiſcopo, & alijs fiat expreſſa mencio tex. in cap. Quam periculoſam de ſent. excom. in 6. Angel. Armill. Sylueſt. Nau. Couarr. Maiolus de ſuſpenſione.

11 Differt irregularitas à ſuſpenſione. Primo quia ſuſpenſio eſt vna ex tribus cenſu-

ris Eccleſiæ. Irregularitas autem non. 2. quod non recte conuertantur ad inuicem. Nam omnis irregularis eſt & dicitur ſuſpenſus, non autem omnis ſuſpenſus eſt irregularis. 3. quod ſuſpenſio tantum pertinet ad clericos, regulariter, irregularitas vero etiam laicos comprehendit. 4. ſuſpenſio vtriuſque ſexus homines reſpicit, irregularitas tantum viros, quia moniales ſuſpendi poſſunt, irregulares vero fieri minime. Omnes.

12 A ſuſpenſione non poteſt abſoluere niſi vel Summus Pontifex, vel Ordinarius Prælatus ſuſpenſi. Quia vel abſolutio eſt reſeruata Summo Pontifici, & notoria eſt ſuſpenſio, vel deducta ad iudicium, & tunc Summus Pontifex tantum abſoluit. Trid ſeſſ. 24. c. 6. de reform. Vel non eſt notoria, vel deducta ad iudicium, & tunc quamuis ſit reſeruata Summo Pontifici, poteſt Ordinarius Prælatus abſoluere. d. cap. 6. Vel non eſt reſeruata, & tunc ab Ordinario tantum ſuſpenſi poteſt abſolui poſt reſipiſcentiam. Suar. diſput. 29. num. 15. tom. 5. Sayr. tom. 1. Theſau caſuum reſol. 4. c. 17.

13 Forma abſoluendi à ſuſpenſione hæc eſt. Auctoritate mihi tradita ab N. ego abſoluo te à vinculo ſuſpẽſionis, quam propter tale factum, vel cauſam incurriſti, ſeu incurriſſe declaratus es: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Quod ſi ſuſpenſio dubia ſit, dicendum eſt. Si teneris aliquo vinculo ſuſpenſionis, à quo te poſſum abſoluere, abſoluo te.

14 Ad ſuſpenſionem non requiritur contuma-

tumacia, ſicut requiritur ad excommunica-tionem, ſed imponi poteſt in pœnam præteriti peccati. Innoc.c.peruenit n. 3. de exceſſ. Prælat.Abb.in c.reprehenſibilis n.4.de appel.

15 Effectus ſuſpenſionis ſunt plurimi. In primis ſuſpenſus exercens id, à quo eſt ſuſpenſus, peccat cap. 2. de maior. & obed. Deinde ſuſpenſus ab ordine, exercens actum talis ordinis, manet irregularis. cap. cum ætern. de ſent. & reind. in 6. Dixi, ſuſpenſus ab ordine, quia qui ſuſpenſus eſt ab officio prædicationis, licet inobediens prædicationem exercens peccet, & eo ipſo fit excommunicatus. Clem. cupientes §. quibus, non fit tamen irregularis. Aug. 11. ſuſpenſus. Quæ doctrina intelligenda eſt, niſi prædicet ſollemniter, & ex officio, tunc enim prædicando fit irregularis. 3. ſuſpenſus à beneficio iuſta ſuſpenſione, non facit fructus beneficij, niſi ad modicam ſuſtentationem, ſi eſt pauper, qua modica ſuſtentatione etiam priuatur, ſi ſuſpenſus eſt ob contumaciam. Abb. c. Apoſtolicæ cap. num. 7. 4. ſuſpenſus ab officio nec poteſt eligi, nec eligere in beneficium aliquod. c. cum dilectus de conſ. nec poteſt excommunicare, nec conferre aliquod beneficium. c. Quia diuerſitatem de conceſſ. præb.

16 Si ſuſpenſio feretur per menſem, vel menſes, eodem die, & momento incipit, quo lata eſt. Sayr. de cenſ. l. 5. cap. 8. Tabien. 4. c. 15. n. 2. cuius ratio eſt, quod cenſuræ Eccleſiaſticæ ſecum executionem ferunt. cap. Paſtoralis §. verum de appell. & proinde ſuſpenſio, quæ cenſura Eccleſiaſtica eſt, ſtatim

obligabit. Et quamuis dies termini non numerentur in termino. arg. 1. & ibi gloſ. in verb. proponitur de reſt. ſpol. l. 6. hoc ſolum locum habet in ijs, quæ ſecum executionem non trahunt. Pari ratione de menſe, & anno dicendum eſt.

Suſpenſus ex ordinatione ante legitimam ætatem ſi canet Euangelium, & Epiſtolam in eadem Miſſa, non eſt irregularis.

1 ITa Suar. diſp. 31. ſect. 1. & Aegid. Quia actiones illæ non cenſentur fieri poſt ordinationem; quia ordinatio durare cenſetur quamdiu durat Miſſa, in qua fit. Hurtad. tract. de ſuſp. diff. 13, n. 36. & Auila de cenſ §. 3. diſp. 5. d. 7. Id exiſtimant falſum; quia actiones ille vere fiunt poſt perfectam ordinationem Subdiaconi, & Diaconi.

Suſpenſus à ſuo ordine, non ſit irregularis, ſi ad Superiorem ordinem aſcendit.

2 AFfirmat Nau. l. 1. conſ. 2. n. 2. de temp. ordin. Couarr. c. almo p. 2. §. 3. & alij apud Henriq. l. 14. c. 6. n. 4. l. 2. Primo quia aſcenſus ad ordinem Superiorem eſt veluti exercitium ordinis inferioris, à quo clericus ſuſpenſus eſt. Secundo ſi diaconus ab ordine ſuſpenſus presbyteratum accipiat, exercet miniſte-

niſterium Presbyteri ſacrificãdo cum Epiſcopo: Item ſubdiaconus cantando ſollemniter Euangelium. Ergo his actibus irregularis efficitur? Sed probabilius vrget. Sayr. l. 4. c. 16. n. 22. & Suar. diſp. 42 ſect. 3. n. 2. eo quod hæc irregularitas nec iure expreſſa ſit ſicut Henriq. etiam notauit, nec rationes pro ea allatæ conuincant.

Ad primum enim reſpondeo ſuſceptionem Ordinis Superioris non niſi improprie, & abuſiue dici poſſe exercitium ordinis inferioris. Conſequenter irregularitatem decretam ob ordinis illicitum exercitium non eſſe extendendam ad illicitam ordinis Superioris ſuſceptionem cum pœnæ non extendendæ, ſed potius reſtringendæ ſint.

Ad ſecundum reſpondetur primum ſacrificium, ſeu Sacerdotis primitias non eſtimari actum illum concelebrationis, cum neque certum ſit vtrum re ipſa conſecret, an ſolus Epiſcopus. Medin. Sayr. Auil. Henriq. Adde quod nec omnes ordinati Diaconi officio Euangelium canunt; ſin vero præter opinionem accidat, vt hoc officiũ illi deferatur qui ſe ab ordine ſuſpenſum nouit, iiſque deprecando declinare non poſſit abſque ſui diffamatione, vel aliorum ſcandalo, tunc nihil impediente cenſura occulta, parere poterit.

T

Tacens, & mutus quando eſt irregularis. Vide Mutus.

1 MVtus, & tacens ex ſola taciturnitate ſimpliciter, & abſolute ſumpta non

ſit irregularis, ſecuta mutilatione, vel homicidio, cum moraliter in effectum illum non concurrat. Sayr. l. 7. c. 4. n, 1.

Nec obſtat Regula Iuris 46. inn. Qui tacet conſentire videtur. Quæ tamen Regula vniuerſim vera non eſt; quia taciturnitas ſecundum ſe neque conſenſum, neque diſſenſum ſignificat, niſi alijs adminiculis, ſeu coniecturis adiuuetur. Sicuti optime declaratur Regula. 44. in 4. Qui tacet non fatetur, ſed nec vtique negare videtur. Siquidem taciturnitas medium quid eſt inter aſſeuerationem, & negationem. Qui tacet aſſentire videtur quando quis tacet in actu honorabili, & concupiſcibili, vt in cap. nonne, & in l. 2. vbi pater agens de dote filiæ, de ipſius voluntate agere videtur, ſi filia non contradicat. Sed in actu vituperabili, & præiudiciali, in quo eſſet verendum aut damnoſum loqui, vel contradicere, tacens plerumque diſſentire videtur. l. filius familias. §. inuitus ff. de prouid.

Prælatus tacens circa delictum, quod ex officio corrigere tenetur, delicto dicitur conſentire; nam in male geſtis tacens habetur pro conſentiente. Armill. verb. conſenſus num. 3.

Taurorum agitationes permittens, & qui illis interſunt quando ſunt excommunicati. Vide Agitationes.

Teſtis

Teſtis, qui pretio falſum depoſuit, vnde innocens damnatus fuit ad mortem, gaudet immunitate.

1 RAtio eſt, quia teſtis in tali caſu proprie, & phyſice loquendo; non occidit. Bonac. in Decal. diſp. 3 q. 7. p. 6 §. 3. n.8. Dian. tract. 1. de immunit. reſol. 104. & & ideo putat, ſi caſus aliquando acciderit, ſaltem putat conſulendum eſſe Summum Pontificem, contra Marium Italia l. 1 c. 5. §. 5. n. 144. quem citat, & ſequitur Peregrin. c. 7. n. 42. quia talis dicitur aſſaſſinus: cui enim competit definitio aſſaſſinij, competit etiam definitum.

Et idem dicendum eſt de Iudice, qui pecunia corruptus innocentem ad mortem damnauit.

Teſtis falſus, ſi deponat ſine pecunia mediante contra aliquem, & ob id morti à iudice adiudicatur, priuatur immunitate, tamquam occidens aliquem proditorie.

1 ITa Italia loc. cit. Farinacc. in append. c. 7. n. 141. putat, dum caſus acciderit, conſulendum eſſe Summum Pontificem.

Bonac. vero §. 3. nu. 4. & Peregr. aſſerunt ſupradictum non priuari immunitate. Ita etiam Dian. vel putat conſulendum eſſe Summum Pontificem.

Teſtis quando eſt irregularis.

1 Irregularitas eſt contra Sacerdotem qui in ſanguinis ſententia teſtis eſt, in qua dicitur lecta, lata coram tali presbytero: quia videtur cooperari in eiuſmodi ſententia; ad cuius validitatem eſt neceſſarius iſte actus; poſt ſequutum effectum, & habetur in Praxi Epiſcop. Montis Marani in annotat. cap. 42. num. 12.

2. Irregularitas eſt contra clericum teſtimonium ferentem in cauſa criminali contra reum, etiam ſi fuerit ad hoc coactus ſequuto effectu: quia ad tale teſtimonium cogi non poteſt: ſed pro reo ad probandum eius innocentiam bene poteſt cum licentia Epiſcopi. Auil. p. 7. diſp. 5. ſect. 2. dub. 13.

Quamuis illa vis, & coactio excuſet à peccato, non tamen ab irregularitate.

3. Teſtes, denunciatores ve in officio S. Inquiſitionis non fiunt irregulares, licet nullam faciant proteſtationem. Vgol. cap. 6, §. 5. & communis.

Te-

Teſtis excommunicatus repellitur in iudicio.

1 PAtet ex cap. decernimus. de ſent. excomm. in 6. vbi etiam decernitur, vt Iudices ſæculares per cenſuras Eccleſiaſticas compellantur tales repellere. Si tamen admittatur, eius teſtimonium eſt validum; quia non apparet vllum ius irritans eius teſtimonium quando admittitur.

Teſtes, denunciatores ve in Officio S. Inquiſitionis non fiunt irregulares, licet nullam faciant proteſtationem.

1 ITa Vgolin. c. 6. §. 5. & communis, quæ proteſtatio, ſi fiat coram Iudice ſanguinis, impedit irregularitatem comm. DD. Neque eſt neceſſaria in ſcriptis. Vgol. loc. cit. Sed debet eſſe expreſſa, idem § 8 & tam in laicis, quam in Clericis deciſ. Nau, c. 27. n. 226.

Teſtes quot requirantur, vt factum dicatur notorium in percuſſione clerici.

1 COmmuniter Doctores hoc relinquunt iudicio prudentis viri, vt ex varijs circumſtantijs, & qualitate actus, loci, & tem-

poris arbitretur quod factum dicatur notorium, ſcilicet ex hominum ſcientia, & loci, & temporis qualitate. Bonac. de cenſ. diſp. 2. q. 2. p. 1. §. 1. n. 5. Sayr. de cenſ. l. 2. c. 12. n. 2.

2 Hinc colligitur ex Soto, Nau. & Auila de cenſ. p. 2. c. 6. diſp. 2. d. 4. percutientem clericum coram decem, vel duodecim non eſſe notorium in magna ciuitate, bene tamen in oppido paruo, vicinia, ſeu Collegio.

Terras Romanæ Eccleſiæ deſtruentes, inuadentes, occupantes, & detinentes ſunt excommunicati.

1 FErtur excommunicatio in Bulla Cœnæ. Primo contra omnes, qui per ſe, vel per alios directe, vel indirecte ſub quocunque titulo, vel colore inuadere, deſtruere, occupare, aut detinere præſumunt in totum, vel in partem Almam Vrbem, Regnum Siciliæ, Inſulas Sardiniæ, Corſicæ, &c. ſeu alia loca dictæ Romanæ Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubiecta, vel iuriſdictionem eidem Eccleſiæ Romanæ competentem de facto vſurpare, perturbare, retinere, & varijs modis vexare præſumunt.

2. Contra adhærentes, fautores, & defenſores eorum, ſeu auxilium, conſilium, vel fauorem quomodolibet præſtantes.

Nota hic 1. præfatas quattuor actiones, inuadere, deſtruere, occupare, & detinere diſiunctiue intelligendas eſſe, non copulatiue. Bonac.

Nota

Nota etiam quacunque ratione aliquam ex his actionibus contra iuſtitiam, ſufficere ad hanc cenſuram incurrendam, niſi bona fide, & probabili titulo aliquid huiuſmodi fiat; quia non poteſt excommunicatio ferri, vbi non eſt culpa. Vnde excuſantur inuadentes, occupantes, detinentes, aut vexantes prædicta loca, vel iuriſdictionem ignorantes Conſtitutionem iſtius Bullæ, aut prædicta bona ad Eccleſiam Romanam pertinere. Quia Summus Pontifex excommunicat præſumentes, præſumptio autem ſcientiam, aut ingentem temeritatem requirit. Omnes.

Nota 3. præſtantes plures ex præfatis actionibus tot excommunicationes incurrere, quot ſunt actiones, quas præſtant moraliter interruptæ, vt ſi inuadant, occupant, deſtruant. Tunc enim ſunt plures tranſgreſſiones moraliter, & plura numero peccata, & conſequenter plures cenſuræ; quæ ob tranſgreſſiones, & peccata in hac Bulla prohibita incurruntur. Secus ſi tranſgreſſiones non ſint moraliter diſtinctæ, vt ſi quis Vrbem inuadat, & ſtatim deſtruat, tunc enim eſt vnum peccatum, conſequenter vna excommunicatio contrahitur. Alterius hic diſp. 21. c. 1. col. 5.

Nota 4. inuadentes, deſtruentes, vel occupantes bona priuatorum in terris Romanæ Eccleſiæ exiſtentia non incurrere hanc excommunicationem. Quia in Bulla excommunicantur inuadentes, deſtruentes, occupantes loca, vel iura ad Romanam Eccleſiam pertinentia, bona autem priuatorum pro-

prie loquendo non dicuntur ad Romanam Eccleſiam pertinere, ſed ad particulares, & priuatas perſonas. Alter. l. 5. d. n. c. 1. col. 4.

Notandum 5. retinentes ex priuilegio, & legitima conceſſione ſupremam iuriſdictionem in locis in hac Bulla expreſſis non affici hac excommunicatione. Quia Bulla excommunicat vſurpantes, perturbantes, &c. & retinentes de facto, qui autem hæc retinet, vel facit ex conceſſione, non dicitur retinere de facto; ſed de iure. Bonac. hic.

Nota 6. dum factio in Ciuitatibus Papæ exiſtit, & altera factio extra Vrbem exiſtens Vrbem inuadit, milites, & Duces iſtius factionis inuadentis, hac cenſura obſtringi, etiam ſi Vrbem inuadant animo opprimendi aduerſarios; non vero intentione ſubtrahendi Vrbem à poteſtate Papæ. Ratio eſt, tum quia Summus Pontifex ſine reſtrictione loquitur, tum quia huiuſmodi inuaſio fieri non ſolet ſine aliqua Ciuitatis deſtructione. Ita Sayr. l. 3. c. 24. n. 5. & alij.

Torquens reum quando ſit irregularis.

1 IRregularitas eſt contra Iudicem Eccleſiaſticum torquentem reum, ex cuius tortura ſequitur deformatio alicuius membri, ſi exceſſit modum in torquendo, vel ſi tortura fuit dura, & crudelis; ſecus ſi deformatio membri ſequitur ex malo regimine torti, aut ex imperitia Chirurgi, vel non fuit dura. Hanc irre-

irregularitatem contrahit etiam torquens reum; ſi inde fit, quod deformetur ex eo, quia confeſſus eſt crimen. Auil. p. 7. diſp. 6. ſect. 1. d. 4. præterquam in Officio S. Inquiſitionis.

Pœna torturæ, vt inquit Zanardus, non eſt leuis, & ideo aliquem ponere ad torturam ſine neceſſarijs ad eam, non eſt niſi mortaliter peccare. Vnde Iudices ſint cauti ne quempiam ſine ſufficienti cauſa magnæ pœnæ torturæ afligant, aliter eam longe acriorem ad Tartareum regnum perſoluent.

Torquens clericum quando eſt excommunicatus.

1 SI Iudex Eccleſiaſticus torquebit clericum non torquendum, vel magis, quam torqueri debeat, incurrit excommunicationem Canonis. Si quis ſuadente, & ſi remanſerit in aliquo membro debilitatus, ad intereſſe, & damnum tenebitur. Zanard. in Direct. Theolog. 22. c. 94. in fine.

2 Tormentum funis regina tormentorum dicitur, & ſæpius cogit innocentes ipſos dolore cruciatos fateri delicta, quæ non perpetrarunt; quia, vt dicit Ambroſius in Epiſ. Nimia ſeueritas extorquet plerumque crudelitate mendacium prout etiam apertiſſime legitur in admirabili illo miraculo per S. Hier. deſcripto ad Innoc. de muliere ſæpius icta. Ideo in torquendis reis, ſi in ciuilibus magiſtratibus crudelitas abeſſe debet, multo magis ab Eccleſiaſticis iudicibus fugienda eſt;

Qui

Qui ſi torqueri reum faciant modis exquiſitis,& non conſuetis, potius ſunt carnificibus, quam iudicibus comparandi.

Torqueri quando poſſunt clerici per laicos abſque metu excommunicationis.

1 EX licentia Superioris Eccleſiaſtici poſſunt torqueri Clerici per laicos ſine metu excommunicationis. Zanard. loc.cit & patet ex conſuetudine.Tum quia Clerici non ſunt practici nec ad torquendum, nec ad ligandum; alias ſæpe numero delicta clericorum remanerent impunita, quia ſi non eſſent laici, qui torquerent, clerici numquam torquerentur, vt dicit Toller.Pract. criminal.fol. 260.n.11.

Terra quando eſt interdicta.

1 INterdictum eſt contra terram.cuius dominus, vel Rector quemuis Pontificem corporali iniuria auſus eſt afficere, & durat vſque ad condignam ſatisfactionem eiuſdem. Clem.1.de pœnit. Vbi nota verba textus, dūmodo terra vltra Diœceſim interdicti, ſi tota illius eſt, ſi minus, illam ſolum partem, quæ illius fuerit; quia terra ſolum illius inter dicitur.Quod ſi ſub ſuo dominio plures Diœceſes ſunt, illam manere interdictam, cuius dominus, vel rector principale domicilium habet, prope eam vbi delictum fuerit commiſſum, ſi ſua

ſi ſua fuerit, & duas alias, quæ ſub ipſo ſint eidem loco viciniores.

Nota etiam hic interdici eodem modo locum, vel loca, in quo, vel in quibus captus Epiſcopus detinebitur; ſed quia non poteſt captus Epiſcopus detineri in multis locis, ideo ille locus eſt verè interdictus, quamdiu ipſius detentio in eo durat, vnde ſucceſſiuè locus, quo denuo transfertur, denuo interdictus manet, & ceſſat interdictum ex loco, ex quo liberatur, & per locum hic intellige populum illum, in quo Epiſcopus detinetur. Vnde ſi contingat talem locum eſſe caſtrū, vel Eccleſiam ſine populo, illud, vel illam eſſe etiam interdictam. Suar. d. 17. ſect. 1. n. 19.

Trahentes Eccleſiaſticas perſonas ad tribunalia laicalia ſunt excommunicati.

1 FErtur excommunicatio in Bulla Cœnę, Primo contra offendentes perſonas, vel Communitates Eccleſiaſticas, non quouis genere offenſionis, ſed per abuſum officij, ſeu iuriſdictionis temporalis, eas trahendo, vel trahi faciendo ad tribunalia ſæcularia.

2. Contra offendentes libertatem, & iura Eccleſiaſtica per ſtatuta illius quouis modo contraria, & quocunque colore edita, etiam titulo conſuetudinis, priuilegij, &c.

Circa primam partem notandum eſt primo tres eſſe actiones, quibus libertas Eccleſiaſti-

ſiaſticarum perſonarum contra præſcriptum huius canonis offenditur.

Prima eſt ex prætenſo officio, vel ad inſtantiam aliorum directe, vel indirecte trahere perſonas Eccleſiaſticas, ſeu Collegia, Capitula, vel Conuentus Eccleſiarum ad ſuum tribunal, audientiam, &c.

2. Eſt trahi facere prædictas perſonas ad prædicta tribunalia.

3. Eſt procurare, vt trahantur.

Ille dicitur trahere ex prætenſo officio, qui nemine petente, quaſi hoc ei ex officio competat, aliquem ad ſuum iudicium, quaſi nolentem adducit; trahere enim actionem moraliter violentam, ſiue aliquam coactionem impottat. Suar. diſp. 1. ſect. 2. n. 78.

Ille dicitur aliquem trahere ad inſtantiam partis, ſeu aliorum, qui alio petente, ſeu inſtante aliquem ad ſuum iudicium quaſi per coactionem trahit. Vgolin. hic §. 1.

Notandum 2. ad incurrendam huius Canonis excommunicationem opus eſſe, vt præfatæ actiones auctoritatiue fiant; vt patet ex textu, vbi dicitur, qui ex prætenſo officio, vel ad inſtantiam partis trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant, vbi notanda eſt illa particula, ex officio, vel ad inſtantiam partis; hæc enim loquendi forma actionem auctoritatiue factam importat. Tum quia in textu dicitur, ad ſuum tribunal, audientiam &c. qui autem aliquid priuata auctoritate agit, non dicitur ad ſuum tribunal trahere Vgolin. hic. Sayr. Regin. Alterius, & alij.

Hinc ſequitur primo iudicem, qui cleri-

cum

cum ad tribunal alterius iudicis à ſuo tribunali diſtinctum trahi procurat; non affici excommunicatione huius Canonis. Tum quia non videtur id auctoritatiue facere, cum nullam in alieno tribunali iuriſdictionem habeat; tum quia non trahit coram ſe ad ſuum tribunal, ſed in alienum. Bonac. hic.

2. Partem, vel eius procuratorem, qui curat perſonas Eccleſiaſticas trahi ad forum ſæculare, non incurrere excommunicationem huius Canonis; quia id non agit auctoritate iudiciaria. Bonac. hic.

3. Iudicem, qui non auctoritatiue, ſed amicabiliter ad ſedandas lites alicui ſuadet, vt ad ſuum tribunal accedat in foro conſcientiæ non ligari hac cenſura, quia non dicitur trahere, ſaltem auctoritatiue. Secus ſi id faciat minis, ſuaſionibus, vel alio quouis modo. Alterius. Sayr. loc. cit.

Notandum 3. ad hanc cenſuram ſufficere prætatas actiones fieri indirecte. Quia in Bulla dicitur, trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directe, vel indirecte, quouis quæſito colore, ideſt, quouis modo Iudex inique trahat perſonas Eccleſiaſticas ad ſuum tribunal, vexando, & moleſtia afficiendo conſanguineos, vel colonos perſonæ Eccleſiaſticæ, quia occaſione cogitur Eccleſiaſticus inuitus adire iudicem laicum.

Circa ſecundam partem notandum eſt hanc cenſuram comprehendere offendentes libertatem, & iura Eccleſiaſtica per ſtatuta, ordinationes &c. quæ prætextu conſuetudinis iam introductæ talia condita fuerunt contra

tra dictam Eccleſiæ libertatem.

Illa ſtatuta, vel decreta contra libertatem Eccleſiaſticam. & iura Eccleſiarum cenſentur, quæ iuri, exemptioni, libertati, ſeu priuilegijs perſonarum Eccleſiaſticarum, vel Eccleſiarum præiudicant. Omnes.

Notandum ſecundo perſonas offendentes eſſe. primo Auctores, ſeu Conditores talium Statutorum. 2. Poteſtates, Conſules, Rectores, & Conſiliarios locorum, & ſimiles, qui præſumunt iudicare ſecundum ea, vel in publicam formam ſcribere iudicata. 3. Scriptores talium Statutorum. 4. Eiſdem vtentes, vt ſunt iudices, notarij, & ſimiles. 5 Omnes tandem perſonas, quæ poſitiue concurrunt ad illorum obſeruantiam, nedum facientes, ordinantes, & publicantes. Suar. hic nu. 77. & ſeq.

Non afficiuntur hac excommunicatione Magiſtratus, vel Rectores Ciuitatis ſcientes ſeruari ſtatutum, vel decretum contra libertatem Eccleſiaſticam, & non impedientes, quia cenſura lata ob poſitiuam actionem non incurritur ob omiſſionem. Caiet. Altet. Nau. & alij.

Neque etiam afficitur hac cenſura mandans ſtatutum fieri contra libertatem Eccleſiaſticam, ſi loquamur de nudo, & ſimplici mandato, quia cenſura lata in facientes non ligat mandantes, vt patet ex regulis generalibus.

Torneamentum priuat Eccleſiaſtica ſepultura.

1 MOrtuus in torneamento, vel haſtiludio, quo venerat cauſa pugnandi, etiam ſi pœniteat, priuatur Eccleſiaſtica ſepultura, ſi tamen erant illa illicita, nam cum ſic fiunt, vt non ſit probabile mortis periculum, licet. Sylu. verb. torneamentum.

Triremibus damnatus ſit irregularis. Vide Damnatus ad triremes.

Tuſſis quando facit irregularem.

1 TVſſis, quæ non tutam Sacramenti ſuſceptionem reddit, irregularem efficit dum illa durat. Sayr. l. 6. c. 9. n. 12.

Tutor, vel Curator non poteſt eſſe, qui eſt excommmunicatus.

1 QVia excommunicatus non poteſt officium publicum habere. Vnde tutor excommunicatus peccauit adminiſtrando res pupilli, tam in iudicio, quam extra.

Tutor quando eſt irregularis.

1 TVtor non poteſt per Epiſcopum ad ordines promoueri, niſi depoſita tutela,

tela, & reddita ratione præteritæ adminiſtrationis. c.1.d.53.& c.vnico de oblig. ad raciocin. vbi omnes ſcribentes. Paul. Mont. in tract.de tutel.c.31.1.reg.n.199. Quod intelligẽdum eſt, niſi compulſus adminiſtrationem ſuſcepiſſet; vel pro miſerabiilbus perſonis, præſertim ſi Epiſcopi conſenſus adfuiſſet, vt notat Sylu & Tabien.verb.raciocinia.

Et licet Cyprianus t.1.Epiſ.9. neget ſacrificium offerendum eſſe pro eo, qui moriens, clericum ad tutelam, vel curam minorum adminiſtrandam nominaſſet, quaſi quod clericus huiuſmodi adminiſtratione, eiuſque raciocinijs inuolutus, à Sacrorum Ordinum miniſterio impie arceretur. Vt probatur in cap. Cyprianus 21. q. 3. eſt tamen teſtimonium illud Cypriani interpretandum quando tutela vel adminiſtratio alicuius magnatis eſſet, vel alterius, qui ampliſſimum patrimonium haberet, ita, Clericum illud adminiſtrantem, veluti oppreſſum à ſacris exercendis ſegregatum haberet, alioquin ſi pauperum tutela foret, non ſolum eam ſuſcipere clericis permiſſum eſt, ſed pium eſt opus, Leo enim Summus Pontifex huius nominis primus in ſen. 2. de Ieiun. ſtudeamus, inquit, viduarum defenſioni pupillorum vtilitati, lugentium conſolationi, diſſidentium paci.

V

Vbera mulieribus abſcindens eſt irregularis.

1 VBera mulieribus abſcindens eſt irregularis; Tol.l.1.c.71.n.6.Rodriq.169. n.2.

n. 2 de irregul. contra Couarr. & Salſed. quia vbera in mulieribus ſunt membra, ſic enim tenet Bald. in l. data opera num. 71. qui accuſare non poſſunt. Ratio eſt, quia vnaqueque harum partium habet particularem, & proprium actum, ſcilicet præbere lac, quod proprie exercet, vt vnuſquiſque oculorum exercet actum videndi.

Venator Clericus quando eſt irregularis. Vide Clericus venator.

1 SI venatio eſſet periculoſa, vt eſt illa porcorum ſilueſtrium, equorum, luporum, vrſorum, & ſimilium ferocium animalium. In quo caſu, ſi Eccleſiaſticus ſit cauſa principalis illius venationis, & alicui ſequuta eſſet mors, vel mutilatio membri, irregularis fieret, quia daret operam rei illicitæ, ex qua tanquam ex cauſa mors, vel mutilatio ſequitur. Eſau venator erat, quando peccator erat, & penitus non inuenimus in Scripturis ſanctis ſanctum aliquem venatorē, piſcatores inuenimus ſanctos. Hier. Venatio eſt Clericis prohibita, vt patet per totum titulum de cler. ven. & per Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 2. Sed hæc intelligitur. Primo ſi ex profeſſo hoc fieret. Nam quandoque ex honeſta ſocietate non repugnat. 2. ſi fieret cum ſtrepitu canuum, falconum, & accipitrum. 3. ſi fieret cum damno bonorum Eccleſiæ ita, vt eius redditus conſumarentur in alendis canibus, vel equis.

Ve-

Venationi vacans, ſi dubitauit eſſet ne fera, an clericus inimicus, quem præ oculis habebat in ſylua, & iaciens ſagittam, voluntatem actualem habuit interficiendi quemcunque in conſpectu ſuo, ſiue ſit hoſtis, ſiue fera, tunc non euadet excommunicationem, neque irregularitatē, ſi ſecuto effectu iaciens ſagittam interficit clericum inimicum; quia effectus, & opus externum ſunt praua, & iniuſta habētia culpam ſacrilegam. Ita colligitur ex doctrina, quam adducit Lopez p. 2. inſtruct. de clauibus. n. 13, de excom. fol. 886. quem ſequitur Suarez l. 9. de matrim. diſp. 32. n 26.

Venator Clericus quando eſt ſuſpenſus. Vide Clericus venator.

Venæ ſectio Religioſis, & Clericis in ſacris non eſt probibita.

1 Ratio eſt, quia venæ ſectio non eſt Chirurgiæ actus, ac proinde nec iure inuenitur prohibita initiatis ordinibus ſacris, neque enim actus ille ad Chirurgos ſpectat, ſed ad tonſores, qui ad præſcriptum Medicorum, & Chirurgorum venas ſcindunt; in pœnalibus autem, & odioſis. vt ſunt prohibitiones, quæ irregularitatem inducunt, faciendo non eſt extenſio à paritate quos neque à maioritate rationis eorum quæ diſpoſita comperiantur in iure. Ita Molin. de iuſt. t. 4. tract diſput. 75. n. 4. Et ideo Religioſi, & Clerici in ſacris non incurrunt irregularitatem latam in

in cap· tua nos. ſi ex tali ſectione ſecuta ſit mors.

Vertigo quando facit irregularem. Vide capitis dolor.

Veſtis quando Clericis inducit ſuſpenſionem.

1 SVſpenſio eſt à beneficio per ſex menſes contra beneficiatos, & per annum contra Sacerdotes, vel dignitatem, perſonatum, ſeu curam animarum habentes: nec non & Religioſos, qui ſine iuſta, ac rationabili cauſa publice vtuntur veſtibus varijs coloribus contextis. At non beneficiati, vel in ſacris conſtituti infra Sacerdotium illis ſic vtentes, fiunt tantummodo inhabiles ad beneficia per idem tempus ſex menſium. Clem. 2. de vit. & hom. cler· Vnde qui domi ſecrete, vel ſubtus alias veſtes, vel ex occaſione extraordinaria aliquoties, etiam publice his vtuntur, aut ijs circumſtantijs, vt non peccent mortaliter, in quo multum poteſt loci conſuetudo, non incurrunt hanc reſponſionem· Auil 3. p. diſp. 5. dub. 11. Condecenti habitu vti debent clerici, qui quidem dignitati, profeſſioni, & ætati conueniat: vt facile ex corporis amictu indicent quid ſint. Quia, vt inquit Bern. ſer. 1. ſuper miſſus eſt. Veſtium curioſitas deformitatis mentium, & morum indicium eſt. & Cōcil. Cartag 4. Clericus profeſſionem ſuam, & habitu, & inceſſu probat, & ideo nec veſti-

bus,

pœnali ſub nomine fructuum comprehendi non ſolent. Secus ſi ſuſpenſio lata eſſet à beneficio, tunc enim comprehenderentur diſtributiones, quæ intereſſentibus choro conferuntur intuitu beneficij. Bannes 3.p. de cenſ. diſp. 3.q.6.p.7.

Viaticum conceditur tempore interdicti non ſacra Vnctio. Vide Euchariſtia.

1 Viaticum' potius, quam ſacra Vnctio conceditur tempore interdicti. Quia non eſt tantæ neceſſitatis, ac vtilitatis vnctio hæc, ac eſt ſacratiſſimi Corporis Chriſti ſumptio. Sayr. l.5. c.7. n.3. Diuinum enim viaticum nos confortat, & roborat, ne in via deficiamus: qua propter Chryſoſtomus homil.24.in 1.ad Corint. ſic ait. Si hinc hoc ſacrificio muniti migrabimus; maxima cum fiducia ſanctum aſcendemus veſtibulum, tanquam aureis quibuſdam veſtibus vndique contecti, & l. 6. de Sacerdotio idem refert cuiuſdam ſancti viſionem, qua vidit animas fidelium, qui ſumpto hoc ſalutari viatico deceſſerant, hinc recta in Cœlum abduci. Et Laurent. Iuſt. Cibus eſt, non venenum, & panis vitæ, non mortis, qui nobis non ſentientibus animam reficit, & roborat, ac melius, quam cibus corporalis corpus. Riccardus de S. Victore enumerat duodecim huius Sacramenti fructus in his verſibus.

Inflammat, memorat, ſuſtentat, roborat, auget;

Hoſtia ſpem purgat,reficit,vitam dat, & vnit,
Confirmatque fidem,munit,fomitemq. remittit.

De effectu Euchariſtiæ dicit Bernardus, Corpus Chriſti eſt ægris medicina peregrinantibus dieta, debiles confortat, valentes delectat, languorem ſanat, ſanitatem conſeruat. Per hoc fit homo manſuetior ad correctionem, patientior ad laborem, ardentior ad amorem, ſagacior ad cautelam, ad obediendum promptior, ad gratiarum actiones deuotior.

Dicitur viaticum; quia cibus eſt ſpiritualis, quo confortatur animus donec perueniat ad montem Dei Oreb. ideſt cœleſtem patriam.

Sacra communio tempore Cornelij,& Cypriani grauiſſime lapſis, etiam mortis tempore in criminis pœnam negabatur. Nunc autem canonica Regula obtinet, vt cui morienti abſolutio à peccatis conceditur,neque viaticum negari debet. Laym.

Vicarius Epiſcopi quando non poteſt excommunicare.

1 Vicarius Epiſcopi excommunicati denunciati valide excommunicare non poteſt. Innoc.4.in cap.1. & ibi gloſ.de officio vicar. l. 6. & ratio eſt, quia cum Vicarij iuriſdictio ab Epiſcopi ſui iuriſdictione dependeat, ceſſante iuriſdictione Epiſcopi, etiam,& Vicarij iuriſdictio ceſſat.

2 Epiſcopo in hoſtium manibus exiſtente, Vicarius eius excommunicare non poteſt, donec

donec Epiſcopus libertati reſtituatur; ſed Capitulum in hoc euentu excommunicare, & alia facere debet. cap.ſi Epiſcopus, & ibi gloſ. de ſup.neg.Præl.l.6. Quod idem de delegato, & ſub delegato ob paritatem rationis ſentiendum eſt. Cum horum iuriſdictio à delegantis iuriſdictione pendeat. Vnde impedito vſu iuriſdictionis in ipſo, in illis etiam impeditus cenſetur. Doctores communiter in cap. licet de offic. deleg.

Vicarius Epiſcopi non poteſt eſſe bigamus.

1 EPiſcopus non poteſt vti Vicario bigamo, etiam ſi effectus ſit clericus, niſi prius ſolutus fuerit ipſemet Vicarius ab impedimento bigamiæ, Barboſ. de poteſt.Epiſcopi p.3.alleg 54.n.1,

Vicarius Generalis Epiſcopi quando abſoluere poteſt à cenſuris.

1 VIcarius Generalis Epiſcopi, cui ipſe Epiſcopus vices ſuas generaliter committit, poteſt abſoluere à cenſuris iure latis, à quibus poteſt Epiſcopus; quia quando iſti caſus Epiſcopis committuntur, & non exprimitur, vt per ſe ipſum facere poſſit, per Vicarium eius id præſtare valet. Suar.tom.3. diſp. 7.ſect.3.§ rurſus vero.

2 In abſolutione ab excommunicatione,

ſi non eſt Sacerdos,ſatius eſſet eam committere Sacerdoti. Sbrot. l.2.q.171.n.10.

Vicarij Generalis iuriſdictio per Epiſcopi excommunicationem aut ſuſpenſionem ſuſpenditur etiam, non omnino amittitur.

1 ITa Barbarius ff. de offic. Prætor. Sanchez diſp.30 n.6. Garzias p.5.de benef. c.8.n.176.arg c.1.de offic. Vicarij in 6. Quare retinet quidem hoc caſu officium ſuum Vicarius, ſed ea, quæ iuriſdictionis ſunt exercere non poteſt, tametſi cauſa cepta fuerit, vt Sanchez docet loc.cit. In quo differt à delegato, cuius iuriſdictio non ceſſet ob excommunicationem delegantis, ſi cauſa integra non ſit. Auil.de cenſ.p.2.c.6.diſp.6.d.4.

Vicarij familia gaudet priuilegio fori.

1 ITa Diana de immunitate Eccleſiaſtica tract.1. vbi alij.

Victualia impedientes ad Curiam Romanam ſunt excommunicati.

1. EXcommunicatio eſt in Bulla Cœnæ. Primo contra omnes cuiuſcunque ordinis, præeminentiæ &c. qui impediunt, ſeu inua-

inuadunt eos, qui victualia,ſeu alia ad vſum Romanæ Curiæ neceſſaria adducunt.

2 Contra eos, qui ne ad Romanam Curiam adducuntur prohibent, impediunt, ſeu perturbant, vel hæc facientes defendunt per ſe, vel per alios. Quæ omnia ſupradicta pro, hibita intellige, ſi iniuſte fiant.

1 Hic nota primo non incurrere hanc cenſuram qui Romam proficiſcentem ſine victualibus, aliiſque ad Romanæ Curiæ vſum neceſſarijs ſpoliat pecunijs, & veſtibus. Quia non dicitur inuadere, vel impedire deferentem victualia, cum illa pecunia, & veſtes non deferantur ad vſum curialium, ſed ad propriam deferentis vtilitatem, & commodum. Alterius, Sayr. Viuald. Reginald. & alij.

2 Neque incurrit qui equum ſibi furto ſublatum ſubtrahit à manibus furis illum ad Romanam Curiam adducentis, non enim inique impedit, cum ius habeat ad rem ſuam recuperandam, illamque repetere poſſit vbicunque exiſtat l. in ciuilem. c. de furtus.

3 Neque qui victualia corrupta, vt piſces putridos ad Romanam Curiam deferri impedit, ne emptores decipiantur, vel damnum patiantur, tunc enim non dicitur inique impedire, nec damnum Curiæ inferre, ſed potius commodum. Viuald. hic n. 7.

4 Neque qui deferentem victualia compellit ad ſolutionem vectigalis; etiam ſi pro ſolutione vectigalis aliquot victualium pars ſoluenda ſit, non enim iniuſte impedit.

5 Neque exactor vectigalium, qui omnes res Romam deferendas aufert in pœnam non

ſoluti vectigalis, modo vectigal ſit iuſtum, quia non iniuſte impedit. Viuald. n. 70.

6 Neque Princeps, qui iure ſuo vtens, vel ſuæ vtilitati proſpiciens prohibet ne victualia à ſuis locis extrahantur, vt Romam deportentur, modo tale ius; quo vtitur ad ſuum commodum ſit clarum, & certum ſaltem practice cum aliqua rationabili cauſa pro temporis opportunitate. Nau. cap 27. n.64. Caiet. c. 19. Quia cenſura grauis non incurritur, niſi ob mortale peccatum. Omnes. Qui autem iuſta de cauſa impedit, non peccat mortaliter.

7 Neque qui tabellarium impedit, ne litteras Romam deferat, quia litteræ non pertinent ad victualia, vel ad vſum Romanæ Curiæ, niſi præfatis litteris inſerta ſint chirographa, quibus pecunia ad Curiam cambitur; nam huiuſmodi chirographa maxime neceſſaria ſunt vſui curialium, & ſicut impediens deferentem pecuniam ad Curiam obſtringitur vinculo excommunicationis vt communiter conceditur. Ita obſtringi videtur impediens deferentem præfata chirographa, quibus pecunia Romam virtualiter transfertur, & tranſmittitur.

8 Neque qui res ſuas vendere non vult transferendas ad Romanam Curiam, etiam ſi forte deſinet aliæ. Nam hic non dicitur proprie impedire, cum nullam actionem poſitiuam exerceat, ſed potius negatiue ſe habere videatur. Suar. Alter. Regin.

Nota 2. Nomine victualium intelligi ea, quibus ad eſum, potum, & veſtitum vtimur

l. ver-

l. verbo victus, & l. cætera de verb. ſignif. huiuſmodi autem ſunt triticum, farina, panis, legumina, oleum, olera, oua, caſeus, carens, piſces, medicinæ, & his ſimilia. Item ſericum, lana, linum, & ſimilia, quibus veſtes confici poſſunt. Bonac. Alter. Vgolin. Filliucc. & alij.

Alia vero ad vſum Romanæ Curiæ neceſſaria dicuntur primo quæ pertinent ad neceſſarium, & decentem Curialem ſtatum, vt pecunia, equi, muli fænum, hordeum; paleæ, candelæ, ligua &c.

2. Ea, quibus Curiales vtuntur in ſuis muneribus obeundis, & negotijs exercendis, vt papyrus, cera, plumbum ferrum, filium, & ſimilia. Bonac.

Per Curiam Romanam intellige locum ſupremi tribunalis, ſeu potius ſummum Eccleſiæ tribunal, ſeu audientiam Papæ ipſo præſente, vel etiam abſente. Dico, etiam abſente; quia fieri poteſt, vt Summus Pontifex in vno loco exiſtat, & alibi Curia. Clement. Ne Romani. §. ſane de elect. Quamobrem ſi Summus Pontifex deambulandi cauſa aliquem locum accedat ſine ſua obedientia, dicitur ibi eſſe Summus Pontifex ſine Curia; quia ad Romanam Curiam conſtituendam non ſufficit perſona Summi Pontificis. Bonacc.

Violantes cenſuras ſunt irregulares. Vide interdictum quando facit irregularem.

1 IRregularitas eſt contra Epiſcopos, & quoſcunque alios Superiores, vel infe-

riores violantes aliquam cenſuram, ſollemniter exercendo aliquem actum ſacri Ordinis ea ſcilicet ſollemnitate; quæ ſecundum ius, & conſuetudinem Eccleſiæ non poteſt exerceri, niſi ab habente talem ordinem.

Vbi nota primo ligatos aliqua cenſura exercentes actum, etiam ſine tali ſollemnitate, qui ſecundum ſubſtantiam fieri nequeat à non ordinatis, incurrere irregularitatem, ſecus autem, ſi exercent actum ordinum minorum, qui cum omni ſollemnitate fieri poteſt à laicis.

Nota 2. exercentes actum ſibi prohibitum ſub pœna excommunicationis prima vice incurrere excommunicationem, & non irregularitatem, quia non violant cenſuram per actum ordinis, cum hunc prius natura ponat, quam illam contrahat. Coin. de cenſ. diſp. 8. dub. 6. concl. 2.

Viſitatores Epiſcopatuum quando ſunt interdicti, aut ſuſpenſi.

1 Viſitatores Epiſcopatuum vltra procurationem, quæ ratione vnius diei vnica debetur, etiam ſi plures viſitent Eccleſias, pro ſuſtentatione ſua, quam in victualibus, vel in pecunia à volentibus dare pecuniá, recipere poſſunt aliquod aliud manus etiam ſponte oblatum, ſed non à non viſitatis procurationem recipere, alias duplum eius, quod receperint, Eccleſiæ, à qua receperunt, intra menſem reſtituere tenentur. Alioquin Patriar-

chæ,

chæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi duplum ipſum vltra prædictum tempus reſtituere differentes ab ingreſſu Eccleſiæ ſunt interdicti: Inferiores vero ab officio, & beneficio ſuſpenſi quouſque plena facta fuerit ſatisfactio, nulla eis in hoc excondonantium liberalitate, ſeu gratia facta remiſſione valitura. cap. exigit,& cap.fæl. de cenſ. in 6.

2 Procurationes ſunt impenſæ, quas ſoluere debent Prelato viſitanti ij,qui viſitantur.

3 Procuratio in viſitatione debetur Epiſcopo frugalis,& moderata pro temporis tantum neceſſitate, & non vltra. Trident.ſeſſ.24. cap. 3,

4 Toleratur, vt dixi, acceptio munerum, quæ conſumenda ſunt ibidem,nec alio aſportanda. Vilagut p.2 n.21.Rodriq 1.to.c.186.

5 Non accipiantur munera ab vniuerſitate laicorum· Genuenſ.in Man.Paſt c.35. n.4.

6 Neque item à quoquam poſt finitam viſitationem.Idem ibidem n. 5.

7 Qui negant procurationem dare, niſi ob euidentem paupertatem, poſſunt cogi ab Epiſcopo quidem propoſita etiam excommunicatione, ab inferiore vero alijs remedijs. Salad.de viſit.p.2. c.1.

8 Si viſitati in quorum electione eſt præſtare procurationem Epiſcopo in victualibus, vel in pecunia iuxta Trident· elegerint vno anno eam præbere in pecunia, poſſunt anno ſequenti variare, & eam præſtare in victualibus. Genuenſ. in ſua Prax. Archiep· Neapol. c.19.n.7. Io. Andr. in cap. fælicis de cenſibus in 6.Sylu.verb. viſitatio. q. 5.

9 Procurationes regularirer non debentur, niſi à viſitatis. Sylu. verb. hoſpitales. n. 6. excipiuntur aliqui caſus, in quibus à viſitatis procuratio non debetur.

Primo dum viſitat hoſpitalia, & domos pauperum, vel infirmorum, vel cleros, ſeu Eccleſias pauperes. Cardin. in Clem. quia contingit de relig. dom. Sylu. 5.

2 Dum viſitat Clerum Ciuitatis, vbi ſita eſt Cathedra. Piauc. in ſua Prax. Epiſc. p. 2. c. 3. n. 65.

3. Dum viſitat eos, qui à viſitatione, vel à præſtanda procuratione ſunt exempti à Cucchius iuſtit. maior. l. 4. tit. 9. n. 75. Azor. inſtit. moral. p. 2. l. 3. c. 42. q. 2.

4. Dum exit per Villas, & oppida, vt Sacramentum confirmationis tantum conferat. Congr. Concil. ad cap. 3. de reform. ſeſſ. 24. vt fertur.

Viſitationem monialium impediens eſt excommunicatus.

1 EXcommunicatio eſt contra eos, qui viſitationem, & viſitatores monialium monaſteriorum impedire præſumunt, ne ſuum viſitationis munus obeant, niſi moniti per trinam, vel vnam canonicam monitionem reſipiſcant, ideſt, ceſſent à tali impedimento, & nemini reſeruatur. Clem. 2. de ſtat. mon. Sayr. l. 35. n. 14.

Vi-

Vitium beſtialitatis clericus exercens non eſt ſuſpenſus, ſicut ſodomita.

1 RAtio eſt, quia beſtialitas, non eſt proprie ſodomia contra quam edita fuit Bulla Pij V. ſub pœna ſuſpenſionis, & lex pœnalis non eſt extendenda ad caſum non expreſſum, etiam ſi in illo eadem inueniatur ratio, maxime in foro conſcientiæ, vt probat Sanchez de matrim. to.3.l.10.diſp 4.n.3. Caſtrus de legib.l.6.c.3.n.5. & alij apud Dian. Miſcell.3. reſol. 66. qui multis exemplis probat hanc ſententiam.

Peccatum beſtialitatis eſt grauiſſimum, & in grauitate luxuriæ primum obtinet locum, & punitur pœna mortis. Vnde committens beſtialitatem, ſimul comburitur cum animali, cum quo iunctus eſt. Leuit. 24. Qui cum iumento peccauerit, moriatur, & iumentum. Beſtialitas committitur, etiam cum Dæmone, cũ Dæmon nõ ſit eiuſdem ſpeciei cum homine. Sed ſi ex concubitu Dæmonis generatur homo, non eſſet filius Dæmonis, ſed illius, à quo Dæmon ſemen accepit, vel recepit.

Vnguibus carentes quando ſunt irregulares.

1 QVi vnguibus in totum carent, irregulares ſunt, vel ob deformitatem notabilem, vel ob periculum, aut difficultatem

contractandi hoſtiam, vel frangendi, aut tenendi calicem. Sin autem nec ſit deformitas, nec periculum in celebrando, non ſunt irregulares; quia vngues non ſunt membra. cap. final. de corp. vitiat.

Vniuerſitas non poteſt excommunicari. Vide excommunicatio, n. 26.

Vniueàſitas quando interdicitur. Vide Exigens.

1 VNiuerſitas faciens, vt capiatur, percutiatur, in exilium mittatur ſuus Epiſcopus, ipſo facto interdicitur. Clem. 1. de pœnis. Nau. c. 27. ſum. n. 169.

Voluntas ſola, & conatus non inducunt irregularitatem.

1 PEr ſolam voluntatem, & conatum occidendi, aut mutilandi, ſi non ſequatur occiſio, aut mutilatio, non efficitur irregularis. Henric. c. 1. de eo, qui mitt. in poſſ. Vnde qui dat venenum alteri animo occidendi, aut vt aboriatur viuum fœtum, ſi non occiditur aut abortus ſequitur, non eſt irregularis, nec qui bombardam exonerat contra alterum ſed non ſequitur effectus.

Vrgens neceſſitas excuſat ab irregularitate.

1 NEceſſitas enim non habet legem. Neceſſitate enim vrgente multa licent,

quæ

quæ alias non licerent. Quod procedit quando neceſſitas eſt extrema, vel adeo grauis, quod iudicio boni viri ad id ſufficiat, ſecus autem ſi talis non eſt. Nau.c.17 n.5. Vel procedit quando neceſſitas eſt ineuitabilis. Vt in c. quia te 50. d. Vbi quidam Epiſcopus inter anguſtias, & iacula Saracenorum poſitus, vt periculum euitaret, quoſdam interfecit ex illis; quæritur vtrum ſit irregularis, reſpondet Sũmus Pontifex, quod non, quia neceſſitate ineuitabili hoc fecit, ſecus ergo, ſi talis nõ eſt.

Vſurarum ſtatuta obſeruantes, & vſurarijs locantes domos quando ſunt excommunicati, ſuſpenſi, interdicti.

1 EXcommunicatio eſt contra omnes officiales communitatum quarumcunque, qui præſumunt facere, ſeu condere ſtatuta præcipientia, vt ſoluantur vſuræ, aut impedientia, vt ſolutæ non repetantur, non reſtituantur plene, & libere.

2. Contra omnes etiam non officiales, qui talia ſtatuta præſumunt ſcribere, vel dictare.

3. Contra omnes poteſtatem habentes, qui talia ſtatuta iam condita intra tres menſes de libris communitatum non delent, aut dicta ſtatuta, vel conſuetudines effectum eorum habentes, quoquo modo preſumunt obſeruare, & nemini reſeruatur. Clem. vnic. de vſur.

Circa quam nota primo quoad perſonas hanc cenſuram comprehendere omnes. Poteſtates

ſtates, Capitaneos, Rectores, Conſules, Iudices, Conſiliarios, omnes quæ alios officiales; quoad vero actiones prohibet facere, ſcribere, dictare ſtatuta, & ſecundum illa iudicare. Caiet. c. 51.

Nota 2. eos incurrere hanc cenſuram. Primo qui ſuis ſuffragijs, vel alio modo mortaliter peccando ad talia ſtatuta concurrunt.

2. Præſumentes per abuſum, vel violẽtiam iudicare ſecundum ea, etiam ſi de his nullum ſtatutum extaret, non autem, qui talem ſententiam faciunt, vel ſcribunt, quia iſtæ actiones prohibentur circa ſtatutum, non circa ſententiã. Syl. ext. 9 n. 82. & Nau. c. 27. n. 147.

Nota 3. Officiales omittentes delere intra tres menſes dicta ſtatuta de libris communitatum ſcienter, vel committentes, ideſt, obſeruantes ex præſumptione talia ſtatuta incurrere dictam cenſuram, ſecus ſi illa obſeruant alij de plebe, quia ſolum lata eſt contra officiales. Suar. diſp. 23. ſect. 5. n. 28. & ſeq.

2 Eccleſiaſtici non poſſunt vſurarijs externis locare domos, aut permittere in eis habitare, ſed tenentur eos expellere ex ſuis terris intra tres menſes, alioquin ipſo facto incurrunt pœnam ſuſpenſionis, ſi ſint Epiſcopi, excommunicationis ſi ſint minores Epiſcopis, ſi ſit Collegium, vel Vniuerſitas Interdicti. c. 1. de vſur. in 6.

Vſurarius Clericus eſt ſuſpenſus.

1 VSurarius Clericus ſi monitus non deſiſtat, ab officio, & beneficio ſuſpenditur

ditur. cap præterea. extra de vſur. & Raym.
Clericus officio, tali vitio maculatus,
Atque beneficio, tunc ſuſpendatur ab omni.

Vſurarius Clericus eſt irregularis.

1 CLericus vſurarius ipſo iure eſt infamis. Abb.in c.inter dilectos in 2. not.de exceſſ. Prælat. Vnde non poteſt Sacris Ordinibus initiari. c. maritus 33 diſt nec ad Eccleſiaſticum beneficium præſentari. can. de Petr. 47. diſt. Poteſt tamen Epiſcopus hanc infamiæ notam abolere ab eo, qui pœnitentiam egerit, non ad effectum obtinendi, ſed retinendi beneficium obtentum. gloſ. in d.c. inter dilectos. verb aleatorem. Couar. ver. reſol. l.3. c.3. n.3. in fine.

Vſurarium ſepeliens eſt excommunicatus.

1 COntra vſurarium publicum mortuum non ſolutis vſuris eſt pœna carentiæ ſepulturæ in loco ſacro, & qui eum ſepelit eo ipſo eſt excommunicatus. c. Quanquam de vſur. l. 6. Vbi renouatur excommunicatio lata in Clem. 1. de ſepult. reſeruata Epiſcopo. Hæ autem pœnæ intelligendę ſunt de vſurario mortuo in culpa retinendi vſuras. Quia cum potuit ſoluere in vita, ſaltem ad mortis articulum vicinus, eas teſtamento reliquit, qui quidem in lethali decedit, vt reliqui, qui omittunt debita ſoluenda poſt obitum.

Sorte

Sorte tua contentus abi: rem fænore turpe eſt
Quærere, contentus viuito ſorte tua.
Nullum maius erit lucrum, quã paſcere egenos
Fænore nam grandi centupla dona feres.
Quid tibi, ſi gemmas omnes cumularis & aurũ
Si tua tartareis mens cruciatur aquis?
Vis fieri diues? Chriſti mandata ſequaris.

Vſurpantes iuriſdictionem Eccleſiaſticam ſunt excommunicati.

1 FErtur excommunicatio in Bulla Cœnæ. Primo contra eos, qui etiam ad defenſionem immunitatis Eccleſiaſticę vſurpant iuriſdictiones, redditus, & prouentus ad Sedẽ Apoſtolicam, & quaſcunq. Eccleſiaſticas perſonas rationę Eccleſiarum, Monaſteriorũ aliorumq. beneficiorũ Eccleſiaſticorũ pertinẽtes,

2 1, Contra eos, etiam, qui quauis occaſione, vel cauſa ſine Romani Pontificis, vel eorum, ad quos de iurę pertinet, expreſſa licentia ſequeſtrant.

3 Hic nota primo hoc verbum, vſurpare, accipi pro actione, qua quis rem alienam rapit, non tanquam alienam, ſed tanquam propriam, ſeu ac ſi ad ſe pertineret. Quamobrem is dicitur vſurpare bona in hoc Canone expreſſa, qui ea ſibi tanquam propria vendicat, quaſi poteſtatem in his habens, ſeu quaſi iure proprio vtens Caiet. in ſum. verb. excommunicatio cap. 27. Hinc ſequitur fures, latrones, milites, qui fructus, & prouentus Eccleſiaſticorum furantur, aut rapiunt, non incidere in cenſuram huius Canonis, quia non dicuntur hæc bona vſurpare, cum hæc non ſubtrahant

tam-

tamquam propria, ſeu ac ſi ad ſe pertinerent, ſeu ex prætcuſo iure, ſed rapiunt tanquam aliena. Bonac, hic.

4 Nota 2. ſequeſtrare idem eſſe, ac bona iuriſdictionaliter deponere, ſeu impedire, ne ab Eccleſiaſticis perſonis, ad quas ratione Eccleſiarum, Monaſteriorum, vel beneficiorum pertinent percipiantur.

5 Qui iuriſdictionem, vel fructus non vſurpauit, ſed retinet ſciens ab alio acceptos eſſe, incidit in hac excommunicationem vt filius retinet fructus Eccleſiaſticorum, ſciens illos à patre inique ſublatos eſſe Ratio eſt, quia ex tunc dicitur vſurpare fructus Eccleſiaſticos licet ipſe primo non vſurpauerit, ſed alius, idẽ enim eſt detinere tanquam proprium, & inuadere, ſeu vſurpare alienum; ſicut idem peccatum furti committitur iniuſte detinendo, & ſurripiendo. cap. ſæpe de reſtit. ſpoliat.

6 Qui vſurpat, vel ſequeſtrat Eccleſiaſticorum fructus de licentia Iudicis ſæcularis afficitur hac excommunicatione; quia Iudex ſæcularis legitimam facultatem ad id non habet. Regin. l. 9. c. 25. n. 272.

7 Hanc facultatem ſequeſtrandi fructus Eccleſiaſticorum concedere poteſt Summus Pontifex, Epiſcopus, & eius Vicarius, legati Sedis Apoſtolicæ, vel Nuncij, & ſicut ipſi ſequeſtrandi facultatem habent, ita etiam eandem alijs tribuere poſſunt. Alter. Regin. Vgolin. Eandem etiam concedere poſſunt partes litigantes, de quorum intereſſe agitur, modo vtraque pars conſentiat. Idem.

8 Conſulens, vel mandans, vel procurans, & in-

& inſtans apud iudicem ſæcularem ſequeſtrationem Eccleſiaſticorum fructuum ſibi concedi non incidit in hanc cenſuram. Ratio eſt, quia excommunicatio lata contra facientes aliquid non afficit procurantes, conſentientes, conſulentes, vel mandantes, niſi exprimatur, ex communi Doctorum ſententia.

Vſu rationis carens eſt irregularis. Vide Carens.

Vulnerans vulnere non lethali non eſt irregularis ſecuta morte.

1 VVlnerans vulnere non lethali, ſi vulneratus mortuus eſt medici propria incuria non eſt irregularis. Sot. l. 5. q. 1. a. 9. Sylu. Caiet. Leſſius, & alij apud Dianam, tract. 2. de irreg. reſol. 10. Quia, & ſi vulnus ſit aliqua occaſio; tamen re vera non eſt cauſa mortis, ſed negligentia medici, vel ipſius vulnerati, tenebatur enim vterque diligentiam adhibere, ergo illi, qui neglexit imputandus eſt effectus. Affirmat Nau. c. 227. n. 223. & alij apud Dianã loc. cit. Quia ſi vulnus illatum nõ fuiſſet, mors non accidiſſet, quare non ſola medici, aut infirmi incuria, ſed ſimul etiam ipſa vulneratio fuit cauſa mortis. ergo &c. Vide Homicida num. 10.

Vtilitas excommunicationis.

1 NIhil in excommunicatione ferenda pia mater Eccleſia magis intendit, quam Dei honorem, & hominum ſalutem, hominum

minum contumaciam reprimendo, & coercendo. Qua de cauſa excommunicatio dicta eſt ab Inno. IV. medicina non mortalis, neque eradicans, ſed diſciplinans. Vnde excommunicatio non ſolum ei, qui excommunicatur, ſed etiam alijs vtilitatem affert. Quia hac ratione deterrentur alij à peccandi conſuetudine, dum alios ſic caſtigari animaduertunt. Item quia tollitur alijs occaſio peccandi, quã ex aliorum conſuetudine, & commertio habebant, Quia.

Morbida facta pecus totum corrumpit ouile.

Atque ideo reſecanda eſt, ne reliquas contactu ſuo inficiat. Vtilis eſt etiam excommunicato quia cum videt ſe à Diuinis arceri, & conſortium ſuum Chriſti fideles fugere, & digito ab omnibus fere ſe monſtrari, erubeſcit, & reſipiſcit; reddit ad cor, & vere ad Deum conuertitur.

Vulnerans aliquem proditorie, ſi mors ſequuta non fuerit gaudet Eccleſia immunitate.

1 ITa Farinac. Peregr. Tuſcus Nouar. & alij, quia Conſtitutio Gregorij XIV loquitur expreſſe de occidente proditorie: ergo requirit actum conſumatum cum effectu ſequuto ex l. 1. §. hæc verba ff. quod quiſque iuris, & hanc opinionem non ſolum in terminis Bullæ Gregorianæ, ſed etiam de iure communi veram eſſe putat Diana tract. 1. de immun. reſolut. 83. Suar. Boer. Germ. & alij.

Vul-

Vulneratus in ipſo conflictu duelli, & eodem die, vel alio poſtea moritur, priuari non debet Eccleſiaſtica ſepultura.

1 AFfirmat Peregrinus de duello. q. 7. n. 4. quia in conflictu dicitur mori, qui ex vulnere habito in conflictu moritur, ſicut Eccleſia dicitur ſanguine polluta, ſi quis in Eccleſia eſt vulneratus, licet ſanguinem non effundat in Eccleſia, ſed extra illam. Sed Peregrinus pœnam Concilij Tridentini vltra rigorem litteræ extendit, vt docet Sancius in ſelectis. diſp. 36. n. 9. Cum igitur verificetur ſatis litteræ proprietas appoſitæ in Concilio negãdo ſepulturam decedenti in ipſo loco duelli, non oportet huiuſmodi pœnam extendere, vt inflictam quoque illis, qui ex vulnere in duello illato decedunt, licet viui diſceſſerint à loco delicti.

Vxoratus eſt irregularis.

1 IRregularitas eſt contra vxoratum, qui ad Sacros Ordines promoueri non poteſt, niſi coniuge etiam religionem aliquam approbatam profitente cap. coniugatus &c. vxoratus de conuerſ. coniug. & Raym.

Si laicus doctus caſte vult viuere, tunc de
Coniugis arbitrio pro cedat in ordine ſacro.
Iſtorum debet annis vita quoque credi,
Si iuuenes clauſtrum tunc tutius ingrediãtur.

Quod ideo ſtatutum eſt, ne coniux in ſæculo manens, periculũ fornicationis incurreret.

2 Maritus ob adulterium vxoris poteſt ingredi

gredi religionem,& profiteri in ea, abſque eo,quod vxor probata adultera poſſit illum impedire, & poteſt in ea exiſtens ſuſcipere ordines ſacros, imo in ſæculo poteſt fieri Sacerdos vxore in vita.Sot. in 4.d.27 q.1.a.4.in fin.Palat.ibid.Cor.de caſ.reſ.q.138.& Guttierea affirmat ſe vidiſſe Sacerdotem viuente vxore adultera poſſidere beneficium Curatũ. Verum eſt tamen, quod hoc non debet fieri propter ſcandalum, & multa alia, quæ incidente tempore ſolent euenire.

3 Rationabiliter Eccleſia prohibuit vxoratis ne ad ſacros ordines promouerentur. Primo quia matrimonij onera multa ſunt, totumque hominẽ requirunt, & tenetur vxoratus vxoris, filiorumq. curã habere. 1.Tim.5. Si quis ſuorum,& maxime domeſticorum curam non habet fidem negauit, & eſt infideli deterior.Quomodo ergo Sacerdos miles Chriſti vxoratus, & multis filijs circumſeptus poterit ſẽper diuino intẽdere miniſterio? 2.Tim. 2. Nemo militans Deo implicet ſe negotijs ſæcularibus.

Præterea ſi hæc reſcinderetur lex,maior eſſet ambitio circa beneficia Eccleſiaſtica, non ſolum obtinenda, ſed etiam multiplicanda. Nam plura non ſufficerent multis filijs onerato, cum tanta nunc ſit pro filijs illegitimis procurandis ambitio.

Præterea tota honeſtas, & habitus clericorum periret, & vacarent veſtibus prætioſis, vt vxoribus placerent,eorumque caſtitas non eſſet maior.Si enim liceret eis,vel vnam habere,cum ad eum viſitandum plures deberent

acce-

accedere, nequaquam eſſent vna contenti.

Præterea in eleemoſynis elargiendis Patres pauperum eſſent multo contractiores, quam nunc ſunt, quia.

Cum factor rerum priuaret ſemine Clerum
Ad Sathanæ votum ſucceſſit turba nepotũ.

Et quamuis Oriẽtales Sacerdotes ſint vxorati, ex diſpẽſatione Eccleſiæ illis permiſsũ eſt vti matrimonio ante ordines cõtracto, ſciſmatici enim cũ eſſent, voluit pia Mater Eccleſia, vel ſic in gremium ſuum eos recipere. Cæterũ poſt ordines receptos matrimoniũ contrahere nemini permiſsũ eſt. Vt patet Can. Apoſt. can. 25. Vide Victor. de ſacram. ord. cõcl. 310.

Sacerdotibus etiam, & leuitis veteris teſtamenti propter ſobolis ſuccceſſionem vxoris vſus fuerat relaxatus, quia non ex alia, niſi ex tribu Leui quiſquam ad Dei miniſteriũ fuerat præceptus admitti, ſed noui teſtamenti Sacerdotes poſſunt eligi de quacunque natione, eiuſque ſacerdotium, vel miniſterium ſine ſucceſſione eſt, & ſic matrimonium illis neceſſarium non eſt, prout leuitis, & clericis veteris teſtamenti neceſſarium erat.

X

Xenodochium, ſeu Hoſpitale quando gaudet immunitate.

XEnodochium, ſeu Hoſpitale ſine Epiſcopi auctoritate conſtructum, eſt locus prophanus, nec gaudet immunit. niſi ſuperueniat Epiſcopi auctoritas. Sylu. 1. Hoſpitale q. 3. & immunitas: Xenodochiũ latine dicit. Hoſpitalea. Xenos i. hoſpes, & dochion i. receptaculũ

Xenia

Xenia ſponte oblata, & accepta quando inducunt excommunicationem.

XEnia, hoc eſt eſculenta, & poculenta, quę intra paucos conſumuntur dies, & ſponte ſunt oblata, Scaccia. de iudic. l. 1. c. 87. n. 12. dicit in Hiſpania nec Inquiſitores, nec alios S. Officij miniſtros poſſe accipere, & contrafacientes incurrere excõmunicationem, &c. Alibi tamen, vbi huiuſmodi prohibitiones nõ extant, ſe vidiſſe eſculenta, & poculenta accepta fuiſſe. Pegn. in Direct. Inquiſ. p. 3. comm. 153. ſimonia in cathol. inſtit. tit. 34. nu 45. & Maſcouius de maieſt. milit. Eccl. l. 1. p. 1. c. 11.

Hæc igitur de Cenſuris, & Irregularitatibus hucuſque ſcripſiſſe ſufficiat. Quæ omnia iudicio, & cenſuræ Sacroſanctæ Matris Eccleſiæ Romanæ omni, quæ par eſt, humilitate, & reuerentia ſubmitto.

Ad Laudem, & gloriam Sanctiſſimæ, & Indiuiduæ Trinitatis, & ad honorem Beatiſsimæ Virginis, & matris integerrimæ Mariæ, & omnium Sanctorum.

Sit etiam ad ſalutem Fidelium, Hæreticorum confuſionem, atque peccatorum correctionem.

Suſcipe completi laudes, ò Chriſte, laboris,
Quas cordis læti vox ſubdita reddit amoris.
Sit ſcripti merces oratio ſancta legentis,
Quæ iungat ſuperis nos toto robore mentis.

AMEN.

Aurea pax viuis, requies æterna ſepultis.

ER-

ERRATA SIC CORRIGE.

PAg.8. lin.10.per accidens. 14.vlt.peccatum.19.24. irregularitas. 24.vlt.minio. 33.26.mandatis. 39.5. Eccleſiaſtica. 46.5.Aulæ.eod.20.capiuntur. 52.5.ſummum. 96.6.alicui. 119.11,cum. 121.confirmatur. 123. 20.tempora.130.5. vendat.132.19.duellum. 136.8.barba. 141.24.proximas.147.22.irrehularis. 157.2.Canoniſtarum. 174.15.reſipiſcendo.288.2.defendens. 298. 2. aliquam. 398.6. excommunicandum.421.24.dabat. 422.4.præuidit. 450.9.ſpecialiter. ibid,20. 492.7. impuberes.

Alia lector per ſe ipſum corriget.

BIBLIOTECA IN ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google